# MISSALE ~~FRATRVM CARMELITARVM~~

*Ad normam a-
tique professionis
gularium*

## Ordinis Beatæ Dei Genitricis MARIÆ de monte Carmelo.

*Capituli Generalis decreto, ad præscriptum Breuiarij eiusdem Ordinis Auctoritate Apostolica approbati, restitutum.*

Et Reuerendissimi Prioris Generalis Magistri ~~Sebastiani Fantoni Romani~~ iussu denuo impressum, & editum.

x Gregorij Cana
Veneti

~~*Adiunctis nuper Missis Sanctorum ex precepto Summorum Pontificum usq; ad Sanctiss. D. N. Gregorium XV. Pont. Max. ordinatis.*~~

*SVPERIORVM PERMISSV.*

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M. DC. XXI.

# GREGORIVS PAPA XIII.

## AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Xponi nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Baptista Caffardus, Prior Generalis Ordinis Beatæ Mariæ Carmelitarum, quòd cum nuper ipse, ex statuto Capituli Generalis, postremò Romæ celebrati, Breuiarium, quo dilecti filij Fratres ipsius Ordinis vtebantur, ad normam Breuiarij Romani, decreto Concilij Tridentini nuper emendati, directum restituerit. Nosque restitutionem prædictam à viris doctis recognitam, & probatam, ac ipsum Breuiarium sic recognitum, & reformatum omni alio vsu deinceps omnibus Religiosis eiusdem Ordinis interdicto approbauerimus; mandauerimusque, vt eo solo Breuiario vterentur: neque illic quicquam addere, vel ex eo detrahere, aut immutare auderent: prout in nostris desuper confectis Litteris plenius continetur. Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, prædictus Ioannes Baptista summopere cupiat, vt Breuiarium ipsum, necnon Missale ad eius præscriptum conficiendum, quàm emendatiora imprimantur; Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus sibi, ne in præmissis aliquod detrimentum patiatur, opportunè prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volẽtes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis librorum impressoribus, & bibliopolis, vbilibet existentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ: ac quoad subiectos S. R. E. etiã quingentorum ducatorum auri de Camera, pro vna videlicet Cameræ Apostolicæ, & altera medietatibus dicti Ordini applicandis, & per contrauenientes, absque aliqua declaratione incurrendis, & exigendis pœnis, interdicimus, & inhibemus, ne posthac in perpetuum Breuiarium, & Missale prædicta absque expressa, & in scriptis habita licentia dicti Ioannis Baptistæ moderni, & pro tempore existentis Prioris Generalis dicti Ordinis imprimere, aut impressa vendere, seu venalia tenere, vel proponere, aut aliàs habere audeãt, vel præsumant. Mandantes vniuersis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs, eorumque Vicarijs in spiritualibus generalibus, seu officialibus, ac in dicto statu nostro Ecclesiastico Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs officialibus, ceterisque, ad quos quomodolibet spectat, & spectare poterit: vt quando, & quoties pro parte dicti Prioris Generalis requisiti fuerint, prædicta contra inobedientes quoscumque, etiam per censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna iuris, & facti remedia auctoritate Apostolica exequantur, & obseruari faciant: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam motu proprio, & alias in contrarium quomodolibet concessis. Quibus omnibus, etiam si de illis specialis, specifica, & expressa mentio habenda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autẽ, quòd pręsentium transumptis, etiã impressis, plena, & indubitata fides vbiq; adhibeatur.

Datum Romæ, apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die xxvj. Septemb. M D LXXXIIII. Pontificatus nostri anno tertio decimo.

A. Pintus.

D. Orselius.

# Tabula Aurei numeri perpetua, initium sumens ab anno 1584.

| viij. | ix. | x. | xj. | xij. | xiij. | xiiij. | xv. | xvj. | xvij. | xviij. | xix. | j. | ij. | iij. | iiij. | v. | vj. | vij. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|

Anno 1584. tribuatur primus numerus Tabulæ, qui est viij. & sequenti anno 1585. secundus numerus, qui est ix. & ita deinceps, donec ad annum, cuius Aureum numerum quæris, perueniatur, redeundo ad principium Tabulæ, quotiescumque eam percurreris. Nam numerus, in quem annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quæsitum. Aureus numerus incipit in principio Ianuarij.

## Rota Epactarum perpetua, incipiens ab anno 1584.



## Tabula æquationis Rotæ Epactarum perpetuæ, incipiens ab anno 1584.

| | Anni Dñi | | Anni Dñi | | Anni Dñi. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | A | 2200 | q | 3600 Biss. |
| | | u | 2300 Biss. | p | 3700 |
| | | A | 2400 | n | 3800 |
| | | u | 2500 | n | 3900 |
| | | t | 2600 | n | 4000 Biss. |
| | | t | 2700 | m | 4100 |
| | | t | 2800 Biss. | l | 4200 |
| | | S | 2900 | l | 4300 |
| D | 1584 | S | 3000 | l | 4400 Biss. |
| C | 1700 | r | 3100 | K | 4500 |
| C | 1800 | r | 3200 Biss. | K | 4600 |
| B | 1900 | r | 3300 | I | 4700 |
| B | 2000 Biss. | q | 3400 | l | 4800 Biss. |
| B | 2100 | p | 3500 | l | 4900 |

*Ad inueniendum Epactam cuiuslibet anni quæratur in Tabula æquationis annus propositus: vel si is in Tabula non inuenitur, annus proxime minor; noteturq; littera alphabeti, siue maiuscula, siue minuscula ad sinistram ipsius collocata: & Aureus numerus inuestigetur anno proposito congruens. Deinde in Rota Epactarum perpetua similis littera notetur: & cellula, quæ ab illa littera inclusiue tertia est versus sinistram, Aureus numerus 1. tribuatur: & sequenti cellulæ ad dexteram, subsequens Aureus numerus 2. & ita deinceps, donec ad Aureum numerum propositi anni perueniatur: computata quoque littera F. maiuscula, sub qua Epacta xxv. rubra, & Epacta 25. nigra collocatur pro vna cellula. In cellula ergo, in quam Aureus numerus propositi anni cadit, Epacta illius anni reperietur. Sed obseruandum est; vt quando Aureus numerus anni propositi maior fuerit, quam 11. quales sunt posteriores octo Aurei numeri à 12. vsque ad 19. cecideritq; in cellulam litteræ F. vbi sunt duæ Epactæ xxv. 25. vna rubra, & altera nigra; sumatur Epacta 25. nigra: rubra vero xxv si in eandem cellulam aliquis ex prioribus vndecim Aureis numeris ab 1. vsque ad 11. qui omnes minores sunt, quàm 12. ceciderit. Exemplis id planum fiet. Anno 1584. respondet in Tabula æquationis littera D. maiuscula; estq; Aureus tunc num. 8.*

Si

*Si igitur in Rota Epactarum perpetua tribuas cellulæ litteræ a. minusculæ quæ tertia est à cellula litteræ D. maiusculæ, Aureum numerum 1. & sequenti cellulæ ad dexteram scilicet cellulæ litteræ m. minusculæ, Aureum num. 2. & ita deinceps; cadet Aureus numerus 8. anni propositi 1584. in cellulam Epactæ xvij. Rursus, anno 1589. Aureus num. est 13. eiq; in Tabula æquationis respondet littera eadem D. maiuscula: (quoniam hic annus in Tabula non reperitur, sumitur proximè minor, nempe 1584. cui littera D. maiuscula respondet.) Tribuendo ergo in Rota Epactarum Aureum numerum 1. cellulæ litteræ a. minusculæ, quæ tertia est à cellula litteræ D. maiusculæ, & Aureum numerum 2. sequenti cellulæ litteræ m. minusculæ ad dexteram, & sic deinceps, cadet Aureus numerus 13. propositi anni in cellulam Epactæ 13. Item, anno 4218. in Tabula æquationis respondet littera l. sub numero proximè minori, scilicet 4200. (quia numerus 4218. in Tabula æquationis non inuenitur) estq; Aureus numerus 1. Igitur, si in Rota Epactarum Aureum numerum 1. illius anni tribuas cellulæ litteræ u. quæ tertia est à cellula litteræ l. versus sinistram, inuenies Epactam xix. illius anni. Præterea, anno 1710. respondet littera C. maiuscula in Tabula æquationis, estq; rursus Aureus numerus 1. Quare si Aureum numerum 1. illius anni tribuas cellulæ litteræ P. maiusculæ in Rota Epactarum, quæ tertia est à littera C. maiuscula, reperies * pro Epacta illius anni. Adhuc, anno 1715. respondet in Tabula æquationis littera C. maiuscula: estq; Aureus numerus 6. Tribuendo ergo Aureum 1. cellulæ litteræ P. maiusculæ in Rota Epactarum, quæ tertia est à cellula litteræ C. maiusculæ, & Aureum numerum 2. sequenti cellulæ litteræ l. ad dexteram, &c. cadet Aureus numerus 6. propositi anni in cellulam litteræ F. maiusculæ, sub qua ponuntur duæ Epactæ xxv. 25. vna rubra, & altera nigra. Quia vero Aureus numerus 6. minor est, quam 12. accipienda est Epacta xxv rubra pro anno 1715. Postremo, anno 1916. in Tabula æquationis respondet littera B. maiuscula: estq; Aureus numerus 17. Quamobrem, si in Rota Epactarum cellulæ litteræ N. maiusculæ, quæ tertia est à cellula litteræ B. maiusculæ, detur Aureus numerus 1. & sequenti cellulæ litteræ K. ad dexteram Aureus numerus 2. &c. occurret Aureus numerus 17. propositi anni eidem cellulæ litteræ F. maiusculæ, sub qua duæ Epactæ xxv. 25. rubra vna, & altera nigra, ponuntur. Et quoniam Aureus numerus 17. maior est, quam 11. accipienda est Epacta 25. nigra pro anno 1916. Atque hoc modo Epactam cuiuslibet anni inuenies in perpetuum.*

*Epactæ in principio anni mutandæ sunt vnà cum Aureo numero.*

*Notandum est, quod vbi in Kalendario inuenitur Epacta currens in illo anno, denotat tali die esse nouilunium: vt in anno 1588. in quo Epacta est ij. demonstrat nouilunium esse 29. Ianuarij, in Februario, die 27. & in Martio, die 27. & sic in alijs Mensibus.*

Rota perpetua litterarum Dominicalium, incipiens ab anno 1584. si quibusque 400. annis tres Bissexti omittuntur.



Tabula æquationis Rotæ perpetuæ litterarum Dominicalium, ab anno 1584.

| | Anni Dñi | | Anni Dñi | | Anni Dñi |
|---|---|---|---|---|---|
| III | 1584 | | | | |
| I | 1700 | I | 2900 | I | 4100 |
| II | 1800 | II | 3000 | II | 4200 |
| III | 1900 | III | 3100 | III | 4300 |
| I | 2100 | I | 3300 | I | 4500 |
| II | 2200 | II | 3400 | II | 4600 |
| III | 2300 | III | 3500 | III | 4700 |
| I | 2500 | I | 3700 | I | 4900 |
| II | 2600 | II | 3800 | II | 5000 |
| III | 2700 | III | 3900 | III | 5100 |

*Inuenturus litteram Dominicalem cuiuslibet anni, vide in Tabula æquationis, qui numerus rubrus ad sinistram anni propositi reperitur: eumque in Rota litterarum Dominicalium perpetua, nota: & littera, quæ sub tali numero reperietur, erit littera Dominicalis propositi anni. Si vero annus ille in Tabula descriptus non est; numerum rubrum ad sinistram anni proxime minoris reperi: eumque in Rota litterarum Dominicalium nota: & litteræ sub tali numero rubro positæ tribue annum in Tabula æquationis acceptum: sequentem vero annum sequenti litteræ, ad dexteram progrediendo: & ita deinceps donec ad annum propositum peruenias: & littera tali anno incidens, erit littera Dominicalis illius anni: quæ si sit vna tantum, annus propositus communis erit: si vero duæ litteræ sint, erit Bissextilis: & superior deseruiet a principio anni, vsque ad festum sancti Matthiæ: inferior autem à prædicto festo sancti Matthiæ, vsque ad finem anni. Sed aduertendum est, quòd anni illi centesimi notati in Tabula æquationis, non sunt Bissextiles, sed communes: & in eis deseruiet littera inferior, relicta superiore. Exemplum. Anno 1589. respondet in Tabula æquationis hic numerus rubrus III. quia cum dictus annus in Tabula non contineatur, accipiendus est annus 1584 proxime minor, cui respondet numerus III. & in Rota sub eodem numero sunt duæ litteræ, A.G. Si annum 1584. tribuas litteris A.G. & sequentem annum 1585. litteræ sequenti ad dexteram, nempe F. & sic procedas vsq; ad annum propositum 1589. inuenies illi competere litteram A Erit igitur A. littera Dominicalis anni 1589. & erit annus communis. Rursus, anno 1812. respondet in Tabula æquationis numerus rubrus II. Numerando igitur ab anno 1800. in Tabula æquationis reperto proxime minore, in Rota perpetua, incipiendo à littera, supra quam positus est prædictus numerus II. vsque ad annum 1812. inueniemus duas litteras Dominicales, E.D. eritq; annus ille Bissextilis: & E. deseruiet à principio anni vsque ad festum sancti Matthiæ: D. vero pro reliquo anni spatio. Postremo, anno 1900. in Tabula æquationis respondet numerus rubrus III. sub quo in Rota litterarum Dominicalium sunt duæ litteræ, A.G. solum illi anno deseruiet, quia annus ille communis est, & non Bissextilis; quoniam annus ille centesimus in Tabula æquationis repertus est.*

Tabula

# TABVLA FESTORVM MOBILIVM PERPETVA.

| Litteræ Dominicales | Cyclus Epactarum. | Septuagesima. | Dies Cinerum. | Pascha. | Ascensio. | Pentecostes. | Corpus Christi. | Dominicæ inter Trin. & Aduent. | Dnica j. Aduent. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| D | 23. | 18. Ian. | 4. Feb. | 22. Mar. | 30. Apri. | 10. Maij. | 21. Maij. | 27 | 29. Nou. |
| | 22.21.20.19.18.17.16. | 25. Ian. | 11. Feb. | 29. Mar. | 7. Maij | 17. Maij. | 28. Maij. | 26 | 29 |
| | 15.14.13.12.11.10. 9. | 1. Feb. | 18. Feb. | 5. Apri. | 14. Maij. | 24. Maij. | 4. Iunij. | 25 | 29 |
| | 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. | 8. Feb. | 25. Feb. | 12. Apri. | 21. Maij. | 31. Maij. | 11. Iunij. | 24 | 29 |
| | 1 * 29.28.27.26.25. 25.24 | 15. Feb. | 4. Mar. | 19. Apri. | 28. Maij. | 7. Iunij. | 18. Iunij. | 23 | 29 |
| E | 23.22. | 19. Ian. | 5. Feb. | 23. Mar. | 1. Maij. | 11. Maij. | 22. Maij. | 27 | 30. Nou. |
| | 21.20.19.18.17.16.15. | 26. Ian. | 12. Feb. | 30. Mar. | 8. Maij. | 18. Maij. | 29. Maij. | 26 | 30 |
| | 14.13.12.11.10. 9. 8. | 2. Feb. | 19. Feb. | 6. Apri. | 15. Maij. | 25. Maij. | 5. Iunij. | 25 | 30 |
| | 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. | 9. Feb. | 26. Feb. | 13. Apri. | 22. Maij. | 1. Iunij. | 12. Iunij. | 24 | 30 |
| | * 29.28.27.26.25.25.24 | 16. Feb. | 5. Mar. | 20. Apri. | 29. Maij. | 8. Iunij. | 19. Iunij. | 23 | 30 |
| F | 23.22.21. | 20. Ian. | 6. Feb. | 24. Mar. | 2. Maij. | 12. Maij. | 23. Maij. | 27 | 1. Dec. |
| | 20.19.18.17.16.15.14. | 27. Ian. | 13. Feb. | 31. Mar. | 9. Maij. | 19. Maij. | 30. Maij. | 26 | 1 |
| | 13.12.11.10. 9. 8. 7. | 3. Feb. | 20. Feb. | 7. Apri. | 16. Maij. | 26. Maij. | 6. Iunij. | 25 | 1 |
| | 6. 5. 4. 3. 2. 1. * | 10. Feb. | 27. Feb. | 14. Apri. | 23. Maij. | 2. Iunij. | 13. Iunij. | 24 | 1 |
| | 29.28.27.26. 25.25.24. | 17. Feb. | 6. Mar. | 21. Apri. | 30. Maij. | 9 Iunij. | 20. Iunij. | 23 | 1 |
| G | 23.22.21.20. | 21. Ian. | 7. Feb. | 25. Mar. | 3. Maij. | 13. Maij. | 24. Maij. | 27 | 2. Dec. |
| | 19.18.17.16.15.14.13. | 28. Ian. | 14. Feb. | 1. Apri. | 10. Maij. | 20. Maij. | 31. Maij. | 26 | 2 |
| | 12.11.10. 9. 8. 7. 6. | 4. Feb. | 21. Feb. | 8. Apri. | 17. Maij. | 27. Maij. | 7. Iunij. | 25 | 2 |
| | 5. 4. 3. 2. 1. * 29. | 11. Feb. | 28. Feb. | 15. Apri. | 24. Maij. | 3. Iunij. | 14. Iunij. | 24 | 2 |
| | 28.27.26. 25.25.24. | 18. Feb. | 7. Mar. | 22. Apri. | 31. Maij. | 10. Iunij. | 21. Iunij. | 23 | 2 |
| A | 23.22.21.20.19. | 22. Ian. | 8. Feb. | 26. Mar. | 4. Maij. | 14. Maij. | 25. Maij. | 27 | 3. Dec. |
| | 18.17.16.15.14.13.12. | 29. Ian. | 15. Feb. | 2. Apri. | 11. Maij. | 21. Maij. | 1. Iunij. | 26 | 3 |
| | 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. | 5. Feb. | 22. Feb. | 9. Apri. | 18. Maij. | 28. Maij. | 8. Iunij. | 25 | 3 |
| | 4. 3. 2. 1. * 29.28. | 12. Feb. | 1. Mar. | 16. Apri. | 25. Maij | 4. Iunij. | 15. Iunij. | 24 | 3 |
| | 27.26. 25.25.24. | 19. Feb. | 8. Mar. | 23. Apri. | 1. Iunij. | 11. Iunij. | 22 Iunij. | 23 | 3 |
| B | 23.22.21.20.19.18. | 23. Ian. | 9. Feb. | 27. Mar. | 5. Maij. | 15. Maij. | 26. Maij. | 26 | 27. Nou. |
| | 17.16.15.14.13.12.11. | 30 Ian. | 16. Feb. | 3. Apri. | 12. Maij. | 22. Maij. | 2. Iunij. | 25 | 27 |
| | 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. | 6. Feb. | 23. Feb. | 10. Apri. | 19. Maij. | 29. Maij. | 9. Iunij. | 24 | 27 |
| | 3. 2. 1. * 29.28.27. | 13. Feb. | 2. Mar. | 17. Apri. | 26. Maij. | 5. Iunij. | 16. Iunij. | 23 | 27 |
| | 26. 25.25.24. | 20. Feb. | 9. Mar. | 24. Apri. | 2. Iunij. | 12. Iunij. | 23. Iunij. | 22 | 27 |
| C | 23.22.21.20.19.18.17. | 24. Ian. | 10. Feb. | 28. Mar. | 6. Maij. | 16. Maij | 27. Maij. | 26 | 28. Nou. |
| | 16.15.14.13.12.11.10. | 31. Ian. | 17. Feb. | 4. Apri. | 13. Maij. | 23. Maij. | 3. Iunij. | 25 | 28 |
| | 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. | 7. Feb. | 24. Feb. | 11. Apri. | 20. Maij | 30. Maij. | 10. Iunij. | 24 | 28 |
| | 2. 1. * 29. 28.27.26. 25. | 14. Feb. | 3. Mar. | 18. Apri. | 27. Maij. | 6. Iunij. | 17. Iunij. | 23 | 28 |
| | 25.24. | 21. Feb. | 10. Mar. | 25. Apri. | 3. Iunij. | 13. Iunij. | 24. Iunij. | 22 | 28 |

*Ex superiore Tabula ita festa mobilia reperientur. In cellula litteræ Dominicalis currentis, quæratur Epacta currens. Nam e directo omnia festa mobilia deprehēdentur. Vt anno 1599. in cellula litteræ Dominicalis C. tunc currentis, è regione Epactæ 4. quæ eodem anno currit, habetur Septuagesima die 7. Februarij: dies cinerum 24. Februarij: & Pascha die 11. Aprilis: &c.*

*Sed in annis Bissextilibus inuenienda sunt omnia festa mobilia per litteram Dominicalem posteriorem, quæ nimirum currit post festum S. Matthiæ: ita tamen, vt Septuagesimæ, & diei Cinerum inuentæ in Ianuario, aut Februario, addatur vnus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ, currit prior littera Dominicalis. Post festum autem S. Matthiæ in Februario, licet posterior littera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita, vt dies 24. Februarij, dicatur 25. & dies 25. dicatur 26. &c. Exempli gratia. Anno 2096. Bissextili, Epacta erit 5. & litteræ Dominicales A.G. Si igitur per posteriorem litteram, quæ est G. festa mobilia inuestigentur, reperietur Septuagesima die 12. Februarij, quæ est Dominica: & dies Cinerum in diem 29. Februarij, quæ est Feria quarta. Pascha autem, & reliqua festa in eos dies cadent, qui in Tabula expressi sunt. Item anno 4088. Bissextili, Epacta erit 24. & litteræ Dominicales D.C. Si igitur per litteram C. quæ posterior est, inquirantur festa mobilia, inuenietur Septuagesima die 21. Februarij: & si addatur vnus dies, cadet in diem 22. Februarij, quæ est Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10. Martij: quare nihil additur: &c.*

# TABVLA TEMPORARIA FESTORVM MOBILIVM.

| Anni Domini. | Litterę Dñicales. | Aureus numerus. | Epacta. | Septuagesima. | Dies Cinerum. | Pascha Resurrectionis. | Ascēsio Domini | Pentecostes. | Corpus Christi. | Dñicę post Trin. | Dñica prima Aduēt. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1621 | c | 7 | vij | 7 Febr. | 24 Febr. | 11. Apr. | 20. Maij | 30. Maij | 10. Iunij | 24 | 28. No. |
| 1622 | b | 8 | xviij | 23. Ian. | 9.Febr. | 27. Mar. | 5. Maij | 15. Maij | 26. Maij | 26 | 27. No. |
| 1623 | A | 9 | xxix | 12.Febr. | 1. Mar. | 16. Apr. | 25. Maij | 4. Iun. | 15. Iunij | 24 | 3.Dec. |
| 1624 | g f | 10 | x | 4 Febr. | 21.Febr. | 7. Apr. | 16. Maij | 26. Maij | 9. Iunij | 25 | 1.Dec. |
| 1625 | e | 11 | xxj | 26. Ian. | 12.Febr. | 30. Mar. | 8. Maij | 18. Maij | 29. Maij | 26 | 30. No. |
| 1626 | d | 12 | ij | 8.Febr. | 25.Febr. | 12. Apr. | 21. Maij | 31. Maij | 11. Iunij | 24 | 29. No. |
| 1627 | c | 13 | xiij | 31. Ian. | 17 Febr. | 4. Apr. | 13. Maij | 23. Maij | 3. Iunij | 25 | 28. No. |
| 1628 | b A | 14 | xxiiij | 20.Febr. | 8 Mar. | 23. Apr. | 1. Iunij | 11. Iun. | 22. Iunij | 23 | 3.Dec. |
| 1629 | g | 15 | v | 11.Febr. | 28.Febr. | 15. Apr. | 24. Maij | 3. Iun. | 14. Iunij | 24 | 2.Dec. |
| 1630 | f | 16 | xvj | 27. Ian | 13.Febr. | 31. Mar. | 9. Maij | 19. Maij | 30. Maij | 26 | 1.Dec. |
| 1631 | e | 17 | xxvij | 16.Febr | 5. Mar. | 20. Apr. | 29. Maij | 8. Iun. | 19. Iunij | 23 | 30. No. |
| 1632 | d c | 18 | viij | 8.Febr. | 25.Febr. | 11. Apr. | 20. Maij | 30. Maij | 10. Iunij | 24 | 28. No. |
| 1633 | b | 19 | xix | 23. Ian. | 9.Febr. | 27. Mar. | 5. Maij | 15. Maij | 26. Maij | 26 | 27. No. |
| 1634 | A | 1 | j | 12 Febr. | 1. Mar | 16. Apr. | 25. Maij | 4. Iun. | 15. Iunij | 24 | 3.Dec. |
| 1635 | g | 2 | xij | 4.Febr | 21.Febr. | 8. Apr. | 17. Maij | 27. Maij | 7. Iunij | 25 | 2.Dec. |
| 1636 | f e | 3 | xxiij | 20. Ian | 6.Febr. | 23. Mar. | 1. Maij | 11. Maij | 22. Maij | 27 | 30. No. |
| 1637 | d | 4 | iiij | 8 Febr | 25.Febr. | 12. Apr. | 21. Maij | 31. Maij | 11. Iunij | 26 | 29. No. |
| 1638 | c | 5 | xv | 31. Ian. | 17.Febr. | 4. Apr. | 13. Maij | 23. Maij | 3. Iunij | 25 | 28. No. |
| 1639 | b | 6 | xxvj | 20 Febr | 9. Mar. | 24. Apr. | 2. Iunij | 12. Iun. | 23. Iunij | 22 | 27. No. |
| 1640 | A g | 7 | vij | 5.Febr | 22.Febr. | 8. Apr. | 17. Maij | 27. Maij | 7. Iunij | 25 | 2. Dec. |
| 1641 | f | 8 | xviij | 27. Ian. | 13.Febr. | 31. Mar. | 9. Maij | 19. Maij | 30 Maij | 26 | 1. Dec. |
| 1642 | e | 9 | xxix | 16.Febr. | 5 Mar. | 20. Apr. | 29. Maij | 8. Iun. | 19 Iunij | 23 | 30. No. |
| 1643 | d | 10 | x | 1.Febr | 18.Febr. | 5. Apr. | 14. Maij | 24. Maij | 4. Iunij | 25 | 29. No. |
| 1644 | c b | 11 | xxj | 24. Ian | 10 Febr | 27. Mar | 5. Maij | 15. Maij | 26. Maij | 26 | 27. No. |
| 1645 | A | 12 | ij | 12.Febr | 1.Mar. | 16. Apr. | 25. Maij | 4. Iun. | 15. Iunij | 24 | 3.Dec. |
| 1646 | g | 13 | xiij | 28. Ian | 14.Febr. | 1. Apr. | 10. Maij | 20. Maij | 31. Maij | 26 | 2.Dec. |
| 1647 | f | 14 | xxiiij | 17.Febr | 6.Mar. | 21. Apr | 30 Maij | 9. Iun. | 20. Iunij | 23 | 1.Dec. |
| 1648 | e d | 15 | v | 9.Febr. | 26.Febr | 12. Apr. | 21. Maij | 31. Maij | 11. Iunij | 24 | 29. No. |
| 1649 | c | 16 | xvj | 31. Ian. | 7.Febr | 4. Apr. | 13. Maij | 23. Maij | 3. Iunij | 25 | 28. No. |
| 1650 | b | 17 | xxvij | 13 Febr. | 2. Mar. | 17. Apr | 26. Maij | 5. Iun | 16. Iunij | 23 | 27. No. |
| 1651 | A | 18 | viij | 5.Febr. | 22.Febr. | 9. Apr | 18. Maij | 28. Maij | 8 Iunij | 25 | 3 Dec. |
| 1652 | g f | 19 | xix | 27. Ian. | 13.Febr. | 1. Apr | 10 Maij | 20. Maij | 31. Maij | 26 | 2. Dec. |
| 1653 | e | 1 | j | 9.Febr. | 26.Febr. | 13. Apr. | 22. Maij | 1. Iun. | 12. Iunij | 24 | 30. No. |
| 1654 | d | 2 | xij | 1.Febr. | 18.Febr. | 5. Apr. | 14. Maij | 24. Maij | 4. Iunij | 25 | 29. No. |

Indi-

## De Indictione.

*Indictionis frequens vsus est in Diplomatibus, & scripturis publicis: & incipit à Ianuario. Facile annum Indictionis currentem quolibet anno proposito inueniemus ex sequenti Tabula: cuius vsus perpetuus est: initium tamen sumit ab anno 1599.*

### Tabula Indictionis ab anno 1584.

| 12. | 13. | 14. | 15. | 1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. | 8. | 9. | 10. | 11. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|

*Nam si anno 1599. tribuas primum numerum, qui est 12. & sequenti anno 1600. secundum numerum, qui est 13. & sic deinceps vsque ad annum propositum, redeundo ad principium Tabulæ, quotiescumque eam percurreris, cadet annus propositus in Indictione, quæ quæritur.*

## De anno, & eius partibus.

*Annus Menses habet duodecim: Hebdomadas duas & quinquaginta, & Diem vnum: Dies vero trecentos sexaginta quinque, & sex horas: tanto enim temporis interuallo Sol Zodiacum perlustrat. Quater autem sex horæ singulis quaternis Annis diem constituunt: tunc Annus intercalaris, Bissextus, vel Bissextilis dicitur.*

## Ex quot diebus constet vnusquisque mensis, versus.

*Triginta Aprilis, Junius, Septemque, Nouemque*
*Vno plus alij, Viginti Februus octo:*
*At si bissextus fuerit, superadditur vnus,*
*Et tunc bis Sexto Marti conscribe Kalendas.*

## De numero Nonarum, ac Iduum singulorum Mensium, versus.

*Sex Nonas Maius, october, Julius, & Mars:*
*Quattuor at reliqui: dabit Jdus quilibet octo.*

## Qua die mensis Kalendæ, Nonæ, & Idus sumuntur.

*Prima quaque Mensis die dicitur Kalendis. Vbi autem Nonæ fuerint quattuor, quinta die dicitur Nonis: & decima tertia Idibus. Vbi vero Nonæ fuerint sex, septima die dicitur Nonis: & decima quinta Jdibus. Reliquis autem diebus dicitur Pridie, Tertio, vel quarto Kalendas, aut Nonas, seu Idus, retrorsum numerando, vsque ad eum diem, quo aut Kalendis, aut Nonis, aut Idibus dicitur.*

## Quando inchoatur Aduentus Domini.

*Aduentus Domini inchoatur Dominica propinquiori festo sancti Andreæ: vel ipsa die sancti Andreæ, si in Dominica venerit.*

## Quattuor Tempora.

*Quattuor Tempora celebrantur Quarta, & Sexta Feria, ac Sabbato post tertiam Dominicam Aduentus: post primam Dominicam Quadragesimæ: post Pentecosten: & post festum Exaltationis Sanctæ Crucis.*

## Dies Nuptiarum ex Decreto Concilij Tridentini.

*A Dominica prima Aduentus, vsque ad diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum, vsque ad octauam Paschæ inclusiue, sollemnitates Nuptiarum prohibentur. Alijs temporibus permittuntur.*

ELVCI-

# ELVCIDATIO KALENDARII.

IN Kalendario locatur primo Epacta: deinde litteræ Dominicales, & Feriarum: tertio numerus Kalendarum, Nonarum, & Iduum: quarto dies cuiusque Mensis: quinto Festa Sanctorum suo loco: vltimo numerus Paginarum, vbi propria Sanctorum inuenienda sunt. Item, post finem cuiusque Mensis indicantur incrementa, & diminutiones Dierum, & Noctium, in decimum quemque Diem Mensis, per horas duntaxat, & quattuor Horæ partes: in quibus designandis, proposito dierum numero, sequenti priori numero, Horæ; altero, quartæ significantur.

IANVA-

# IANVARIVS

Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | * | A | Kal. | 1 | Circunciſio Domini. dup.maius. | 31 | |
| | xxix | b | iiij | 2 | Oct.S.Steph. dupl.min. cum comm. Octauarum. | 32 | |
| | xxviij | c | iij | 3 | Octa.S.Ioan. dupl.min.cum comm. oct.SS.Innoc. | 33 | |
| | xxvij | d | Prid. | 4 | Octa.SS.Innoc. dupl.min. | 33 | |
| | xxvj | e | Non. | 5 | | | |
| 25 | xxv | f | viij | 6 | Epiphania Domini. dupl.ma. | 34 | |
| | xxiiij | g | vij | 7 | De octaua. | 35 | |
| | xxiij | A | vj | 8 | De octaua. | | |
| | xxij | b | v | 9 | De octaua. | | |
| | xxj | c | iiij | 10 | De octaua. | | |
| | xx | d | iij | 11 | De octaua. | | |
| | xix | e | Prid. | 12 | De octaua. | | |
| | xviij | f | Idib. | 13 | Octa Epiph. dupl.minus. | 37 | |
| | xvij | g | xix | 14 | ~~Hilarij Epi,& cof. ſimpl.~~ & cō. Felicis presb.& cōf. | 311 | De dulciss.° nomin |
| | xvj | A | xviij | 15 | Mauri Abbat.& confeſſ. ſimplex. | 311 | dup. min. |
| | xv | b | xvij | 16 | Marcelli Papæ,& mart. ſemid. | 311 | |
| | xiiij | c | xvj | 17 | Antonij Abbatis. dup.minus, | 312 | |
| | xiij | d | xv | 18 | Cath.S.Pet.Romæ.du.mi. & cō.Priſcæ virg.& m̄. | 312 | |
| | xij | e | xiiij | 19 | Dioniſij papæ & ~~mart.~~ dupl.min. | 313 | x confess. |
| | xj | f | xiij | 20 | Fabiani,& Sebaſtiani mart. dup.min. | 313 | |
| | x | g | xij | 21 | Agnetis virginis & mart. dup.min. | 314 | |
| | ix | A | xj | 22 | ~~[illegible]~~ Anaſtaſij mart. dup.min. | 314 | |
| | viij | b | x | 23 | Vincentij martyris. ~~[illegible]~~ dup. min. | | |
| | vij | c | ix | 24 | Timothei Epiſc.& mart. ~~ſimplicis~~ x | 315 | x semidup. |
| | vj | d | viij | 25 | Conuerſio S.Pauli. dup.min. | 316 | |
| | v | e | vij | 26 | Polycarpi Epiſc.& mart. ~~ſimplicis~~ x | 317 | x semidup. |
| | iiij | f | vj | 27 | Ioan.Chryſoſt.Epi,conf.& Doct. dup.min. | 318 | |
| | iij | g | v | 28 | Cyrilli Epiſcopi confeſſ.& Doct. dupl.min. & comm. Agnetis ſecundo. | 319 | |
| | ij | A | iiij | 29 | Petri Thomæ Epiſcopi & mart. dup.min. | 320 | |
| | j | b | iij | 30 | Andreæ Epiſcopi & confeſſ. dup.min. | 320 | |
| | * | c | Prid. | 31 | Hilarij episc. et conf. simplex. | | |

¶ Poſt octa. Epiphaniæ,& ante feſtum Purificationis fiat primum Ternarium.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ianuarij dies | 1 | Horas habet | 9 | 1 | Nox | 14 | 3 |
| | 10 | | 9 | 2 | | 14 | 2 |
| | 20 | | 9 | 3 | | 14 | 1 |

FE-

# FEBRVARIVS

Habet dies xxviij. Luna vero xxix.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | xxix | d | Kal. | 1 | Ignatij Episcopi,& mart. semid. | 320 |
| | xxviij | c | iiij | 2 | Purificatio Virg. Mariæ. dup.ma. | 321 |
| | xxvij | f | iij | 3 | Blasij Episc.& mart. simplex. | 323 |
| 25 | xxvj | g | Prid. | 4 | | |
| xxv | xxiiij | A | Non. | 5 | Agathæ virg. & mart. dup.min. | 323 |
| | xxiij | b | viij | 6 | Dorotheæ virg.& mart. simplex:& commem. Vedasti, & Amandi Episcoporum,& conf. | 325 |
| semidup. | xxij | c | vij | 7 | Romualdi Abbatis, ~~duplex minus.~~ | 326 |
| | xxj | d | vj | 8 | | |
| | xx | e | v | 9 | Apolloniæ virg.& mart. dupl.min. | 326 |
| | xix | f | iiij | 10 | Scholasticæ virg. simpliciss. | 326 |
| | xviij | g | iij | 11 | Euphrosinæ virginis. dupl.min. | 326 |
| | xvij | A | Prid. | 12 | | |
| | xvj | b | Idib. | 13 | | |
| | xv | c | xvj | 14 | Valentini presbyt.& mart. simpliciss. | 326 |
| | xiiij | d | xv | 15 | Faustini,& Iouitæ mart. simpliciss. | 326 |
| | xiij | e | xiiij | 16 | | |
| | xij | f | xiij | 17 | | |
| | xj | g | xij | 18 | Simeonis Episcopi,& mart. simplex. | 326 |
| | x | A | xj | 19 | | |
| | ix | b | x | 20 | | |
| | viij | c | ix | 21 | | |
| | vij | d | viij | 22 | Cathedra S. Petri Antiochiæ. dup.min. | 327 |
| | vj | e | vij | 23 | Vigilia. | |
| | v | f | vj | 24 | Matthiæ Apostoli. dup.min. | 328 |
| | iiij | g | v | 25 | Auertani confessoris. dup.min. | 328 |
| | iij | A | iiij | 26 | | |
| | ij | b | iij | 27 | | |
| | j | c | Prid. | 28 | | |

nat. nigr.

Anno Bissextili additur vnus dies, & fit dierum 29. & festum S. Matthiæ celebratur die 25. & tunc dicitur bis, sexto Kalendas, hoc est, 24. & 25. die:& sic littera Dominicalis mutatur in superiorem: vt si sit D. in C. si sit C. in B. similiter & in alijs.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Februarij dies | 1 / 10 / 20 | Horas habet | 10 / 10 / 11 | 2 | Nox | 14 / 13 / 13 | 2 |

MAR-

# MARTIVS

Habet dies xxxi. [illegible]

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| * | d | Kal. | 1 | Albini episcopi, & confess. [illegible] | 328 |
| xxix | e | vj | 2 | | |
| xxviij | f | v | 3 | | |
| xxvij | g | iiij | 4 | | |
| xxvj | A | iij | 5 | | |
| 25 xxv | b | Prid. | 6 | Cyrilli confess. & doctoris. dupl. minus. | 328 |
| xxiiij | c | Non. | 7 | Thomæ Aquinatis confess. & doct. dup. min. & cõm. Perpetuæ, & Felicitatis martyrum. | 329 |
| xxiij | d | viij | 8 | | |
| xxij | e | vij | 9 | Quadraginta martyrum. semiduplex. | 330 |
| xxj | f | vj | 10 | | |
| xx | g | v | 11 | | |
| xix | A | iiij | 12 | Gregorij Papæ conf. & Ecclesiæ doct. dupl. min. | 331 |
| xviij | b | iij | 13 | Euphrasiæ virginis. dupl. min. | 331 |
| xvij | c | Prid. | 14 | | |
| xvj | d | Idib. | 15 | | |
| xv | e | xvij | 16 | | |
| xiiij | f | xvj | 17 | | |
| xiij | g | xv | 18 | | |
| xij | A | xiiij | 19 | Ioseph confessoris. dupl. minus. | 331 |
| xj | b | xiij | 20 | Ioachim patris gloriosissimæ virg. Mariæ. dup. mi. | 332 |
| x | c | xij | 21 | Ben[illegible] dupl. minus. | 333 |
| ix | d | xj | 22 | | |
| viij | e | x | 23 | | |
| vij | f | ix | 24 | | |
| vj | g | viij | 25 | Annunciatio virginis Mariæ. dupl. maius. | 334 |
| v | A | vij | 26 | | |
| iiij | b | vj | 27 | | |
| iij | c | v | 28 | | |
| ij | d | iiij | 29 | Bertholdi confessoris. dupl. minus. | 335 |
| j | e | iij | 30 | | |
| * | f | Prid. | 31 | | |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Martij dies | 1 | Horas habet | 11 | 2 | Nox | 12 | 2 |
| | 10 | | 12 | | | 12 | |
| | 20 | | 12 | 2 | | 11 | 2 |

# APRILIS

Habet dies xxx. Luna vero xxix.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | xxix | g | Kal. | 1 | | |
| | xxviij | A | iiij | 2 | Franciſci de Paula confeſſ. dupl.minus. | 335 |
| | xxvij | b | iij | 3 | | |
| 25 | xxvj | c | Prid. | 4 | | |
| xxv | xxiiij | d | Non. | 5 | | |
| | xxiij | e | viij | 6 | | |
| | xxij | f | vij | 7 | | |
| | xxj | g | vj | 8 | Alberti Epiſcopi & confeſſ. dupl.min. | 335 |
| | xx | A | v | 9 | | |
| | xix | b | iiij | 10 | | |
| | xviij | c | iij | 11 | Leonis Papæ,& confeſſ. dupl.minus. | 335 |
| | xvij | d | Prid. | 12 | | |
| | xvj | e | Idib. | 13 | | |
| | xv | f | xviij | 14 | Tiburtij, Valeriani,& Maximi marty. ſimpliciſſ. | 336 |
| | xiiij | g | xvij | 15 | | |
| | xiij | A | xvj | 16 | | |
| | xij | b | xv | 17 | Aniceti Papæ,& mart. ſemidupl. | 336 |
| | xj | c | xiiij | 18 | | |
| | x | d | xiij | 19 | | |
| | ix | e | xij | 20 | | |
| | viij | f | xj | 21 | | |
| | vij | g | x | 22 | Soteris, & Caij pontificum, & martyrum. ſemiduplex. | 337 |
| | vj | A | ix | 23 | Georgij martyris. ſemidupl. | 337 |
| | v | b | viij | 24 | | |
| | iiij | c | vij | 25 | Marci Euangeliſtæ. dupl.minus. | 337 |
| | iij | d | vj | 26 | Cleti, & Marcellini pontif.& marty. ſemidupl. | 339 |
| | ij | e | v | 27 | | |
| | j | f | iiij | 28 | Vitalis martyris. ſimpliciſſ. | 339 |
| x ſemidup. | * | g | iij | 29 | Petri martyris ordinis Prædicatorum, ~~dupl. minus.~~ | 339 |
| | xxix | A | Prid. | 30 | | |

¶ Poſt octa. Paſchæ, & ante Aſcenſionem fiat ſecundum Ternarium.

| Aprilis dies | 1 10 20 | Horas habet | 13 13 14 | 2 | Nox | 10 10 11 | 2 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|

MA-

# M A I V S

Habet dies xxxj  Luna vero xxx.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xxviij | b | Kal. | 1 | Philippi & Iacobi Apostolorum. dupl.minus. | 339 |
| xxvij | c | | 2 | Athanasij episcopi, confess. & doct. dupl.minus. | 340 |
| xxvj. | d | | 3 | Inuentio sanctæ Crucis dupl.minus. & commem. Alexandri, & sociorum martyrum. | 342 |
| 25 xxv | e | | 4 | | |
| xxiiij | f | | 5 | Angeli martyris. dupl.~~minus.~~ *maius.* | 343 |
| xxiij | g | Prid. | 6 | Ioannis ante portam Latinam. dupl.minus. | 344 |
| xxij | A | Non. | 7 | Stanislai Episcopi, & mart. ~~dupl.minus~~ ✗ | 345 ✗ *semidup.* |
| xxj | b | | 8 | Apparitio sancti Michaelis. dupl.minus. | 345 |
| xx | c | | 9 | Gregorij Nazianzeni epi, confess. & doct. dup.min. | 345 |
| xix | d | | 10 | Gordiani & Epimachi mart. simplicis. | 346 |
| xviij | e | | 11 | | |
| xvij | f | | 12 | Nerei, Achillei, & Pancratij martyr. ~~simplicis.~~ ✗ | 347 ✗ *semidup.* |
| xvj | g | | 13 | | |
| xv | A | Prid. | 14 | | |
| xiiij | b | Idib. | 15 | | |
| xiij | c | | 16 | Simonis Anglici confessoris. dup.min. | 348 |
| xij | d | | 17 | | |
| xj | e | | 18 | | |
| x | f | | 19 | Pudentianæ virginis. simplicis. | 348 |
| ix | g | | 20 | | |
| viij | A | | 21 | | |
| vij | b | | 22 | | |
| vj | c | | 23 | | |
| v | d | | 24 | | |
| iiij | e | | 25 | Vrbani Papæ & martyris. semidupl. | 348 |
| iij | f | | 26 | | |
| ij | g | | 27 | | |
| j | A | | 28 | | |
| * | b | | 29 | | |
| xxix | c | | 30 | | |
| xxviij | d | Prid. | 31 | | |

| Maij dies | | Horas habet | | | Nox | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 1 | | 14 | 1 | | 9 | 3 |
| | 10 | | 14 | 2 | | 9 | 2 |
| | 20 | | 14 | 3 | | 9 | 1 |

IV-

# I V N I V S

Habet dies xxx. Luna vero xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xxvij | c | Kal. | 1 | | |
| 25 xxvj | f | iiij | 2 | Marcellini, Petri, & Erasmi martyrum. simplex. | 349 |
| xxv xxiiij | g | iij | 3 | | |
| xxiij | A | Prid. | 4 | | |
| xxij | b | Non. | 5 | ∴ ∴ | |
| xxj | c | viij | 6 | | |
| xx | d | vij | 7 | | |
| xix | e | vj | 8 | Medardi, & Gildardi episcop✗ & conf. simplicis. ✗ orum | 350 |
| xviij | f | v | 9 | Primi & Feliciani martyr. simplicis. | 350 |
| xvij | g | iiij | 10 | | |
| xvj | A | iij | 11 | Barnabæ Apostoli. dupl. minus. | 351 |
| xv | b | Prid. | 12 | Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij mart. simpl. | 352 |
| xiiij | c | Idib. | 13 | Antonij de Padua confess. ~~duplex minus~~ ✱ midup. | 353 |
| xiij | d | xviij | 14 | Elisei Prophetæ. dupl. maius. | 353 |
| xij | e | xvij | 15 | Basilij episcopi, conf. & doct. du. mi. & comm. octa. & SS. Viti, Modesti, & Crescentiæ martyrum. | 354 |
| xj | f | xvj | 16 | De octaua. | |
| x | g | xv | 17 | De octaua. | |
| ix | A | xiiij | 18 | De octa. & commem. Marci & Marcelliani mart. | 356 |
| viij | b | xiij | 19 | De octa. & commem. Geruasij & Prothasij mart. | 356 |
| vij | c | xij | 20 | De octa. & commem. Siluerij Papæ, & mart. | 356 |
| vj | d | xj | 21 | Octaua sancti Elisei. dupl. minus. | |
| v | e | x | 22 | Decem millium martyrum dupl. minus. & commem. Paulini episcopi, & confessoris. | 358 |
| iiij | f | ix | 23 | Vigilia. | 357 |
| iij | g | viij | 24 | Natiuitas sancti Ioannis Baptistæ. dupl. maius. | 358 |
| ij | A | vij | 25 | De octaua. | |
| j | b | vj | 26 | Ioannis & Pauli martyrum. semidup. & com. oct. | 359 |
| * | c | v | 27 | De octaua. | |
| xxix | d | iiij | 28 | Leonis Papæ, & conf. semid. & co. oct. & Vigiliæ. | 360 |
| xxviij | e | iij | 29 | Petri, & Pauli Apostolorum. dupl. maius. | 362 |
| xxvij | f | Prid. | 30 | Commem. S. Pauli dup. mi. & comm. octauarum. | 363 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Iunij dies | 1 / 10 / 20 | Horas habet | 15 / 15 / 15 | Nox | 9 / 9 / 9 |

# I V L I V S

Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | xxvj | g | Kal. | 1 | Octaua S. Ioannis Baptiſtæ. du.mi.& cõm. Apoſt. | 364 |
| 25 | xxv | A | vj | 2 | Viſitatio glo.virg.Mariæ. dup.maius. & cõm.in Miſſis priuatis tantum. Proceſſi & Martiniani marty. | 364 |
| | xxiiij | b | v | 3 | De octaua Apoſt. & commem. Viſitat. | 365 |
| | xxiij | c | iiij | 4 | De octaua Apoſt. & commem. Viſitat. | |
| | xxij | d | iij | 5 | De octaua Apoſt. & commem. Viſitat. | |
| | xxj | e | Prid. | 6 | Octa.Apoſt.Petri & Pauli.du.mi. & cõ. oct. Viſit. | 366 |
| | xx | f | Non. | 7 | De octaua Viſitationis. | |
| | xix | g | viij | 8 | De octaua. | |
| | xviij | A | vij | 9 | Octaua Viſitationis dupl.minus. (ſemid. | 368 |
| | xvij | b | vj | 10 | SS.ſeptẽ fratrũ mart.& SS.Ruffinę,ac Secũdę virg.& m. | |
| | xvj | c | v | 11 | Pij Papæ,& martyris./ ~~ſemidupl.~~ / ſimplicis. | 368 |
| | xv | d | iiij | 12 | Ioannis Gualberti Abbatis. ſimpliciſ. | 368 |
| | xiiij | e | iij | 13 | Anacleti Papæ,& martyr. ſemidup. | 368 |
| | xiij | f | Prid. | 14 | Bonauenturæ Epi,conſ.& Eccleſiæ doct. dup. mi. | 368 |
| | xij | g | Idib. | 15 | | |
| | xj | A | xvij | 16 | Commem.ſollemnis glorioſę virg.Mariæ. dup.ma. | 369 |
| | x | b | xvj | 17 | Alexij confeſſoris. ſimpliciſ. | 370 |
| | ix | c | xv | 18 | Symphoroſæ,cum ſeptem filijs mart. ſimpliciſ. | 370 |
| | viij | d | xiiij | 19 | (ritæ virg.& m̃. | 371 |
| | vij | e | xiij | 20 | Eliæ Pris nr̃i. du.ma.& cõ.in Miſſis priuatis tm̃ Marga- | |
| | vj | f | xij | 21 | De octaua. & cõmemorat Praxedis virg. 373. | |
| | v | g | xj | 22 | Mariæ Magdalenæ Matronæ. du.mi. & cõm. oct. | 374 |
| | iiij | A | x | 23 | De oct.. & cõm. Apollinaris epiſcopi,& mart. | 375 |
| | iij | b | ix | 24 | De oct.. & cõm. Vigiliæ. 375. (ſtoph.& Cucuſ.m. | 375 |
| | ij | c | viij | 25 | Iacobi Apoſ.du.mi. & cõ Oct. cõ.ĩ miſſis pri.tm̃ Chri | |
| | j | d | vij | 26 | Annæ matris glo.virg.Mariæ. dup.mi. & cõm oct. | 376 |
| | * | e | vj | 27 | Octaua S.Eliæ. dup.mi. & cõm Pantaleonis mart. | 377 |
| | xxix | f | v | 28 | Nazarij,Celſi, & Vict.m̃.ac Innoc.pp,& cõſ. ſemi | 377 |
| | xxviij | g | iiij | 29 | Marthę virg. ſe.& cõ. SS.Felic.Simpl.Fauſt.& Beat.m̃. | |
| | xxvij | A | iij | 30 | Abdon,& Sennem martyrum. ſimpliciſ. 378. | (377 |
| 25 | xxvj | b | Prid. | 31 | Germani epiſcopi & confeſſ. ſimpliciſ. | 379 |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Iulij | 1 | Horas | 14 | 3 | | 9 | 1 |
| | 10 | | 14 | 2 | Nox | 9 | 2 |
| dies | 20 | habet | 14 | 1 | | 9 | 3 |

# A V G V S T V S

Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | xxv xxiiij | c | Kal. | 1 | Petri ad Vincula. du.mi. & cō. Machabęorũ mart. | 379 |
| ✝ simplicis. | xxiij | d | iiij | 2 | Stephani Papæ & martyris. ~~Semidupl.~~ | 380 |
| | xxij | e | iij | 3 | Inuentio sancti Stephani protomart. semidupl. | 381 |
| | xxj | f | Prid. | 4 | Dominici confessoris. dupl.minus. | 381 |
| | xx | g | Non. | 5 | Dedicatio S. Mariæ ad Niues. dupl.maius. | 381 |
| | xix | A | viij | 6 | Trãsfig. Dñi. dup.ma. & cō. in Missis priuatis tm̃ Xisti, Felicissimi, & Agapiti marty. 382. | |
| | xviij | b | vij | 7 | Alberti cōf. du.ma. et cō. Donati episc. & mart. in Missis pri.tantũ. | 383 |
| | xvij | c | vj | 8 | Cyriaci, & sociorum marty. semid. & comm. octa. | 385 |
| | xvj | d | v | 9 | De octaua. & commem. Vigiliæ. | 386 |
| | xv | e | iiij | 10 | Laurentij martyris. dupl.maius. | 387 |
| | xiiij | f | iij | 11 | De oct. S. Laur. & cō. S. Alberti, & Tiburtij mart. | 388 |
| | xiij | g | Prid. | 12 | De oct. S. Laur. & cōm. S. Alberti, & Claræ virg. | 388 |
| | xij | A | Idib. | 13 | De Oct. S. Laur. & cō. S. Alberti, et Hypp. & soc. m̃. | 388 |
| | xj | b | xix | 14 | Oct. S. Alber. du.mi. & cō. S. Laur. vig. & Euse. cōf. | 388 |
| | x | c | xviij | 15 | Assumptio gloriosæ virg. Mariæ. dupl.maius. | 389 |
| | ix | d | xvij | 16 | De octa. & commemor. S. Laurentij. | |
| | viij | e | xvj | 17 | Octaua S. Laurẽtij. dup.min. & cō. Assumptionis. | 391 |
| | vij | f | xv | 18 | De octaua. & commem. Agapiti martyris. | 391 |
| | vj | g | xiiij | 19 | De octaua. | |
| | v | A | xiij | 20 | Bernardi Abb. cōf. & doct. du.mi. & cō. Assump. | 391 |
| | iiij | b | xij | 21 | De octaua. | |
| | iij | c | xj | 22 | Oct. Assumpt. du.mi. & cō. Timothei, & soc. mar. | 392 |
| | ij | d | x | 23 | Vigilia. | 393 |
| | j | e | ix | 24 | Bartholomæi Apostoli. dupl.minus. | 393 |
| | * | f | viij | 25 | Ludouici confessoris. dupl.minus. | 394 |
| ✝ simplicis. | xxix | g | vij | 26 | Zephirini Papæ, & martyris. ~~Semidupl.~~ | 395 |
| | xxviij | A | vj | 27 | | |
| | xxvij | b | v | 28 | Augustini epi cōf. et doc. du.mi. et cō. Hermetis m̃. | 395 |
| | xxvj | c | iiij | 29 | Decollatio S. Io. Bapt. dup.min. et cō S. Sabinę m̃. | 396 |
| 25 | xxv | d | iij | 30 | Felicis & Adaucti martyrum. simpliciss. | 397 |
| | xxiiij | e | Prid. | 31 | | |

Augusti dies 1 10 20 — Horas habet 14 13 13 2 — Nox 10 11 11 2

SE-

# SEPTEMBER

Habet dies xxx. Luna vero xxx.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xxiij | f | Kal. | 1 | Ægidij Abbatis. ſimplex. | 398 |
| xxij | g | iiij | 2 | Brocardi Confeſſoris. dup.minus. | 398 |
| xxj | A | iij | 3 | | |
| xx | b | Prid. | 4 | | |
| xix | c | Non. | 5 | ∴ | |
| xviij | d | viij | 6 | | |
| xvij | e | vij | 7 | ( Miſſis priuatis tantum. | 398 |
| xvj | f | vj | 8 | Natiuitas glo. virg. Mariæ. dup.ma. & cõ. Adriani m̃. | 10 |
| xv | g | v | 9 | De octaua. & comme. Gorgonij martyris. | 400 |
| xiiij | A | iiij | 10 | Nicolai de Tolentino confeſſ. ~~dupl.minus.~~ ✗ | 400 |
| xiij | b | iij | 11 | De octaua. & cõm. Proti & Hyacinthi martyrum. | 400 |
| xij | c | Prid. | 12 | De octaua. | |
| xj | d | Idib. | 13 | De oct. & cõm. Mauritij epiſcopi, & confeſſoris. | 401 |
| x | e | xviij | 14 | Exaltatio S. Crucis. dupl.minus. & comme. octa. | 401 |
| ix | f | xvij | 15 | Octaua Natiuit. dup.min. & cõ Nicomedis mart. | 402 |
| viij | g | xvj | 16 | Cornelij, & Cypriani põt. & mart. ſemid. & cõ. SS. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani mart. | 402 |
| vij | A | xv | 17 | Lamberti epiſcopi, & martyris. ſimpliciſſ. | 403 |
| vj | b | xiiij | 18 | | |
| v | c | xiij | 19 | Ianuarij epiſcopi & ſociorum martyrum. ſemid. | 403 |
| iiij | d | xij | 20 | Vigilia. | 403 |
| iij | e | xj | 21 | Matthæi Apoſt. & Euangeliſtæ. dupl.minus. | 404 |
| ij | f | x | 22 | Mauritij, & ſociorum mart. ſimplex. | 405 |
| j | g | ix | 23 | Lini Papæ, & mart. ſemid. & cõ. Teclæ virg. & m̃. | 405 |
| * | A | viij | 24 | Gerardi Epiſcopi, & martyr. dupl.minus. | 405 |
| xxix | b | vij | 25 | Cleophæ martyris. ſemidupl. | 405 |
| xxviij | c | vj | 26 | Cypriani, & Iuſtinæ mart. ſimpliciſſ. | 406 |
| xxvij | d | v | 27 | Coſmæ, & Damiani martyrum. ſemidupl. | 406 |
| 25 xxvj | e | iiij | 28 | | |
| xxv xxiiij | f | iij | 29 | Dedicatio S. Michaelis Archang. dup.minus. | 407 |
| xxiij | g | Prid. | 30 | Hieronymi presbyt. cõf. & Eccleſiæ doct. du.min. | 408 |

✗ semidup. et cõm.

¶ Poſt feſtum S. Michaelis, & ante feſtum omnium Sanctorum fiat tertium Ternarium.

| Septemb. dies | | Horas habet | | Nox | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | | 12 | 2 | 11 | 2 |
| 10 | | 12 | | 11 | |
| 20 | | 11 | 2 | 12 | 2 |

# OCTOBER

Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xxij | A | Kal. | 1 | Remigij episcopi & confessoris. simpliciss. | 409 |
| xxj | b | vj | 2 | Leodegarij episcopi, & marty. simpliciss. | 409 |
| xx | c | v | 3 | | |
| xix | d | iiij | 4 | Francisci confessoris. dupl.minus. | 409 |
| xviij | e | iij | 5 | Theresię virg. dup.min. & cōm. SS.Placidi & soc. | 409 |
| xvij | f | Prid. | 6 | | |
| xvj | g | Non. | 7 | Marci Papæ & confess. semid.cum cōm. Sergij, Bacchi, & sociorum martyrum. | 410 |
| xv | A | viij | 8 | | |
| xiiij | b | vij | 9 | Dionysij, Rustici, & Eleutherij marty. semidupl. | 410 |
| xiij | c | vj | 10 | | |
| xij | d | v | 11 | | |
| xj | e | iiij | 12 | | |
| x | f | iij | 13 | | |
| ix | g | Prid. | 14 | Callisti Papæ & martyris. semidupl. | 412 |
| viij | A | Idib. | 15 | | |
| vij | b | xvij | 16 | | |
| vj | c | xvj | 17 | | |
| v | d | xv | 18 | Lucæ Euangelistæ. dupl.min. | 412 |
| iiij | e | xiiij | 19 | | |
| iij | f | xiij | 20 | (virg. | 413 |
| ij | g | xij | 21 | Hilarionis Abb. dup.min. & cō. SS.Vndecim millium | |
| j | A | xj | 22 | Marci episcopi & marty. simplex. | 413 |
| * | b | x | 23 | | |
| xxix | c | ix | 24 | | |
| xxviij | d | viij | 25 | Crispini & Crispiniani mart. simpliciss. | 413 |
| xxvij | e | vij | 26 | Euaristi Papæ, & marty. ~~semidupl.~~ X | 414 |
| xxvj | f | vj | 27 | Vigilia. | |
| 25 xxv | g | v | 28 | Simonis & Iudæ Apostolorum. dup.minus. | 414 |
| xxiiij | A | iiij | 29 | | |
| xxiij | b | iij | 30 | Serapionis Episcopi & confess. dup.minus. | 415 |
| xxij | c | Prid. | 31 | Vigilia, & commemor. Quintini martyris. | 416 |

X simpliciss.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Octobris dies | 1 | Horas habet | 11 | 3 | | Nox | 13 |
| | 10 | | 10 | 2 | 2 | | 13 | 2 |
| | 20 | | 10 | 1 | | | 14 |

NO-

# NOVEMBER

[illegible] xxx. Luna vero xxx.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xxj | d | Kal. | 1 | Festiuitas omnium Sanctorum. dupl.maius. | 417 |
| xx | e | iiij | 2 | De oct. omnium Sanctorum. & Commemoratio omnium fidelium Defunct. dupl.minus. | 418 |
| xix | f | iij | 3 | De octaua. | |
| xvii | g | Prid. | 4 | De octaua. | |
| xvij | A | Non. | 5 | De octaua. | |
| xvj | b | viij | 6 | De Octaua. & commem. Leonardi Abbatis. | 421 |
| xv | c | vij | 7 | De octaua. | |
| xiiij | d | vj | 8 | Octaua omnium Sanctorum. dupl. minus. & cõmem. quattuor Coronatorum martyrum. | 422 |
| xiij | e | v | 9 | Dedicat. Basil. Saluat. dupl.min. & cõ. Theodori m̃. | 422 |
| xij | f | iiij | 10 | | |
| xj | g | iij | 11 | Martini epi, & conf. dup.mi. & cõm. Mennæ mar. | 422 |
| x | A | Prid. | 12 | Martini Papæ, & mart. semidup. | 423 |
| ix | b | Idib. | 13 | Britij episcopi & confessoris. simplex. | 423 |
| viij | c | xviij | 14 | | |
| vij | d | xvij | 15 | | |
| vj | e | xvj | 16 | | |
| v | f | xv | 17 | | |
| iiij | g | xiiij | 18 | | |
| iij | A | xiij | 19 | Pontiani Papæ, & mart. semidupl. x | 424 |
| ij | b | xij | 20 | Eadmundi martyris. simplex. | 424 |
| j | c | xj | 21 | Præsentatio gloriosæ virg. Mariæ. dupl.maius. | 424 |
| * | d | x | 22 | Cæciliæ virginis, & mart. dupl.minus. | 425 |
| xxix | e | ix | 23 | Clementis Papæ, & mart. semidupl. | 425 |
| xxviij | f | viij | 24 | Chrysogoni martyris. simpliciss. | 426 |
| xxvij | g | vij | 25 | Catharinæ virginis, & martyr. dupl.minus. | 426 |
| 25 xxvj | A | vj | 26 | Petri Alexandrini episcopi, & martyr. simpliciss. | 427 |
| xxv xxiiij | b | v | 27 | | |
| xxiij | c | iiij | 28 | | |
| xxij | d | iij | 29 | Vigilia. 303. & commem. Saturnini mart. | 303 |
| xxj | e | Prid. | 30 | Andreæ Apostoli. dupl.minus. | 304 |

x simpliciss.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Nouembris dies | 1 | Horas habet | 10 | 3 | Nox | 13 | 1 |
| | 10 | | 10 | 2 | | 13 | 2 |
| | 20 | | 10 | 1 | | 13 | 3 |

# DECEMBER

Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xx | f | Kal. | 1 | | |
| xix | g | iiij | 2 | Bibianæ virg.& mart. commem. | 305 |
| xviij | A | iij | 3 | | |
| xvij | b | Prid. | 4 | Barbaræ virg.& mart dup.minus. | 305 |
| xvj | c | Non. | 5 | Sabbę Abb. commem. | 306 |
| xv | d | viij | 6 | Nicolai Episc.& confess.dupl.minus. | 306 |
| xiiij | e | vij | 7 | Ambrosij episc.conf.& Eccl.doct.dupl.minus. | 307 |
| xiij | f | vj | 8 | Conceptio gloriosæ virg.Mariæ.dupl.maius. | 307 |
| xij | g | v | 9 | | |
| xj | A | iiij | 10 | | |
| x | b | iij | 11 | Damasi Papæ,& confessoris. semid. | 309 |
| ix | c | Prid. | 12 | | |
| viij | d | Idib. | 13 | Luciæ virg.& mart.dupl.minus. | 309 |
| vij | e | xix | 14 | Spiridonis Episcopi,& confess.dupl.minus. | 309 |
| vj | f | xviij | 15 | | |
| v | g | xvij | 16 | | |
| iiij | A | xvj | 17 | | |
| iij | b | xv | 18 | | |
| ij | c | xiiij | 19 | | |
| j | d | xiij | 20 | Vigilia. | 309 |
| * | e | xij | 21 | Thomæ Apostoli dupl.minus. | 310 |
| xxix | f | xj | 22 | | |
| xxviij | g | x | 23 | | |
| xxvij | A | ix | 24 | Vigilia. | 12 |
| xxvj | b | viij | 25 | Natiuitas Domini nostri Iesu Christi.dupl.maius. | 14 |
| 25 xxv | c | vij | 26 | Stephani protomart.dupl.ma. & comm.Natiuit. | 19 |
| xxiiij | d | vj | 27 | Ioannis Apostoli,& Euãg du.ma. & cõ Octauarũ. | 20 |
| xxiij | e | v | 28 | SS.Innocentium.dupl.min. & cõm. Octauarum. | 22 |
| xxij | f | iiij | 29 | Thomæ episc.& mart. simplex. & comm. Octa. | 24 |
| xxj | g | iij | 30 | De oct.Natiuit. & commem aliarum octa. | 26 |
| 19 xx | A | Prid. | 31 | Siluestri Papæ,& conf.dup.mi. & cõm.Octauarũ. | 29 |

Hæc Epacta 19.nigra nunquam est in vsu,nisi quando eodem anno concurrit cum Aureo num.19.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Decemb. | 1 | Horas | 9 | | 15 |
| dies | 10 | habet | 9 | Nox | 15 |
| | 20 | | 9 | | 15 |

RVBRI-

# RVBRICAE
## GENERALES MISSALIS.

MISSA quotidie dicitur secundum ordinem Officij, de festo duplici maiori, vel minori, vel semiduplici, vel simplici, vel simplicissimo: de Dominica, vel de feria, vel de vigilia, vel octaua: & extra ordinem Officij, votiua, vel pro Defunctis.

### De duplici maiori. Rub. j.

MISSA dicitur de duplici maiori illis diebus quibus in Kalendario ponitur hæc vox, Duplex maius: & in festis Paschæ, & die sequenti, Ascensionis, Pentecostes, & die sequenti, Trinitatis, & Corporis Christi: in Dedicatione propriæ Ecclesiæ, & in festo Patroni vnius, ~~vel plurium alicuius loci~~, vel Titularis Ecclesiæ.

¶ In duplicibus maioribus dicitur ter Introitus, scilicet ante versum, & immediate post versum, & post Gloria Patri: Item in eis dicitur vna tantum Oratio: nisi aliqua commemoratio occurrens fieri debeat, quæ solum in Missis priuatis, & non in sollemnibus fiat. Cetera omnia, vt in proprijs Missis assignatum est. Quando Gloria in excelsis, & Credo, dici debeant, inferius dicitur in proprijs Rubricis.

### De duplici minori. Rub. ij.

MIssa de duplici minori dicitur illis diebus quibus in Kalendario ponitur hæc vox, Duplex minus: & in in vigilia Natiuitatis Domini, & Dominica infra octauam eiusdem, ac in Dominica infra octauam Epiphaniæ: Feria v. in cœna Domini: Feria vj. in Parasceue, & Sabbato sancto: Feria iij. Paschæ, & Dominica in Albis: Dominica infra octauam Ascensionis, & in die octauo eiusdem: in vigilia Pentecostes, & Feria iij. post ipsum festum Pentecostes. ~~Feria iij. post festum Trinitatis, in qua fit de die octauo Trinitat.~~ Dominica infra octauã corporis Christi, & in die octauo eiusdem, in die octauo Dedicat. Ecclesiæ, & anniuersarij eiusdem: ~~Dominicis infra octauas sancti Elisei, sancti Eliæ, Assumptionis beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, ac in Sabbatis quando dicitur Missa B. Virginis,~~ de Sanctis quoque, quæ vniuersali deuotione à populo, & ab alijs Ecclesijs coluntur, vel quorum corpora, vel notabilis reliquia est in Ecclesijs nostris, vel ~~quibus intitulatæ fuerint capellæ, vel altaria,~~ vel quorum festa in nostris Ecclesijs celebrantur sollemniter, vel in quorum festis Indulgentiæ notabiles concessæ sunt nostris Ecclesijs, ~~capellis, vel altaribus.~~ Missæ etiam votiuæ pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa, atque Missæ pro Defunctis in die animarum, & pro præsenti Defuncto.

¶ In duplicibus minoribus bis tantum dicitur Introitus, scilicet ante versum, & post Gloria Patri. Item in eis vna tãtum dicitur Oratio, nisi aliqua commemoratio occurrẽs fieri debeat, quæ si in Officio ad Laudes tantum facta sit, solum in Missis priuatis fiat. Cetera omnia, vt in proprijs Missis assignantur.

### De semiduplici, simplici, simplicissimo, & de Dominica. Rub. iij.

MIssa de semi duplici dicitur quando in Kalendario ponitur hæc vox, Semiduplex. & in vigilia Epiph. in Dominicis, exceptis Dominicis in superioribus duabus Rubricis nominatis, diebus infra octauas (exceptis Feria secũda, & tertia Paschæ, & Pentecostes,) & in Feria sexta post Ascensionem.

¶ In festis semiduplicibus, in Dominicis, & infra octauas (exceptis octauis Paschæ, & Pentec.) dicuntur plures orationes, vt in Rubrica de Orationibus.

¶ Infra octauas dicitur Missa sicut in die, & in ea bis dicitur Introitus, nisi propriam Missam habuerit, in dominicis vero, & festis semiduplicibus, sicut in proprijs locis assignatur.

¶ Si in dominicis fiat de aliquo festo, vel de octaua, cãtentur duæ Missæ, vna de Dominica post primam, altera de festo, vel octaua post Tertiam.

¶ De simplici dicitur Missa, quando in Kalendario ponitur hæc vox, Simplex, dicitur sicut de festo semiduplici.

¶ De simplicissimo vero dicitur Missa, sicut de semiduplici, illis diebus, quibus in Kalendario ponitur hæc vox, Simplicissimum.

### De Feria, & Vigilia. Rub. iiij.

MIssa de Feria dicitur, quando non occurrit festum, vel octaua, vel Sabbatum in quo fit Officium Beatæ Virginis.

¶ In Ferijs Quadragesimæ, Quattuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiam si festum Duplex, Semiduplex, Simplex, vel octaua occurrat, cantentur duæ Missæ, vna de festo, vel octaua post Primam, altera de Feria, vel vigilia post Sextam, & in Quadragesima post Nonam: Missæ vero priuatæ dicantur de eo de quo fit Officium cum commemoratione, & Euangelio in fine Missæ alterius.

¶ Si in Aduentu occurrat Vigilia, (excepta vigilia Natiuitatis,) cantentur duæ Missæ, vna de Feria post Primam, altera de vigilia post Sextam, sed in Quattuor Temporibus de vigilia fit prima, & vltima de Quattuor Temporibus, & idem fiat si in Quattuor Temporibus Septembris occurrat. In Quadragesima vero post Primã cantetur Missa de Vigilia, & de feria post Nonam: Missæ autem priuatæ in prædictis vigilijs erunt de feria cum cõmemoratione, & Euangelio in fine de Vigilia. Si in Quadragesima, & Quattuor Tẽporibus occurrat vigilia, & festum aliquod, vel octaua, cantentur tres Missæ, vna de festo, vel de octaua, altera de vigilia, & tertia, ac vltima de feria: Missæ vero priuatæ erunt de festo, vel octaua, cum commemoratione feriæ, & vigiliæ, & Euangelio feriæ in fine Missæ. Si festum habens Vigiliam celebretur feria secunda, Missa vigiliæ dicatur in Sabbato, exceptis vigilijs Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ.

### De Missis Votiuis Beatæ Virginis, & alijs. Rub. v.

IN Sabbatis (extra Aduẽtum, & Quadragesimam) non impeditis festo nouem lectionum, vel octaua, vel Quattuor Temporibus, vel Vigilia, dicitur Missa de beata Virgine, secundum varietatem temporũ, vt in fine Missalis ponitur, & in ea nulla fiat commemoratio, nisi aliqua occurrat. In Sabbatis impeditis aliquo impedimento ex supradictis, (exceptis Sabbatis occurrẽtibus à Vigilia Natiuitatis vsq; ad Epiphaniam, & Sabbato sancto, Sabbato in Albis, Vigilia Pentecostes, & Sabbato ante Trinitatẽ, atque Sabbatis, in quibus fiat de festo duplici) cantentur duæ Missæ vna de beata Virgine post Primam, altera de eo, de quo fit Officiũ post Tertiam, aut Sextam, vel Nonam, & si illo die sit infra

octauas Visitationis, vel Natiuitatis ipsius beatæ Virginis Missa fit de octaua, & in ea dicatur Credo In Aduentu, licet officium non fiat de beata Virgine in Sabbato, dicatur tamen Missa principalis de ea post Sextam, & de Feria post Primam.

superfluit

¶ Alijs diebus infra Hebdomadam, quando Officium fit de feria, exceptis ferijs Aduentus, Quadragesimæ, Quattuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, dici potest aliqua missa votiua, etiam in principali, & conuentuali missa, secundum ordinem dierum in fine missalis assignatum, cũ cõmemoratione feriæ, de qua factum est Officium.

¶ Missæ votiuæ quæcumque in missis priuatis dici possunt pro arbitrio Superiorum, vel sacristæ, ac deuotione celebrantis, quocunque die Officium non est duplex. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa, Et quoad fieri potest, Missa cum Officio conueniat.

De Missis defunctorum. Rub. vj.

PRima die cuiuscunque mensis extra Aduentum, Quadragesimam, & tempus Paschale, & nisi in illo mense dicenda sint Ternaria, (de quibus postea dicetur,) ac nisi sit festum duplex, vel Dominica, cantetur missa pro Defunctis illa quæ quotidiana dicitur, & est tertia. Quod si ea die fiat Officium de octaua, de festo semiduplici, simplici, vel de Vigilia prima missa sit pro Defunctis, & principalis de eo de quo fit Officium: alias prima sit de eo de quo fit Officium, & principalis pro defunctis. Præterea ferijs secundis cuiuscũq; Hebdomadæ, excepta Hebdomada maiori, Paschæ, & Pẽtecostes, & nisi fiat Officium de festo duplici, cantetur supradicta Missa pro Defunctis. Sed in Quadragesima, Vigilijs, Feria ij. Rogationum, & quando fit de festo semiduplici, vel simplici, prima missa sit pro Defunctis, & principalis de eo de quo fit officium: alijs autem temporibus principalis sit pro Defunctis, & prima de eo de quo fit Officium.

altera superfluit

¶ In die depositionis, & anniuersarij Defuncti, missa potest cantari pro Defunctis quocunque die, nisi in triduo ante Pascha [redacted] Dominicis, & festis, quæ in patria obseruantur.

duplicibus solem- : nullo modo (nisi necessitas urgeat) cantetur, funus præsens erit, vel ... celebretur, sed ad sequentem diem differatur.

¶ Missæ priuatæ pro defunctis quocunque die dici possunt, nisi fuerit duplex, vel Dominica, & nisi à Vigilia Natiuitatis vsque ad Epiphaniam, & à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis, & à Vigilia Pentecostes vsque ad Trinitatem.

¶ Ternaria fiunt ter in anno. Primum post octauam Epiphaniæ, & ante festum Purificationis. Secundum post octauam Paschæ, & ante festum Ascensionis. Tertium post festum S. Michaelis, & ante festum omnium Sanctorum. Si illis diebus, quibus Ternaria dicuntur fiat de octaua, de festo semiduplici, simplici, vel de Vigilia, aut feria habente missam propriam: prima missa cantetur pro Defunctis, & ea principalis de eo de quo fit Officiũ: si vero de alijs fiat Officium, principalis missa pro Defunctis dicitur, & prima de eo de quo fit Officium.

¶ In die commemorat. omnium Defunctorum prima missa de octa. cantetur, & principalis pro Defunctis, & in illo die, ac in die depositionis, & anniuersario Defunctorum, & quando pro aliquo Defuncto sollemniter cantatur, dicitur vna tantum Oratio, in alijs missis Defunct. plures.

¶ Prosa pro defunctis dicitur in die omnium fidelium Defunctorum, & depositionis Defuncti, in alijs missis dicitur ad arbitrium.

¶ In die omnium fidelium Defunctorum in missis de Ternarijs, & quando missa pro prima die mensis cantatur, ac ferijs ij. post missam Defunctorum fiat processio, vt in die omnium Defunctorum ponitur. In alijs autem missis pro Defunctis, quæ sollemniter cantantur, fiat processio post missam, vt in die depositionis, & anniuersario ponitur.

De Translatione Festorum. Rub. vij.

IN dicendis Missis, seruetur ordo Breuiarij, de translatione festorum, quando maiori aliquo festo, octa. Dominica, vel feria impediuntur.

¶ In Ecclesijs autem, vbi titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum festum quod transferri debet, ac in omnibus festis B. Virginis Mariæ, possunt cantari duæ Missæ; vna de die, altera de festo, si eo die de festo in illa Ecclesia Officium fieri non debeat, aut saltem in Missa de die facere commemor. de festo: excepto triduo ante Pascha, & in die Paschæ.

De Commemorationibus. Rub. viij.

COmmemorat. in Missis fiunt, sicut in Officio. De festo simplicis. & de quo præcipitur fieri commemoratio, fiat in Missa commemoratio, quando de eo facta est commemoratio in Vesperis, quando autem de eo fit commemoratio tantum ad Laudes, in Missa solemni nulla fit commemoratio de eo, sed in Missis tantum priuatis.

¶ De Dominica fit cõmemoratio in Missis priuatis, quando in ea fit de festo duplici, vel de octa. (exceptis dominicis venientibus à Natiuitate Domini, vsq; ad festum Innocẽt. & à festo Circumcisio. vsque ad festum Epiph.) in Missis vero sollemnibus nulla fiat commemoratio de Dominica, quia post Primam debet cantari Missa de ea.

¶ De octa. fit commemoratio, quando infra eam fit de Dominica, vel de festo aliquo, nisi illud festum fuerit de exceptuatis in Rub. officij de commemorat.

¶ De feria fit commemoratio in Aduentu, quando Missa dicenda sit de festo. In Quadragesima vero, Quattuor Temporum Aduen. & Septembris, Rogationum, & Vigilijs, solum fiat commemoratio de feria in Missis priuatis, non in Missis sollemnibus, quia de eis debet cãtari Missa, & quando fit commemoratio de feria Quattuor Temporum, pro feriæ commemoratione dicitur prima Oratio, quæ concordat cum Officio. Quando infra Hebdom. dicuntur Missæ votiuæ, post primam Orationem semper dicitur Oratio de eo de quo fit Officium, & in Missis de B. Virgine extra Sabbat. tertia Oratio dicitur de Spiritu sancto.

¶ In faciendis commemorationibus seruetur ordo, vt in Breuiario. De octau. in qua non fit de Dominica infra eam, ante Dominicam: de Dominica ante festum semidupl. de semiduplici ante festum simplex, de simplici ante feriam, de feria ante festum simplicis. vel de quo præcipitur fieri commemor. de simplicis. & de quo præcipitur fieri commemoratio. ante Orationes votiuas. In octauis vero, infra quas fit de Dominica, commemoratio Dominicæ præponetur festo semiduplici, & semidupl. octauæ, & octaua festo simplici, &c. vt supra. In alijs commemorationibus a prædictis seruetur dignitas Orationum, vt de Spiritu sancto, Resurrectione, Natiuitate Domini, corpore Christi, Cruce, Pœnis, aut Plagis Domini, & de nomine Iesu, ante Beatam Virginem, de B. Virgine ante Angelos, de Angelis ante Prophetas, & sic de alijs ordine Litaniarum.

¶ Quando dicitur Oratio de B. Virg. vel Ecclesiæ tuæ, non dicitur Oratio A cunctis, nec è contra, & idem fiat de eadem Oratione B. Virg. cum alijs Orationibus communibus, in quibus ipsa nominatur.

¶ In missis Defunctorum nulla fit cõmemoratio pro viuis, etiam si Oratio sit communis pro viuis, & Defunctis, nec in missis pro viuis fiat commemoratio defunctorum, nisi forte præsens fuerit defunctus, & præcipue in Missa Conuentuali, & quando facienda sit, semper ponitur penultimo loco.

¶ Quando dicuntur plures orationes, prima, & vltima tantum cum sua conclusione terminantur, & ante primam, & secundam tantum Orationem dicitur Oremus: & ante primam dicitur etiam Dominus vobiscum.

¶ Cum

¶ Cum dicuntur plures orationes, & vna oratio eadem est cum alia ibidem diceda, Oratio huiusmodi, illa scilicet, quę eadem est, non alia, commutetur cum alia de communi, vel proprio quæ sit diuersa: idemque in secretis, & Orationibus post communionem seruetur.

¶ In Conuentibus paruulis, vbi non possunt cantari duæ, vel tres Missæ, semper cantetur Missa de eo de quo fit Officium, cum cōmemoratione alterius, & prima Missa priuata dicatur de eo de quo cantanda erat altera Missa, & vbi occurrunt tres Missæ cantādæ, Missa cantetur similiter de eo, de quo fit Officium cum commemoratione aliarum, & aliæ duæ dicantur priuatim. Excipiūtur Sabbata, in quibus cantādæ erāt duę, vel tres Missæ, quarū vna de B. Virgine erat, vt supra dictum est, quia tunc Missa cantatur de beata Virgine cum commemoratione alterius, de quo fit Officium, & si duæ cantandæ erant, cum cōmemoratione vtriusque. Excipitur similiter Missa in die omnium fidelium defunctorum, & Missæ defunctorū prima die cuiusque mensis, quando dictum est Officium defunctorum, & ferijs secundis, in quibus cantāda erat vna Missa pro defunctis, & diebus in quibus Ternaria dicuntur, quia tunc missa cantatur pro defunctis, & post eam fit processio, vt supra dictum est, & alia missa de eo, de quo fit Officium, vel aliæ (si duæ occurrant) priuatim dicantur.

## De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis. Rub. ix.

INtroitus dicitur cum Psalmo, & versu Gloria Patri, vt in proprijs locis. In duplicibus maioribus repetitur Introitus post Psalmū, & post versum Gloria Patri, sic quod ter dicatur: in alijs autem missis solum post Gloria Patri repetitur, sed in missis de Tempore à dominica Passionis vsque ad Pascha, & in missis pro defunctis, non dicitur Gloria Patri, & tunc post Psalm. repetitur Introitus.

¶ Kyrie eleison dicitur nouies post Introitum alternatim cum ministro sacerdote inchoante, idest, ter Kyrie eleison, ter Christe eleison, & ter Kyrie eleison.

¶ Gloria in excelsis dicitur, quandocumque in Matutino dictus est Hymnus Te Deum, præterquam in Missa Feriæ v. in Cœna Domini, & Sabbati sancti, in quibus dicitur Gloria in excelsis. In missis vero votiuis nunquam dicitur Gloria in excelsis, ~~nisi in proprijs missis votiuis signetur, ac nisi missa votiua dicenda sit pro re graui, vel publica Ecclesiæ causa, quæ dicitur; in missis defunctorum non dicitur: dicitur tamen in omnibus Missis, quæ celebrantur infra octauas Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Pentecostes, tunc enim ratione octauæ dici debet, nisi sit pro Defunctis. Quando autem infra annum celebratur ex deuotione Missa alicuius festi, non dicitur Gloria in excelsis (nisi sit de B. Maria vel de Angelis) etiamsi in die proprio illius festi signetur. Quod tamen non intelligitur de Missis festiuitatum, quæ cum in eodem festi die totæ missæ celebrari non possint, in alios conuenientes dies, vel ad contemplationem Christi fidelium, vel ex vi piorum legatorum transferuntur: hæ enim ad eumdem festiuitatis diem pertinent.~~

## De Orationibus, Rub. x.

IN festis duplicibus tam maioribus, quam minoribus dicitur vna tantum Oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio.

¶ In festis Semiduplicibus dicuntur tres Orationes: quæ, qñ in proprijs locis aliter non signantur, sic ordinādæ sunt: In Aduētu secūda Oratio dicitur de feria, tertia de B. Virg. sed in Quattuor Temporibus in missis Conuentualibus de festo Semiduplici, secunda Oratio dicitur de B. Virg. tertia Conscientias, quia de Quattuor Temporibus debet cātari missa secus autem in priuatis. Ab octaua Epiphaniæ, vsque ad Purific. secunda Oratio dicitur de B. Virg. tertia Ecclesiæ, vel pro Papa. A Purificat. vsque ad feriam iiij. Cinerū secunda Oratio fit Omnipotens sempiterne Deus, refice, tertia pro superioribus nostris. A feria iiij. Cinerum vsque ad Dominicam Passionis in missis Conuentualibus secunda Oratio A cunctis, tertia Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorū quia de feria cantanda est Missa: in Missis vero priuatis, secunda Oratio de feria, tertia A cunctis. Tēpore passionis in missis Conuentualibus, secūda Oratio Ecclesiæ, tertia pro peccatis: sed in priuatis, secūda Oratio de feria, tertia Ecclesiæ. A Pascha vsque ad Pentec. secūda Oratio de B. Virg. tertia Ecclesiæ, vel pro Papa. A Trinitate, vsq. ad Aduētū, secūda Oratio Pietate, tertia Deus, qui nos a sæculi vanitate. Infra octauas, secūda Oratio dicitur de octauis, tertia ea, quæ secūdo loco dicitur infra octauas.

¶ Infra octau. Pasch. & Pentecost. nulla fiat commem. nisi aliqua propria occurrat à feria iiij. & deinceps. Infra alias octa. dicuntur tres, secunda de B. Virg. tertia Ecclesiæ, vel pro Papa, vel Deus, qui nos à sæculi vanitate, nisi aliter in proprijs locis signetur. Infra octauam B. Virginis & omnium Sanctorum, secunda Oratio dicitur de Spiritu sancto, tertia Ecclesiæ, vel pro Papa, nisi aliter in proprio assignetur.

¶ In Dominicis infra octa. in quibus fit de octa. si aliter non signatur in proprio, dicitur vna tantum Oratio in missa Conuentuali, quia de Dominica debet cātari missa post Primam, sed in missis priuatis dicitur Oratio de Dominica, cum Euang. eiusdem in fine missæ. In alijs dominicis infra octau. in quibus fit de Dominica, secunda Oratio dicitur de octaua, tertia, illa quę in missa de dominica est secunda. Sed si octa. sit B. Virg. tertia dicitur de Spiritu sancto, vbi aliter non signatur in proprio.

¶ In diebus octauis vna tantum Oratio dicitur, nisi aliqua commemoratio occurrat.

¶ In Dominicis dicuntur tres Orationes, vt in proprijs locis.

¶ In festis simplicibus, quando in proprijs locis aliter non signatur dicuntur tres Orationes, vt in festis semiduplicibus dictum est.

¶ In festis simplicissimis, quando in proprio aliter non signatur, dicūtur tres Orationes, vt in semidupl. possunt etiā dici quinque, vel septem ad libitum superioris, vel sacristæ, seu deuotionem celebrantis.

¶ In ferijs, quando in proprio aliter non signatur, dicuntur plures, vt in simplicis. In quattuor Temporibus tamen, vbi plures leguntur lectiones, huiusmodi plures Orationes dicuntur post vltimam Orationem ante Episto. aliæ vero Orationes cum suis lectionibus, vt suis proprijs locis signatur.

¶ In Vigilia Natiuitatis Domini, Paschæ, & Pentecostes dicitur vna tantum Oratio: in alijs vero Vigilijs, vbi in proprio aliter non signatur, dicuntur plures, vt in simplicissimis.

¶ In Missis votiuis quando dicuntur pro re graui, vel publica Ecclesiæ causa, & cantatur alia missa de eo, de quo fit officium; vna tantum dicitur Oratio: alias dicitur secunda Oratio de eo, de quo fit officium. In alijs missis votiuis dicuntur plures, vt in festis simplicis. sed in votiuis B. Virg. extra Sabbatum, secunda Oratio dicitur de eo, de quo fit officium, & tertia de Spiritu sancto: in Sabbatis vero quando non fit Officium de ea: dicitur secunda Oratio de eo, de quo fit Officium.

¶ Si quando plures dicuntur Orationes occurrat fieri commemoratio, alicuius Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia Oratio dicitur, quæ alias secundo loco dicenda erat.

¶ In conclusione Orationū hic modus seruatur. Si Oratio dirigatur ad Patrē concluditur, Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. &c. Si ad filium. Qui viuis &

& regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti. &c. Si in principio Orationis fiat mentio filij, concluditur, Per eumdem Dominum nostrum, &c. Si in fine Orationis, eius fiat mentio, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate, &c. Si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur, In vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, &c. Alia quoque in dicẽdis Orationibus seruentur, quæ superius in Rubrica de Cõmemorationibus dicta sunt.

De Epistola, Graduali, Alleluia, Tractu, Prosa, & de Euangelio, Rub. xj.

POst vltimam Orationem, dicitur Epistola: qua finita à ministro respondetur, Deo gratias.

¶ Post Epistolã dicitur Graduale, quod semper dicitur, nisi Tempore Paschali, cuius loco tũc dicitur Alleluia, & Versus, vt dicitur in Rubrica Sabbati in Albis, & in proprijs Missis signatur.

¶ Post Graduale, vel Tempore Paschali post Versum Alleluia quod dicitur loco Gradualis, dicuntur duo Alleluia, deinde dicitur Versus, & post versum, vnum Alleluia.

¶ A Septuagesima vsque ad Sabbatũ sanctum non dicitur Alleluia, neque dicitur in Missis de feria in Aduentu, Quattuor Temporibus, & Vigilijs, exceptis Quattuor Temporibus Pentec. & Vigilijs Natiu. Domini si venerit in Dominica Epiphaniæ, Paschæ, Ascẽsionis, & Pentec. neque dicitur in die Innocentiũ, nisi venerit in Dominica. Loco Gradualis, in Dominicis, Festis, Ferijs ij. iiij. & vj. Quadragesimæ, & Sabbatis Quattuor Temporum Aduentus, & Septẽbris, atq. in aliquibus Missis Votiuis, vt in proprijs Missis signatur, dicitur Tractus. In die vero Innocẽtium, loco Alleluia, dicitur bis, Laus tibi Christe. In alijs Missis tam proprijs feriarum, vel de Dominica præcedente resumptis, quam votiuis, in quibus non dicitur Alleluia, nec Tractus, loco Alleluia, repetitur Graduale, vsque ad Versum.

¶ Si Prosa dicenda sit, dicatur post Versum Alleluia, vel post vltimum Versum Tractus, & finita Prosa, dicitur, Alleluia, quod dicendum erat post Versum.

¶ Dicto Graduali, seu Alleluia, seu Tractu, seu Prosa dicitur Euangelium. Et in principio Euãgelij dicitur: Dominus vobiscum, & ℟. Et cum spiritu tuo: deinde, Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum, vel Marcum, vel Lucã, vel Ioannem, vel dicitur Initium sancti Euãgelij secundũ N. & ℟. Gloria tibi Domine, & Sacerdos secreto dicit: Qui natus es de Virgine cũ Patre, & sancto Spiritu, in sempiterna sęcula. Amen. Deinde prosequitur Euangelium voce intelligibili. In fine Euangelij à ministro dicitur Laus tibi Christe, & Sacerdos dicit, secreto, Per Euãgelica dicta, deleantur nostra delicta. Postea si dicendum est, dicitur Credo.

De Symbolo, Rub. xij.

SYmbolum dicitur post Euangelium in omnibus Dominicis: in tribus Missis de Natiuitate Domini, & deinceps vsque ad diem Circuncisionis inclusiue: in octaua sancti Ioannis Euangelistæ: in Epiphania, & per octauam, feria v. in Cœna Domini: in Paschate, & per octauam: in Ascensione Domini, & per octauam, sed non in feria vj. post octauam: in Pentecoste, & per octauam: in die Trinitatis, ~~& per octauam~~ in festo Corporis Christi, & per octauam: in omnibus festis B. Virginis, & per octauas: in festo sancti Elisæi, & per octauam: in Natiuitate sancti Ioannis Baptistę, & per octauam: in festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & per octauam: in festo sancti Eliæ, & per octauam: in festo sancti Alberti, & per octauam: in festo omniũ Sanctorum, & per octauam: in festis Apostolorũ: in festis Euangelistarum: in festis Doctorum Gregorij, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, Cyrilli Alexandrini, Basilij, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, Ioannis Chrysostomi, Cyrilli Constantinopolitani, Thomæ de Aquino, & Bonauenturæ: in vtraque Cathedra sancti Petri, & in festo eiusdem ad Vincula: in festis Conuersionis, & Commemorationis sancti Pauli Apostoli: in festo sancti Ioannis ante portam Latinam: in festis Inuentionis, & Exaltationis sanctæ Crucis: in festis Angelorum: in festo sancti Barnabæ Apostoli: in festo sanctæ Mariæ Magdalenæ: in Transfiguratione Domini: in Dedicatione sancti Saluatoris: in die, & Anniuersario Dedicationis propriæ Ecclesiæ, & per octauam: in Consecratione altaris: in festis Sanctorum, quibus dedicata est Ecclesia: & vbi habetur corpus, vel insignis reliquia sancti de quo agitur: ~~in festis quibus titulatæ sunt capellæ, vel altaria, in eorum capellis, vel altaribus:~~ in festo Patroni alicuius loci: in die, & anniuersario Creationis, & Coronationis Summi Pontificis, & Episcopi ~~[illegible] in omnibus Missis, quæ in Dominicis, & infra octauas Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, [illegible] Ascensionis, & Pentecostes dicuntur de quocunque sint, in quibus ratione Dominicæ, & octauæ dici debet, nisi sit pro Defunctis. Dicitur etiam in Missis Votiuis, quæ pro re graui, vel publica Ecclesiæ causa celebrantur. [illegible] in Missis omnium supradictarum solemnitatum, quando vel propter festa legitima, vel ad contemplationem Christi fidelium in aliam diem a proprio transferuntur, cum in suo die eæ Missæ celebrari non possunt; tunc enim hæ Missæ pertinent ad eumdem festi diem.~~ X

De Offertorio, Secretis, Præfationibus, & Canone, Rub. xiij.

POst Symbolum, vel si non sit dicendum, post Euangelium dicitur Dominus vobiscum, & ℟. Et cum spiritu tuo. & Oremus, & Offertorium. Postea fit oblatio, *Lauabo*, cum orationibus, vt in Ordinario Missæ ponitur. Deinde dicuntur Orationes Secretæ, secundum numerum Orationum, quæ in principio Missæ dictæ sunt, & ante primam Orationem dicit, Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat, & Oremus, & etiam ante secundam repetit Oremus. Terminatur autem prima, & vltima Oratio, vt dictum est supra in Rubrica de orationibus, & secreto dicuntur, Domine exaudi orationem meam, vsque ad illa verba in conclusione, Per omnia sæcula sæculorum, quæ clara voce proferuntur, & incipitur Præfatio.

¶ Præfationes autem dicuntur, vt in Ordinario ante Canonem ponuntur, & in tono sollemni, & feriali, vt Missis conuenit, & vt ibi adnotatum est. Præfationes Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, & Spiritus sancti, non solum dicuntur in Missis prædictarum festiuitatum, sed etiam in Dominicis, festis, ferijs, ~~[illegible]~~ infra ipsas octauas, vel infra illud tempus, in quo dicuntur, celebratis, nisi habeant Præfationem propriam/ ~~[illegible]~~. In Missis votiuis, quocunque tempore celebrantur, si habent Præfationem propriam, ea dicitur / & si pro publica causa sollemniter celebratur, dicitur in cantu sollemni, vt in festis duplicibus X

¶ Post Præfationem incipitur Canon Missæ secreto, in quo seruantur omnia, quæ in ordinario præcipiuntur.

¶ Communicantes, & Hanc igitur dicuntur illis temporibus tantum, quæ ibi assignantur, ~~[illegible] Missas, nisi [illegible] pro defunctis~~. Feria v. in Cœna Domini dicuntur Communicantes, Hanc igitur, & Qui pridie propria, vt in proprio loco.

Handwritten marginalia:

X ... -itur etiam in omni- festis in Dominicis -tatis, uel infra ~~[illegible]~~ Octauas, scilicet ~~[illegible] Domini, Epi-~~ -ie, et Ascensionis, iam -s ratione Dominicæ -s Octauæ [illegible] dici -i Missa sit de festo -lis celebrato, nõ uero de alijs. Dicitur in Missis votiuis [pro re] graui, uel publica [Ecclesi]æ causa solemni- celebratis. Cum autem Sanctorũ et festiui- extra diem in quo -ent, uel in quo eorum -um agitur, celebrantur nõ dicitur, quando -uiter celebrentur, pro re graui, uel publi- Ecclesiæ causa dicantur.

-atio quadragesima- -icitur in Missis ~~[illegible]~~ a feria Cinerũ usq' ad Do- -icam Passionis, non -m ad Missas ~~[illegible]~~ habent ~~[illegible]~~ Præfatio -uis dicitur a Domi- Passionis usq' ad feria -n Cœna Dominĩ ad -s feriarũ et festorũ -empore celebratorũ -priam Præfationem habentium; ~~[illegible]~~

/ et

/. ✠

/; alias Præfatio cõmunis omni tempore dici debet:

X: exceptis Missis Dolorũ Christi Dñi, et B. Virginis, et Missis Tribulationum; in quibus semper in tono feriali Præfatio dici debet. In Missis Defunctorũ semper dicitur Præfatio cõmunis et in cantu feriali.

De Communione, Orationibus post Communionem, Ite missa est, vel Benedicamus Domino, vel Requiescant in pace, de Benedictione, de Antiphona B. Virginis, & de Euangelio sancti Ioannis.
Rubrica xiiij.

DIcto Canone, & alijs omnibus, ac communione præcta dicitur Communio, & Orationes post communionem, eodem ordine, & modo, vt in principio Missæ, & repetito Dominus vobiscum, dicitur, Ite missa est, vel Benedicamus Domino, vel Requiescant in pace, pro temporis, & Missæ ratione.

¶ Ite Missa est dicitur quandocumque dicitur Gloria in excelsis & ℟. Deo gratias. Cum non dicitur Gloria in excelsis, eius loco dicitur Benedicamus Domino, & similiter respondetur Deo gratias. In Missis Defunctorum dicitur Requiescant in pace & ℟. Amen.

¶ Dicto Ite missa est, vel Benedicamus Dño, vel Requiescant in pace, dicitur Placeat, & datur Benedictio, quæ à celebrante semper datur in Missa, præterquam in Missis Defunctorum.

¶ Data Benedictione, genuflectit, & dicit Antiphonam Salve Regina. ℣. Ora pro nobis, & Oratio Protege: X sed Tempore Paschali loco eius, dicit stans Antiphonam Regina cæli. ℣. Gaude, & lætare. & Oratio. Deus qui per resurrectionem, quarum Antiphonarum semper altera dicitur secundum varietatem Temporum in Missa, nisi Missa sit pro Defunctis.

X Dominicis exceptis, in quibus hæc stando dicuntur.

¶ Dicta Antiph. ℣. & Oratione, vel si Antiphona non sit dicenda, dicto Placeat sacerdos stans dicat Dominus vobiscum, & ℟. Et cum spiritu tuo, & deinde Initium S. Euangelij secundum Ioannem, & ℟. Gloria tibi Domine, & secreto prosequitur. Qui natus es de Virgine, cum Patre, & Sancto Spiritu, in sempiterna secula. Amen. Deinde voce intelligibili prosequitur Euangelium In principio: quod Euangelium numquam prætermittitur in Missa, nisi quando fit de festo, vel de octaua in aliqua Dominica, vel in Feria, quæ habet Euangelium proprium, vel in Vigilia: tunc enim in Missa de tali festo, vel octaua de quo fit officium tantum, dicitur illud proprium Euangelium loco In principio, & in tertia missa de die Natiuitatis Domini, dicitur Euangelium de Epiphania, Cum natus esset Iesus. In fine ℟. Deo gratias.

[illegible] Rub. xv.

SVpradictis Rubricis cognitis. Si quis velit ordinare Missam diei, recurrat ad proprium Missarum de Tempore, vel de Sanctis secundum qualitatem Officij. Si proprium non habeat, recurrat ad commune Sanctorum. Si de Feria agendum sit, & propria Missa non fuerit de feria, dicitur Missa præcedentis Dominicæ, omissis Gloria in excelsis & Symbolo: præterquam Tempore Paschali, in quo semper dicitur Gloria in excelsis vt supra, exceptis Missis triũ dierum Rogationum, & in Aduentu prætermittitur Alleluia, post Graduale cũ suo versu, cuius loco repetitur Graduale, vsque ad versum, & à Septuagesima vsque ad Feriam iiij. Cinerum prætermittitur Tractus, & eius loco repetitur Graduale vsque ad versum. Si dicenda sit Missa Votiua, requiratur post commune Sanctorum suo loco, & si fuerit à Septuagesima vsq. ad Pascha, prętermittitur Alleluia, post Graduale, cum suo versu, & eius loco repetitur Graduale, vsque ad versum, vel dicitur Tractus, si in propria Missa habeat. Si plures Orationes dicendæ sint, requiratur post Missas Votiuas, suo loco de singulis rebus singulæ. Si pro Defunctis dicenda sit Missa, habetur post Missas Votiuas circa finem Missalis cum collectis diuersis.

¶ Ordinarium totius Missæ cum Præfationibus, Canone, & alijs dicendis, habetur post Sabbatum sanctum. 172.

RITVS SERVANDVS IN CELEBRATIONE MISSARVM.

De præparatione Sacerdotis celebraturi, Rubr. j.

SAcerdos celebraturus, seruatis ijs quæ superius dicta sunt, vestitus decenter tunica, scapulari, & caputio, zona præcinctus, & pedibus calciatus, præmissa Confessione, & de Horis Canonicis, Matutinis saltem absolutis, orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat.

¶ Deinde accedit ad locum in sacristia, vel alibi præparatum, vbi paramenta, & alia quæ ad celebrationem sunt necessaria, habentur: accipit Missale, perquirit Missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea, quæ dicturus est.

¶ Postea lauat manus, dicẽs Orationem inferius positam. Deinde pręparat Calicem, ponens super eius os purificatorium, & super illud Patenam, cum Hostia, quam tegit parua Palla, & velo serico, super velo ponit Bursam coloris paramentorum intus habẽtem Corporale plicatum. Quibus ita dispositis accedit ad paramenta: induit se dicens ad singula singulas orationes proprias.

¶ Ac primum accipiẽs Amictũ circa extremitates, & chordulas, osculatur in medio, & ponit super caput Caputio coopertum, & ducit chordulas sub brachijs, & circunducens per dorsum, ad ventrem reducit, & ligat.

¶ Tunc Alba induitur, caput submittens, & per manicas ducit primo dextrum, deinde sinistrum brachium: Albam totam corpori aptat, & eleuat si longior fuerit, ad pedum æqualitatem, & Cingulo per ministrum à tergo sibi porrecto, se cingit. Minister eandem Albam circumcirca accommodat, vt ad latitudinẽ digiti, vel circa supra terram æqualiter defluat.

¶ Sacerdos accipit Manipulum, osculatur crucem in medio, & imponit brachio sinistro.

¶ Deinde ambabus manibus accipiens Stolam, simili modo deosculatur, & imponit medium eius collo, ac transuersando eam ante pectus in modum crucis, subijciens partem sinistram pendentem ducit illam ad latus dextrum, & dextram superpositam ducit ad sinistram, & vtramque partem Stolæ sic cancellatæ, extremitatibus Cinguli hinc inde ipsi Cingulo alligat.

¶ Postremo sacerdos accipit Casulam, seu Planetam.

De ingressu Sacerdotis ad Altare, Rub. ij.

SAcerdos omnibus paramentis indutus, accipit manu sinistra Calicem, vt supra præparatum, & bursam manu dextra super Calicem tenens, capite Caputio cooperto, accedit ad Altare, recitans submisse Psalmũ Iudica me Deus, & discerne causam meam, ministro cum Missali, & alijs ad celebrandum necessarijs præcedente. Procedit autem oculis demissis incessu graui, & erecto corpore. Et si contigerit eum transire ante Altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: sed vbi fuerit Sacramentum, genuflectat: si ante Altare vbi celebrans eleuat Sacramentum, similiter genuflectat, & detecto capite illud adoret.

¶ Cum peruenit ad Altare, stãs ante infimũ gradum illius, caput detegit, & minister, solicita præuẽtione Missali deposito, Caputiũ aptat. Sacerdos Altari, seu imagini Crucifixi, (quæ semper sup Altare debet esse,) profunde inclinat, aut existẽte ibi Sacramento genuflectit. Tũc ascẽdit ad mediũ Altaris, & ad cornu Euangelij sistit Calicẽ: extrahit Corporale de Bursa, & extẽdit in medio Altaris: tollit a Calice velum, & Patenã, & accipiens eum manu sinistra, purificatorio

rio extergit, & accipiens ampullam vini, ministro porrigente ponit vinum in calicem. Deinde minister ostendens ampullam aquæ celebranti, dicit, Benedicite Pater reuerende. Sacerdos producit signum crucis super ipsam, dicēs. In nomine Patris, & Filii ✠ & Spiritus sancti. Amen. & accipiens ampullam, imponat parum aquæ in Calicem. Imposita aqua, Calicem in medio altaris collocet: superponat Patenam habentem Hostiam, & pallam: & velo totum cooperiat.

¶ Si in Altari paramenta accipit, hoc idem facit antequam descendat Missam inchoaturus, & dum extendit Corporale, dicat Psalmum Iudica me Deus.

¶ Si est consecraturus plures Hostias pro communione facienda, quæ ob quantitatem super Patenam recipi non possint, locat eas super Corporale ante Calicem, aut ponit in alio Calice, vel vase mundo ~~consecrato~~, sistens tale vas, aut Calicem post Calicem in quo est consecraturus, & alia Patena, seu palla cooperit.

¶ Collocato Calice in Altari, accedit ad cornu Epistolæ, Missale super cussino aperit, & reperta Missa, signaculisque suis lucis accommodatis, redit ad medium Altaris iunctis manibus ante pectus, & pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito, (quod semper obseruatur cū manus iunguntur,) & facta Cruci reuerentia, descendit ad primum gradum ante Altare pro Missa inchoanda.

### De principio Missæ, & Confessione facienda, Rubrica iij.

SAcerdos, vbi descenderit ad primū gradum, iunctis manibus, vt supra, cōuertat se ad ipsum Altare, & facta pri⁹ Cruci, vel Altari reuerentia, stans erectus, signat se signo Crucis, & voce intelligibili taliter, vt suo clamore alios celebrantes non impediat, (quod semper seruandum est, quando alta voce aliquid dr̄,) dicit, In nomine Patris, & Filii ✠ & Spiritus sancti. Amen. Et eo dicto, non aduertat quemcumque in alio Altari celebrantem, etiam si Sacramentum eleuet, sed prosequitur Missam suam vsque ad finem.

¶ Cum seipsum signat, apposita sinistra manu ad ~~pectus~~ ducit dextrā apertā cū palma versus faciem, à fronte dicens (si dicendum sit.) In nomine Patris. Deinde ad ~~ventrem~~, & Filij. Postea ab humero sinistro ad dextrum, & Spiritus sancti. Amen. Cum benedicit oblationem, vel alia ad Altare, vel extra, ducit dextram apertam à re benedicenda ad se, & à sinistra parte ad dextram.

¶ Postquam vero Sacerdos dixerit, In nomine Patris, &c. vt supra, iungit manus ante pectus, & pronunciat clara voce, Confitemini Domino quoniam bonus. Minister retro post eum ad sinistram genuflexus prosequitur, Quoniam in sæculum misericordia eius. Deinde suspiciens in altum, extensis manibus, ac statim iunctis, profunde Altari inclinans, dicit Confiteor Deo, vt in Ordinario. Et prosequitur eadem voce, & eodem modo inclinatus, donec dixerit, Indulgentiam. Responso à ministro Amen, post Indulgentiam erigat se, & faciens super se signum crucis, dicit Adiutorium nostrum in nomine Domini, & ℟. Qui fecit cælum, & terram. Deinde iunctis manibus, & inclinans, vt prius, dicit, Oremus, & sic inclinatus secreto dicit Orationem: Aufer à nobis.

### De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis, Rubrica iiij.

DIcta Oratione Aufer à nobis, celebrans iunctis manibus erigit se, & ascendit ad medium Altaris: vbi inclinans, & appositis manibus iunctis ad Altare ita vt digiti parui dumtaxat ipsum tangant, residuo manuum inter Altare, & se retento (quod semper obseruatur, cum manus iunctæ super Altare ponuntur) secreto dicit, Oramus te Domine, & cum dicit. Quorum reliquiæ hic sunt, osculetur Altare in medio, manibus extensis hinc inde super Altare positis, quod in omni deosculatione Altaris seruatur. Osculato Altari accedit ad cornu sinistrum Altaris, idest Epistolæ, vbi stans versus Altare, & signans se signo crucis sine vocibus. In nomine Patris, &c. incipit Introitum Missæ intelligibili voce, & prosequitur iunctis manibus, atque in duplicibus maioribus ter ipsum repetit, scilicet, & post Psalmum, & post Gloria Patri. sed cum repetit Introitum, numquam signat se, vt prius. Repetito introitu post Gloria Patri. iunctis manibus, vt prius, dicit alternatim cum ministro, ipso incipiente ter Kyrie eleison, ter Christe eleison, & iterum ter Kyrie eleison. sed si minister, vel qui intersunt celebranti non respondeant, ipse solus nouies dicit. Dicto vlt. Kyrie eleison sacerdos accedit ad medium Altaris, & stans, deponit manus extensas super Altare, & eleuans eas, voce intelligibili incipit (si dicendum sit,) Gloria in excelsis Deo. & cum dicit Deo iungens manus parum inclinat, & statim se erigens iunctis manibus, eadem voce, vt prius prosequitur vsque ad finem. Cum dicit, Iesu Christe, Suscipe deprecationem nostram, & iterum, Iesu Christe profunde inclinat: Idem fiat quoties in Missa nominatur Iesus Christus & Maria: sed si dicitur tantum Christus non inclinat.

### De Oratione, Rubrica v.

IN fine Hymni Gloria in excelsis, vel si non sit dicēdus, dicto vltimo Kyrie eleison celebrans signat se nihil dicēdo, & statim iunctis manibus ante pectus, demissis ad terrā oculis, vertit se ad populum, motū ducēs versus cornu Epistolæ, & extendens manus, voce prædicta dicit, Dominus vobiscū & cū dicit Vobiscū iungit manus. Minister ℟. Et cum spiritu tuo & iunctis, vt prius manibus reuertitur per eādē partem ad librum: vbi extendens manus, iungensque, & inclinās, dicit, Oremus. quod & fiat quoties dicit Oremus. Tunc extendit manus taliter, vt retro stantibus euidenter appareant, & taliter eleuatas habeat, vt altitudinem humerorum non excedant: quod & fiat ad omnes Orationes, ad Secretas, & Postcommuniones. Stans autem sic, eadem voce, vt supra, dicit Orationem. Cum dicit Per Dominum nostrum, iungit manus, & idem fiat quando concluditur Oratio per Qui tecum viuit. vel Qui viuis & regnas. ¶ Si plures Orationes sint dicendę, idē seruetur in eis de voce, extensione manuum, & inclinatione, quod supra dictum est, & ante secundam Orationem, etiam si tantum duæ Orationes, & non plures dicantur, semper præmittitur Oremus, sub quo comprehendantur omnes sequentes, quod & fiat in sequentibus secundam Secretam, & secundam Postcommunionē & numquam cum principali Oratione alia coniungatur sub eodem Oremus, & sub eodem Per Dominum, etiam si sequens sola esset dicenda.

¶ Cum nominatur nomen Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratio, vel nomen Papæ ~~in eius Oratione~~, inclinat caput.

¶ Ad conclusionem vltimæ Orationis, iunctis manibus reuertatur ad medium Altaris.

¶ Si altare sit ita dispositum, vt celebrans habeat coram se populum, non vertit dorsum ad Altare cum dicturus est, Dominus vobiscum, Orate fratres, Ite Missa est, vel daturus benedictionem, sed facto sibi signo crucis, stans in medio, expāsis, & iunctis manibus, vt supra, salutat populum.

¶ In Quattuor Temporibus, vel alias quando dicēdæ sunt Orationes cum Prophetijs præter Epistolam, tunc dicto ad cornu Epistolæ, Kyrie eleison, nullo modo venit ad medium Altaris: sed ibi stans ante librum, extensis, & iunctis manibus, & inclinans, dicit Oremus. & manibus extensis, vt supra, dicit Orationem, & in conclusione iungit manus, vt supra.

¶ Si autem dicendus sit Hymnus, Gloria in excelsis, quan-

quando plures Orationes pro Prophetijs dicendæ sunt, tunc finito in medio Altaris prædicto Hymno, reuertitur ad cornu Epistolæ, & ibi dicit Orationes, vt supra dictum est.

¶ In Quadragesima dicto, Dominus vobiscum, & Oremus, statim eadem voce subiungit: Flectamus genua, & illud dicens, genuflectat manibus hinc inde super Altare firmatis, (quod in omnibus genuflexionibus ad Altare seruatur) & sine mora surgens, eadem voce dicitur á ministro Leuate, & manibus extensis dicit Orationem, & in conclusione eas iungit, vt supra: quod & fiat in Orationibus, quæ dicuntur ante Prophetias in Quadragesima.

¶ Dum Prophetiam legit, manus tenet super librum, vel super Altare positas, & in fine Prophetiæ nihil respondetur à ministro.

De Epistola, Graduali, & alijs vsque ad Offertorium. Rubrica vj.

Dictis Orationibus, celebrans iunctis manibus reuertatur ad librum, & eis coram se honeste compositis, vel super librum, aut super Altare, vel (si placuerit) librum tenens, legit Epistolam intelligibili voce, & respondetur in fine à ministro Deo gratias. & similiter stans, vt prius, prosequitur Graduale, Alleluia, Tractum, & Prosam si dicenda sint. Quibus dictis, celebrans ipsemet, ministro impedito, portat Missale ad alteram partem Altaris in cornu Euangelij, & dum transit ante medium Altaris, inclinat, & Missali locato versus cornu Altaris, stet ipse in medio Altaris, & eleuat oculos ad Deum, & statim iunctis manibus, profunde inclinat, & dicit: Iube domne benedicere. & Dominus sit in corde meo, vt in ordinario, & cum dicit In nomine Patris, &c. signat se signo crucis.

¶ Quibus dictis, iunctis manibus, vadit ad Missale, vbi stās versus ipsum, dicit intelligibili voce: Dominus vobiscum, & ℟. Et cum spiritu tuo. Deinde pollice dextræ manus signo crucis signat primo librum super principio Euangelij legendi, postea seipsum in fronte, ore, & pectore, dicens, Sequentia, vel Initium sancti Euangelij secundum Matthæum, vel Marcum, vel Lucam, vel Ioannem, & ℟. Gloria tibi Domine, & celebrans parum inclinando, secreto continuet, Qui natus es de Virgine, &c. Deinde iunctis manibus, & stans, vt supra, prosequitur Euangelium, vsque ad finem. Quo finito, minister ℟. Laus tibi Christe, & tunc celebrans signat se signo crucis, & parumper librum eleuans, osculatur principium Euangelij, dicens: Per Euangelica dicta deleantur nostra delicta. Sed in Missis Defunctorum non dicitur, Iube domne, sed tantum, Dominus sit in corde meo, &c. & non signat se, neque dicit, In nomine Patris, &c. & in fine Euangelij nō osculatur Missale, nec se signat, nec dicit Per Euangelica.

¶ Dicto Euangelio, stans in medio Altaris, deponit manus extensas super Altare, & eleuans eas, voce intelligibili incipit, si dicendum sit, Credo in vnum Deum, & cum dicit In vnum Deum. iungens manus inclinat, statimque erigens se, ac manibus iunctis, eademque voce, vt prius, prosequitur vsque ad finem. Cum dicit Iesum Christum, inclinet: cum autem dicit, Et incarnatus est, vsque ad Homo factus est, inclusiue, genuflectit. ad: simul adoratur, caput inclinat.

De Offertorio, & alijs vsque ad Canonem, Rubrica vij.

Ad finem Symboli vel si non sit dicendum, dicto Euāgelio, celebrans stans in medio Altaris signat seipsum nihil dicendo, & statim iunctis manibus ante pectus, vertit se ad populum, motum ducens versus cornu Epistolæ, sicut prius, & extendens manus voce intelligibili dicit, Dominus vobiscum, & cum dicit, vobiscum, iungit manus, statimque reuertitur per eandem viam ad medium Altaris, vbi extendens manus, iungensque inclinat, dicens, Oremus, & sic iunctis manibus dicit Offertorium.

¶ Dicto Offertorio, discooperit Calicem, amouendo velum, & Pallam: deinde facit vnam crucem super Calicem, & Patenam simul, dicens secreto, In nomine Patris, &c. Deinde accipiēs Calicem cum Patena ambabus manibus, & ipsum competenter eleuans, intentis ad Deum oculis, ac eleuatis, menteque deuota, dicat secreto, Suscipe sancta Trinitas, &c.

¶ Si fuerint aliæ Hostiæ non super Patenam, sed super Corporale, vel in alio vase pro Communione populi consecrandæ, Calicem illud, seu vas dextra discooperit, & intentionem suam etiam ad illas offerendas, & consecrandas dirigens, dicit vt supra, Suscipe sancta Trinitas.

¶ Qua Oratione dicta, collocet Calicē in medio Corporali, nullam crucem faciendo, & Hostiam circa pedem Calicis collocet, & Patenam ad manum dextram aliquātulum subtus Corporale, & sub Patena Purificatorium: Palla vero Calicem cooperit. Postea eleuans oculos, manusque expandens, statimque iungens ante pectus, & inclinando, (quod semper facit quando aliquid est benedicturus,) erigit se, & dicit, Benedictio Dei omnipotentis, & cum dicit, Patris, & Filij, &c. signat vnica cruce manu dextra communiter super Hostiam, & Calicem, manu sinistra ad pedem Calicis admota.

¶ Tunc iunctis ante pectus manibus, facta prius inclinatione, accedit ad cornu Epistolæ, vbi stans, ministro aquam fundente, lauat manus, idest, extremitates digitorum pollicis, & indicis, dicens secreto, Lauabo inter innocentes, &c. vsque ad finem Psal. cum Versus Gloria Patri, qui versus in Missis Defunctorum, & in Missis de Tempore à Dominica Passionis vsque ad Sabbatum sanctum omittitur.

¶ Celebrans lotis manibus, eas tergit, & illis ante pectus iunctis reuertitur ad medium Altaris, vbi stans, oculosque ad Deum eleuans, ac statim demittens, extendens, & iungens manus, & inclinando, dicit secreto, In spiritu, &c. quo dicto, signat se nihil dicens, ac statim manibus iunctis ante pectus, dimissisque oculis ad terram, vertit se motum ducēs versus cornu Epistolæ, & versus populum extendens, & iungens manus, dicit voce aliquantulū eleuata, Orate fratres, & secreto prosequitur, Vt meum, &c. perficit circulum reuertens iūctis manibus ante pectus à parte Euāgelij ad medium Altaris. Et responso à ministro, Memor sit Dominus omnis sacrificij tui, vel si minister non respondit, dicto à Sacerdote, Memor sit Dominus omnis sacrificij mei, &c. ipsemet celebrans secreto dicit, Domine exaudi orationem meā, & clamor. &c. & Oremus, deinde manibus extēsis, vt sit de Orationem, stās in medio Altaris versus librum, dicit secreto Secretam, vel Secretas, tali ordine, sicut dictæ sunt Orationes in principio Missæ, præmittendo ante secundam Secretā Oremus, & cū dicit, Per Dominum, iūgit manus.

¶ Peruento autem in conclusione vltimæ Secretę, ad verba illa, Per omnia sæcula sæculorum. exclusiue, celebrās stans in medio Altaris, depositis super eo manibus hinc inde extēsis, dicit conuenienti, & intelligibili voce Præfationē. Cum dicit Sursum corda, leuat manus. Cum vero dicit X Domino Deo nostro manus iungit, & inclinat. Responso Dignū, & iustum est, eleuatis, & extensis manibus, vt in Orationibus, prosequitur Præfationem propriam, vel communem, vt Missa requirit. Cum dicit Sanctus, iunctis ante pectus manibus, & inclinatus, voce mediocri prosequitur. Cum dicit Benedictus, qui venit X signat se signo crucis.

X Gratias agam[us] aliquanto altius eleuat, et dicens

X erectus stans

De Canone Missæ vsque ad consecrationem, Rubrica viij.

Finita Præfatione, vt supra, celebrans stans ante medium Altaris, versus ad illud, extendens manus, oculisque eleuatis

uatis ad Deum, & sine mora deuote demissis, ac manibus iunctis: profundeque inclinatus, incipit Canonem, secreto dicens: Te igitur. &c. vt in Ordinario. Cum dicit, Vti accepta, erigit se manibus iunctis. Cum dicit, Hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ sancta sacrificia, dextera manu signat ter communiter super Hostiam, & Calicem. Deinde extensis manibus prosequitur, In primis. &c. Vbi dicit Famulo tuo Papa nostro N. exprimit nomen Papæ: sede autem vacante, verba prędicta omittuntur, vbi dicitur, Antistite nostro N. specificatur nomen Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi, quod Romæ omittitur, & sede vacante illius Ecclesiæ. In regnis, & dominijs iuxta singulorum cōsuetudines potest addi, Et Imperatore nostro N. vel Et rege nostro N. vel Et duce nostro N. exprimendo nomen illius. ¶ Cum dicit, Memento Domine. oculos eleuans, & statim dimittens, eleuat quoque manus, & iungit vsque ad faciē, vel pectus: sicque iunctis manibus, demissoque aliquantulum capite, deuote commemorat Christi fideles ad suam voluntatem: quos mente tantum recensere poterit.

¶ Potest etiam celebrans, si pro pluribus orare intendit, ne circunstantibus sit morosus, ante Missam in animo proponere sibi omnes illos tam viuos, quam defunctos, pro quibus in ipsa Missa orare intendit, & hoc loco generali quodam proposito omnes viuos à se electos commendare.

¶ Commemoratione viuorum facta, extensis, vt prius manibus, continuat, Et omnium circunstantium. &c. Similiter stans prosequitur, Communicantes. Cum dicit, Hanc igitur, iunctis manibus, ac super anteriorem partem Altaris positis, ita vt digiti tantum parui ipsum tangant, inclinatus prosequitur. Cum vero dicit, Quam oblationem, erigit se, & cū dicit, Bene ✠ dictam, adscri ✠ ptam, ra ✠ tam, signat ter super Hostiam, & Calicem simul. Deinde cum dicit, vt nobis cor ✠ pus, separatim signat semel super Hostiam tantum, & cum dicit, Et san ✠ guis, semel super Calicem tantum: deinde suspicit ad Deum, & extensis brachijs, & statim iunctis dicit, Fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. cum vero dicit, Qui pridie quam pateretur, tergit pollicem, & indicem vtriusque manus super Corporale, & accipiens Hostiam eisdem digitis tersis, & eam cum illis tenens super Altare, ne a circūstantibus videri possit, stat erectus ante medium Altaris, dicens, Accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, eleuansque iterum oculos ad cælum, dicit, Et eleuatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suū omnipotentem, tibi gratias agens, & demissis oculis, tenens Hostiam inter pollicem, & indicem sinistræ manus, ita quod Altare tangat, dextra signat eam, dicens, Bene ✠ dixit, & cum pollice, & indice dextræ manus leuiter premens superiorem partem Hostiæ, dicit, Fregit tenens cum indicibus, & pollicibus vtriusque manus Hostiam ad latera super lapidem, dicit, Deditque discipulis suis, dicens, Accipite, & manducate ex hoc omnes, si fuerit Calix, vel vas cum alijs Hostijs consecrandis, discooperit manu dextra, & tenens Hostiam ambabus manibus, vt supra, deuote, integre, continuate, & cum intentione consecrandi profert verba consecrationis super eam, & simul super omnes si plures sint cōsecrandæ, dicens, Hoc est enim corpus meum. Quibus prolatis, celebrans accipit Hostiam inferiori parte, & eam accommodet inter pollices, & indices vtriusque manus, reliquis manuum digitis extensis, & simul iunctis; & appositis brachijs altero ad alterum prope manus ad Altare, & genuflexus eam adorat nihil dicendo, nec eam osculando. Tunc se erigens, quantum commode potest eleuat in altum Hostiam, & intentis in eam oculis, (quod & in eleuatione Calicis facit,) populo reuerenter ostendit adorandam: moxque ipsam decenter reponit, vnde leuauit, & deinceps pollices, & indices vtriusque manus non disiungit, nisi quando Hostiam consecratam tangere, vel tractare debet, vsque ad ablutionem digitorum post Communionem. Reposita Hostia consecrata super Corporali, iterum genuflexus ipsam adorat. Si adsit Calix, vel vas aliarum Hostiarum, Patena, vel Palla cooperiat.

¶ Interim dum celebrans eleuat Hostiam, accēso prius intortitio, & dato signo nolæ, siue campanellæ, minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores Planetæ, ne celebrantem impediat in eleuatione brachiorum: quod & facit in eleuatione Calicis.

¶ Celebrans eleuatus ab adoratione Sacramenti, discooperit Calicem, dicens, Simili modo postquam cœnatum est, & indicibus, & pollicibus vtriusque manus super calicem coniunctis, [illegible] rioribus digitis etiam vtriusque manus Calicem super nodum, vel per cuppam tenens, aliquantulumq; eleuans, dicit, Accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas, ac venerabiles manus suas, deponens ipsum super Altare, dicit, Item tibi gratias agens, sinistra manu ipsum infra cuppam tenens, dextra aperta, exceptis pollice, & indice, qui se iungi non debent, (quod & in omnibus alijs benedictionibus vsque ad purificationem seruandum est,) signat super eum, dicens, Bene ✠ dixit, deditque discipulis suis, dicēs. Tenens manu dextra nodum, & sinistra pedem Calicis Altari superpositi sine motione ipsius, vel saltem parum per cuppam ad seipsum inclinati, demisso capite profert secreto, & deuote, (vt de Hostia supra dictum est,) verba consecrationis sanguinis, Hic est enim calix, &c. Quibus dictis, relicto calice, genuflexus sanguinem adorat reuerenter. Mox erectus ipsum discoopertum accipit, & ambabus manibus, vt prius, eum eleuat, & erectum quantum commode potest, ostendit populo adorandum, vt dictum est de Hostia, dicens, Hæc quotiescunque, &c. Quo facto, reuerenter ipsum reponit non osculando, nec alia verba proferendo, præter ea, quæ in Canone sunt, reponit Calicem, & dextra Palla cooperit, ac iterum genuflexus adorat.

## De Canone post consecrationem vsque ad Orationem Dominicalem, Rubrica IX.

Reposito Calice, cooperto, & adorato, celebrans extensis brachijs in modum crucis, dicit, Vnde & memores. &c. vsque dum dicit, De tuis donis, ac datis, inclusiue. Cum dicit, Hostiam ✠ puram, Hostiam ✠ sanctam, Hostiam ✠ immaculatam manu dextra, pollice, & indice non disiunctis, vt dictum est, tres cruces faciat super Hostiam, & Calicem simul, cum dicit, Panem sanctum vitæ æternæ, semel signat super Hostiam tantum, & dicens, Et calicem salutis perpetuæ, signat semel super Calicem tantum. Deinde eleuans ad cęlum oculos, & statim demittens, stansque, vt prius extensis manibus de more, prosequitur, Supra quæ propitio. &c. Cum dicit, Supplices te rogamus, &c. inclinat se profunde brachijs cancellatis: cum vero dicit, Ex hac altaris participatione erigēs se, ac manibus extensis, & super Altare positis, pollicibus, & indicibus non disiunctis, osculetur Corporale ad cornu Epistolæ. Cum dicit, Cor ✠ pus, dextra signat semel super Hostiam tātum: & dicens, Et san ✠ guinem sumpserimus: signat semel super Calicem tantum: & cum dicit, Omni bene ✠ dictione cælesti, seipsum signat.

¶ Cum dicit, Memento etiam Domine famulorum, famularumque tuarum, extensis, ac statim, iunctis manibus ante pectus, vel vsque ad faciem eleuatis, & intentis oculis ad Sacramentum super Altare, facit commemorationem fidelium Defunctorum, de quibus sibi videtur, eodem modo, vt dictum est de commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta, stans vt prius extensis manibus de more, prosequitur, Ipsis Domine, & omnibus in Christo, &c. Cum dicit, Nobis quoque peccatoribus, vocem

cem

cem aliquantulum eleuet, & tribus vltimis digitis dextræ manus pectus sibi leuiter percutiat, & prosequitur secreto, Famulis tuis, &c. stans vt prius.

¶ Cum dicit, San ✠ ctificas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis & præstas nobis dextra manu ter signat cōmuniter super Hostiam, & Calicem simul. Postea discooperit manu dextra Calicem, & genuflexus reuerentiam facit Sacramento: tum se erigit, & reuerenter accipit Hostiam ad latus pollice, & indice dextræ manus, & cum ea super Calicem, cuius pedē manu sinistra tenet, signat ter. Cū dicit, Per ip ✠ sum, signat large vltra labia: cum dicit, Et cum ip ✠ so signat à labijs ad labia: cum vero dicit, Et in ip ✠ so, signat intra Calicem. Deinde dicens, Est tibi Deo Patri ✠ omnipotenti, signet large vltra Calicem: vltimo cum eadem Hostia semel signet citra Calicem, ducens Hostiā à labio Calicis versus pedē, dicens, In vnitate Spiritus ✠ sancti. Deinde tenens manu dextra Hostiam super Calicem, sinistra Calicem, eleuat eum aliquantulum simul Hostia, parum inclinans, ac dicens: Omnis honor, & gloria: & statim vtrumque deponens, Hostiam collocat super Corporali, & si opus sit, digitos intra Calicem extergit, vt supra, ac pollices, & indices, vt prius iungens, Calicem Palla cooperit, & genuflexus vsque ad terram, Sacramentum veneratur.

## De Oratione Dominicali, & alijs vsque ad factam Communionem. Rub. x.

CElebrans cooperto, adoratoq; Calice, erigit se, & manibus extensis hinc inde super Altare, iunctis tamen pollicibus, & indicibus, intelligibili voce dicit, Per omnia sæcula sæculorum, &c. Cum autem incipit, Pater noster, extendit manus, stans oculis ad Sacramentum intentis, prosequitur vsque ad finem. Responso à ministro, Sed libera nos a malo, & à celebrante submissa voce dicto Amen, manu dextra, pollice, & indice nō disiunctis, Patenam accipit inter indicem, & medium digitos, eam parumper eleuans, sinistra similiter aliqualiter ex alia parte eleuata, dicit secreto, Libera nos, &c. Cum dicit, Da propitius pacē in diebus nostris deosculatur Patenam superius: cum vero dicit, Vt ope misericordiæ tuæ adiuti, tangat cum Patena sinistrum oculum: & cum dicit, Et à peccato simus semper liberi, tangat similiter cum ea dextrum oculum: deinde signans seipsum cum eadem Patena, dicit, Et ab omni perturbatione securi. Postea Patenam reponit ad manum dextram prope Corporale: deinde discooperit Calicem, & genuflexus in terram Sacramentum adorat: tum se erigens accipit Hostiam inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum illis, ac pollice, & indice sinistræ manus eam super Calicem tenens, reuerenter frangit per medium, dicens. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat: Mediam partem, quam inter pollicem, & indicem dextræ manus tenet, superponit in transuersum parti alteræ, inter pollicem, & indicem sinistræ cum fractura superius: & eam denuo frangit parua fractione, dicens, In vnitate Spiritus sancti Deus. Partem paruam tenens inter ipsos pollicem, & indicem dextræ manus, alias duas partes similiter tenens inter pollicem, & indicem sinistræ manus super Calicem, ita vt manus sit posita super Calicem, voce intelligibili dicit, Per omnia sæcula sæculorum, & ℞. Amen. Deinde signat ter cum illa parua particula, quam in dextra manu tenet, intra labia Calicis, voce eadem dicens: Pax ✠ Domini sit ✠ semper vo ✠ biscum, & ℞. Et cum spiritu tuo: quibus dictis, particulam quam in dextra manu tenet, ponit in sanguine, secreto dicens, Hæc sacrosancta commixtio, &c. & dum prædictam Orationem dicit, partes Hostiæ decenter componat ad rotunditatem, vt aptæ sint ad facilem sumptionem, ac pollicem, & indicē dextræ manus super Calicem tergit, Dicta Oratione, capite aliquantulum inclinato versus Sacramentum, intelligibili voce dicit, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi & tribus vltimis digitis dextræ manus percutiens leuiter sibi pectus, dicit, Miserere nobis quod & tertio facit, cum dicit, Dona nobis pacem.

¶ Deinde stans erectus, & dextram manum simili digitorum dispositione sinistrę appropinquans, licet cum illius digitis Hostiam non tangat, & pollice, & indice sinistræ manus particulas Hostiæ super ipsum Calicem tenens, deuote & secreto dicit Orationem, Domine Iesu Christe, qui dixisti discipulis tuis.

¶ Si est danda pax, (quod fit tantum in Missis celebratis coram Prælatis,) cum dicitur, Secundum voluntatem, osculetur Pallam, deinde labium Calicis, prosequendo Orationem: & ea finita, porrigatur instrumentum pacis celebranti à ministro iuxta ipsum ex parte Epistolæ genuflexo, quod & celebrans osculando dicat Orationem, Habete vinculum &c.

¶ Si pax non sit danda Prælatis, vt supra dictum est, pax non osculatur, nec Palla, nec labium Calicis, sed absolute dicitur prædicta Oratio: Domine Iesu Christe, qui dixisti discipulis tuis, &c. Qua finita, omissa Oratione, Habete vinculum, sed tantum duæ aliæ sequentes, scilicet, Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui ex voluntate, & Perceptio corporis tui.

¶ In Missis Defunctorum aliter dicitur Agnus Dei & non percutitur pectus, quia dicitur, Dona eis requiem, vt in Ordinario signatur: & illa Oratio, Domine Iesu Christe, qui dixisti discipulis non dicitur, nec datur pax, nec osculatur Palla, nec labium Calicis, nec dicitur Oratio, Habete vinculum sed tantum duæ aliæ sequentes, scilicet, Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui ex voluntate & Perceptio corporis tui.

¶ Dictis Orationibus, parum genuflectens, sed non vsque ad terram, dicit secreto, Salue salus mundi, &c. Quo dicto, eadem genuflexione, voce aliquantulum eleuata, dicit deuote, Domine non sum dignus: & secreto prosequitur, Vt intres sub tectum meum, &c. quod & ter repetit: & quoties dicit, Domine non sum dignus, toties percutit pectus tribus vltimis digitis dextræ manus. Quibus tertio dictis, erigit se: & ex sinistra accipit ambas partes prædictas Hostiæ inter pollicem, & indicem dextræ manus: & signat seipsum cū partibus Hostiæ faciens ante se ita paruam crucem, vt nullo modo partes Hostiæ exeant extra labia Calicis, dicens, Corpus Domini, &c. Deinde inclinans super Calicem, easdem ambas partes cum omni reuerentia sumit: quibus sumptis, erigit se, & tergit pollices, & indices vtriusque manus super Calicem, vt supra, statimque iungit ante faciem, & aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti.

¶ Si consecrauerit Hostias pro alio tempore conseruandas post sumptionem partium Hostiæ, facta prius genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum: & diligenter aduertat semper, ne aliquod fragmentum quantumcumque minimum remaneat super Corporale: quod si fuerit, accurate reponat in Calicem.

¶ Postquam prædictæ Hostiæ repositæ sunt, vel si non sint Hostiæ reponendæ, postquam celebrans sumpsit particulas Hostiæ, & in meditatione aliquantulum quieuit, depositis manibus genuflectit, ac surgit, dicens secreto, Quid retribuam Domino, &c. iunctis indicibus, & pollicibus, Calicem dextra manu infra nodum cuppæ accipit, & sinistra pedem, dicens, Calicem salutaris. &c. & signans se signo crucis cum calice, dicit, Sanguis Domini nostri, &c. & tenens Calicem ambabus manibus, reuerenter sumit totum sanguinem cum particula in Calice posita.

¶ Si qui sunt communicandi in Missa, eos statim communicet antequam accipiat vinum in Calice, hoc ordine:

Mini-

ad illos se conversis [illegible] manibus simul ante pectus iunctis, pollicibus, et indicibus non disiunctis, motum per partem Epistolae facit, et [illegible] in medio, sed ad partem Euangelij se ponit:

Minister, vel communicandi dicunt, Confiteor Deo, &c. Celebrans ~~vertit se ad eos, motū faciens ad cornu Epistolæ~~ & finito Confiteor Deo, dicit Misereatur, & Indulgentiam: quo dicto, eadem via vertit se ad Altare, genuflectit, & accipit Sacramētum in Patena, ~~vel in Palla supponens ei Patenam,~~ vel in Calice, vel vase: & ostendens Sacramētum cōmunicandis, dicit intelligibili voce, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: deinde eadē voce dicit, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantū dic verbo, & sanabitur anima mea: quod ter dicit, & addere potest, In manus tuas Domine commendo spiritū meum: redemisti me Domine Deus veritatis. Communicando eos, cum Sacramento faciat signum crucis ante singulos, dicēs, Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuā in vitam æternam. Amen. Minister cum vase vitreo, æreo, aut argenteo, & nullo modo cum Calice, purificet eos. Celebrans omnibus communicatis, vertit se ad Altare, & fragmenta si quæ sint sumat.

¶ Quibus communicatis, vel si non sint communicandi, sumpto sanguine cum particula in Calice posita, vt supra, stans in medio Altaris manu dextra porrigit Calicem ministro super Altare in cornu Epistolæ, dicens, Quod ore sumpsimus, &c. minister vinum tantum infundit, quo celebrans se purificat: deinde vino, & aqua abluit pollices, & indices vtriusque manus super Calicem, quos purificatorio abstergit: sumit ablutionem, & dicit, Corpus tuū, &c. Deinde extergit os, & Calicem purificatorio: postea purificatorium super Calicem extendit, & desuper Patenam, ac super Patenam paruam Pallam, & cooperit velo, reponit Calicem ad partem Euangelij, ac plicat corporale, & reponit in Bursam, quam ponit ~~in~~ super Calicem, & ipsum Calicem in medio Altaris collocat, vt prius, & dum hæc facit, dicit, Quod ore, &c.

Eodem modo dicit Salve Regina Dominicis, in quibus non genuflectendo, sed stando dicit.

De Communione, & Orationibus post communionem dicendis. Rub. xj.

Celebrante purificato, dum Calicem de more cōponit, & in Altari collocat; minister defert Missale ad cornu Epistolę, & collocat, vt in Introitu. Deinde celebrās stans, voce intelligibili, legit Antiph. quæ dicitur Cōmunio: qua lecta iunctis manibus ante pectus, vadit ad mediū Altaris, & signans se nihil dicendo, iunctisque statim manibus ante pectus vertit se, motū ducens versus cornu Epistolæ, & versus populum eadem voce dicit, Dominus vobiscum. Quo dicto, iunctis manibus per eandē viam redit ad librum, & dicit Orationes postcommuniones, eodem modo, numero, & ordine, vt supra dictæ sunt Orationes in principio Missæ, & ad cōclusionem vltimæ Postcōmunionis, iunctis manibus ante pectus reuertitur ad mediū Altaris, & ibi signans se nihil dicendo, iunctisque statim manibus ante pectus eadem via vertit se, vt solet, & dicit versus populū, Dominus vobiscum. Quo dicto, stans iunctis manibus ante pectus versus populum, dicit, (si dicendum est,) Ite Missa est. & statim per eandem viam reuertitur ad Altare.

Si Ite Missa est, non sit dicendum, dicto Dominus vobiscum, eodem modo per eandem viam ad medium Altaris reuertitur; vbi stans versus illud, iunctis manibus ante pectus, dicit, Benedicamus Domino.

In Missis Defunctorum eodem modo stans versus Altare, dicit, Requiescant in pace.

¶ In Quadragesima autem incipiens à Feria quarta Cinerum vsque ad Feriam quartam maioris Hebdomadæ in feriali Officio (Sabbato Quattuor Temporum tantum excepto) postquam celebrans dixit Postcommuniones, cū suis solitis cōclusionibus, antequam dicat, Dominus vobiscum, stans in eodem loco ante librum dicit eadem voce iunctis manibus, Oremus, Humiliate capita vestra Deo, & extensis manibus eadem voce dicit Orationem super populum ibidem positam, & ad conclusionem eiusdem, iunctis ante pectus manibus reuertitur ad medium: vbi vertit se ad populum, vt supra dictum est.

De Benedictione in fine Missæ, de Antiphona B. Virginis, & de Euang. S. Ioannis, Rub. xij.

Dicto Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, vel Requiescant in pace, vt supra, celebrans ante mediū Altaris stans, eleuans ad cælū oculos, & statim demittens manibusq; extensis, ac statim reiunctis, & super Altare positis, & inclinatus, dicit secreto, Placeat tibi, &c. quo dicto, extēsis manibus hinc inde super Altare, ipsum osculatur in medio. Deinde erigens se, adhuc stans versus Altare, extendit leuatque, ac iungit manus, & inclinans dicit voce intelligibili, Benedictio Dei omnipotentis, & iunctis manibus, ac demissis oculis ad terram, vertēs se motum ducēs versus cornu Epistolæ, extensa manu dextra, iunctisque digitis, semel benedicit populum dicens, Patris, & Fi✠lij, &c. & circulum perficit: deinde genuflectit in superiori gradu ante medium Altaris, dicitque eadem voce Antiphonam. Salue Regina, & minister dicit ℣. Ora pro nobis, & celebrans ℟. Vt digni, & Orationem, Protege [illegible] in

¶ Tempore Paschali loco prædictæ Antiph. ℣. & Orationis, stans erectus dicit Antiphonā, Regina cæli. ℣. Gaude, & lætare. & Orationem, Deus qui per Resurrectionem.

¶ Dicta Antiphona, ℣. & Oratione, ac erectus sacerdos vadit ad cornu Euangelij, & dicit eadem voce, Dominus vobiscum. & ℟. Et cum spiritu tuo. Pollice dextro faciens signum crucis primo in initio Euangelij, si sit, alias in Altari, deinde in fronte ore, & pectore, dicens, Initium Sancti Euangelij secundum Ioannem, vel Sequentia Sancti Euangelij secundum N. vt dictum est in rubricis generalibus, & ℟. Gloria tibi Domine sacerdos secreto dicit, Qui natus es de Virgine, &c. iunctis manibus legit Euangeliū. In principio. vel aliud, vt conuenit. Cum dicitur, Et Verbum caro factum est, genuflectit: & surgens prosequitur, vt prius vsque ad finem. Quo dicto ℟. à ministro, Deo gratias, & tunc signans se sacerdos, dicit secreto, Per Euangelica dicta. &c.

¶ Si celebrans in Altari vertit faciem versus populum, non vertit se, sed stans, vt erat, benedicit populum, vt supra in medio Altaris: deinde descendit in superiori gradu, vbi dicit Antiphonam, Salue Regina, si dicenda sit. &c. vt dictum est.

¶ Si ante Altare nullus sit gradus, ad Antiphonam / Salue Regina, genuflectit ante medium Altaris.

¶ Si celebrauit pro Defunctis, dicto Placeat tibi, &c. accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium S. Ioannis, prætermissa Benedictione, & Antiphona, Salue Regina, cum versu, & Oratione, & similiter Antiphona, Regina cæli, cum versu, & Oratione.

¶ His omnibus absolutis, extinguuntur per ministrum cādelæ: interim sacerdos cooperto capite Caputio, & Amictu, accipit manu sinistra Calicem, dextrā ponēs super Bursam ne cadat, descendit ad infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens se ad illud, debitā facit reuerentiam: deinde præcedente ministro, eo modo quo venerat, redit ad Sacristiam, interim secreto dicens Hymnum, Te Deum laudamus, &c. vt infra, in Gratiarum actione.

¶ Si vero sit dimissurus vestes in Altari vbi celebrauit, finito Euangelio prædicto, deponit vestes, dicendo, Te Deum laudamus, &c.

De his, quæ omittuntur in Missa pro Defunctis. Rub. xiij.

In Missa pro Defunctis dicitur Psalm. Iudica me Deus, sine Gloria Patri, & sine Requiem æternam, sed absolute

lute terminatur. Non benedicitur aqua in Calicem fundēda. Cum celebrans ad Altare incipit Introitum, non signat se: sed manu dextra extensa facit signū crucis super librū, quasi aliquem benedicens. Item post versum Introitus nō dicitur Gloria Patri sed post Psalmum statim repetitur Introitus, Requiem æternam. Nō dicitur Gloria in excelsis, nec Alleluia. Nulla dicitur oratio pro viuis, nec etiā officij, Feriæ, vel Vigiliæ occurrentis. Nec ante Euangeliū dicit, Iube domne benedicere sed absolute dicit, Dñs sit in corde meo: &c. sed non dicitur, In nomine Patris, &c. nec signat se. Non osculatur librum in fine Euangelij, nec signat se pro fine Euangelij. Cū lauat manus nō dicit Gloria Patri in Psalmo Lauabo, nec Requiē æternam: sed absolute terminantur. Semper in eis dicitur Præfatio cōmunis: & nō dicitur Communicantes, vel Hanc igitur, propriū alicuius octauæ vel tēporis sed tantū in commune. Ad Agnus Dei non dicitur Miserere nobis, cuius loco dicitur Dona eis requiem, nec dicitur Dona nobis pacem, cuius loco dicitur: Dona eis requiē sempiternam. Non dicitur prima Oratio ante cōmunionem, scilicet, Domine Iesu Christe qui dixisti discipulis tuis, nec osculatur Palla, nec labium Calicis, nec datur pax, nec dicitur Oratio, Habet vinculum. In fine non dicitur, Ite Missa est, nec Benedicamus Domino, sed Requiescant in pace. Et non datur Benedictio, nec dicitur Antiph. Salue Regina, aut Regina Cæli, cū suis versibus & Orationibus: sed dicto Placeat, dicitur Euang. In principio. Et nunquam dicitur eius loco aliud Euangelium. Alia omnia, vt in alijs Missis.

## De his quæ clara voce aut secreto dicenda sunt in Missa, Rub. xiij.

IN Missa clara voce dicuntur, In nomine Patris, &c. ad introitum Missæ vsque ad Oremus, inclusiue. Oratio, Aufer a nobis & Oramus te Domine per merita, &c. dicuntur secreto. Item clara voce dicuntur Introitus, Kyrie eleison, Gloria in excelsis, Orationes, Epistola, Graduale, Alleluia, Tractus, Prosa, Euangeliū, Credo, Offertoriū, Orate fratres, solum hęc duo verba. Item Præfatio, Nobis quoque peccatoribus, solum hæc tria verba. Item Per omnia secula seculorum, &c. cum Pater noster. Item Per omnia secula seculorum, Pax Domini sit semper vobiscū, Agnus Dei, Domine non sum dignus, solum hæc quattuor verba. Item Communio, Postcommunio, Ite Missa est, Benedicamus Domino, Requiescant in pace. Salue Regina, Regina cæli, cum suis versiculis, & Orationibus, & Euang. In principio, vel aliud, si loco eius dicendum sit. Alia omnia dicuntur secreto.

## De celebratione Missæ coram Summo Pontifice, & alijs Prælatis. Rub. xv.

SAcerdos si sit celebraturus corā Summo Pōtifice: postquam peruenerit ad Altare, & præparauerit Calicem & Missam reperit in Missali, vt dictū est, descendet ad gradum infimum Altaris, & sistit se in infimo gradu Altaris à cornu Euang. ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat: minister vero sit à cornu Epistolę genuflexus versus celebrantem. Accepta benedictione, erigit se: & stans in eodem loco versus Altare incipit Missam.

¶ Si autem celebrat coram Cardinali, Patriarcha, Archiepiscopo, Episcopo, vel Generali Ordinis in eorum residentijs, vel loco iurisdictionis, stans in infimo gradu à cornu Euangelij vt supra, expectat: dato signo, facit profundam reuerentiam Prælato, & versus ad Altare incipit Missam.

¶ Item quando dicit Confiteor Deo, vbi dicit Vobis fratres, & Vos fratres, dicat Tibi Pater, & Te Pater: quod dicens Summo Pontifici genuflectit, alijs Prælatis profunde inclinat.

¶ Item dicto ℣. Adiutorium nostrum, &c. facta Summo Pontifici genuflexione, & alijs Prælatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium Altaris, & ibi dicit, Oremus, Aufer a nobis &c.

¶ Item post Euangelium nō osculatur Missale, quia cuilibet prædictorū defertur ad osculandum: & tunc si non dicitur Symbolum, celebrans semel tantum signabit se, & signum quod fit in fine Euangelij, seruet etiam pro eo quod fit quando celebrans debet vertere se ad populum.

¶ Item cum in Oratione, Dñe Iesu Christe qui dixisti discipulis tuis, ante cōmunionem, dicit Secundū voluntatē osculetur Pallā, deinde labiū Calicis, & dādo pacē porrigēti instrumētū pacis, dicet Orationē, Habete vinculū, &c.

¶ Item postquā dixerit, Placeat tibi sancta Trinitas. &c. dicens, Benedictio Dei omnipotentis: & conuertens se ad Summum Pontificem genuflexus, ad quemlibet aliorum capite inclinato quasi licentiam benedicendi petens, prosequitur, Patris, & Fi✠lij &c. benedicens stantes à parte, vbi non adest Pontifex, vel alius ex supradictis.

¶ Si autem celebrauerit coram ~~Cardinali, vel alio~~ Prælato ex prædictis extra eorum iurisdictionem, eis absque alio respectu, vt ceteris qui intersunt, more consueto benedicet.

¶ Finito etiam Euangelio in fine Missæ, conuertit se ad illum, coram quo celebrauit ex dictis: & Summo Pontifici genuflectit, cuilibet aliorum profundam facit reuerētiam. Si vero non celebrauit coram aliquo prædictorum, huiusmodi reuerentia prætermittitur.

## RITVS SERVANDVS IN CELEBRATIONE Missæ sollemnis.

### De Missa Conuentuali, & Officio ministrorum. Rubrica j.

DE Antiphona, Veni sancte Spiritus, & de Aspersione aquæ Benedictæ, vide in fine Missalis. 116.

ANte Missam Conuētualem accolythi & thuriferarius induunt se superpellicijs vel albis, mutuo se iuuantes: & quādo tempus fit, adiuuant diaconum & subdiaconum: & hi sacerdotem. Diaconus & subdiaconus ante induitionē abluunt manus, cum Orationibus positis ad ablutionem, tersionem, & induitionem. Diaconus ad tempus perquirit in libro Euāgeliorum Euāgelium, & in Missali Missam, ordinando signacula, quam sacerdoti, vt eam perlegat, ostendit: subdiaconus similiter Calicē præparat, & in Epistolario Epistolā perquirit: thuriferarius vero carbones accensos, & incēsum in nauicula prouidet: accolythi autē ~~duos cereos in Altari accendunt,~~ Missale apertū, vbi est Introitus in Altari collocant: loca, in quibus Epistola & Euangelium cantanda sunt præparant, si præparari oporteat, & in eis Epistolarium, & librum Euangeliorum ponunt ~~...~~.

¶ Dum igitur in choro dicitur Gloria Patri, de Introitu, vel dum dicitur Psal. si Gloria Patri, nō debeat, dici, sacerdos procedit ad Altare hoc ordine. Primo præcedit thurifearius ~~...~~, quem accolythi sequuntur cū ~~...~~, & hi omnes capitibus discoopertis: deinde sequitur subdiaconus, & post eum diaconus capitibus coopertis, oculis demissis, erectis corporibus, incessu graui, manibusq. cō iunctis ante pectus patēter apparentibus, (& hæc manuum aptatio semper ab eis seruatur, nisi quando aliquid ab eis faciendum est:) vltimo venit sacerdos manibus similiter con iunctis, & submisse dicens Psal. Iudica me, &c.

¶ Cum perueniunt ante infimum gradum Altaris, stat sacerdos in medio ad eius dexteram diaconus cum vno accolythorum, & ad sinistram subdiaconus cum altero accolythorum, & post eum thuriferarius, qui caput detegit celebranti,



✗ manibus ante pectus iunctis, nihilque deferens,

Ø candelabris

branti, ~~& aperit capucium~~, deinde omnes simul profundam faciunt reuerentiam: vel genuflectunt si sit ibi sanctissimum Sacramentum, & statim se erigunt, & ibi facit sacerdos confessionem.

¶ Cum ergo sacerdos incipit, In nomine Patris, &c. omnes simul faciunt signum crucis: & cum sacerdos incipit, Confiteor Deo, &c. omnes simul inclinant profunde: & responso Amen post Indulgentiã, omnes simul se erigũt, ac dicente sacerdote, Adiutorium nostrum &c. omnes simul faciunt signum crucis: & deinde dicente sacerdote Oremus, iterum omnes simul inclinant se: & Oratione finita, sacerdote se erigente, omnes se erigunt simul: & ipso ad Altare ascendente, diaconus & subdiaconus simul cum eo ascendunt.

¶ Accolythi habentes in manibus ~~intorticia, vel cereos in ceroferarijs vel~~ candelabris nunquam inclinant: sed dum fit confessio, stant parum ante diaconum & subdiaconum versis vultibus ad se inuicem: si non habent ~~intorticia nec cereos~~, inclinant vna cum diacono & subdiacono, ac se erigunt, & stant prope ipsos & non ante: facta confessione, ac sacerdote ascendente ad Altare, ~~intorticia, vel cereos ad sacristiam portant, aut cereos super Altare accensos ponunt, seu extinctis cereis, candelabra ante Altare deponunt.~~

¶ Dum sacerdos osculatur Altare, thuriferarius det nauiculam diacono, & ipse ministrat thuribulum sacerdoti: & diaconus ostendens nauiculam sacerdoti dicit, Benedicite Pater. Sacerdos benedicens incensum, dicit, Ab illo benedicaris, &c. & ponat ipse sacerdos incensum de nauicula in thuribulo: reddita nauicula thuriferario, ab eodem diaconus accipit thuribulum, & dat celebranti, osculata prius eius manu: & ipse diaconus & subdiaconus eleuant Planetam parum post sacerdotem stantes: thuriferarius vero tenet Missale cum cussino in manibus extra Altare, donec sacerdos incensat superiorem partẽ Altaris à cornu Episto. Sacerdos facta cruci reuerentia eam ter incensat, & iterum facta ei reuerentia incensat Reliquias (si adsint) primum quæ á parte Euang. sunt, bis cuique ducens thuribulum: deinde facta cruci reuerentia, quæ ad partẽ Episto. postea imagines vel eorum loco cãdelabra semel singulis thuribulum ducens, primum à cornu Epist. & illius postremam partem inferiorem bis thurificans, deinde superiorem, scilicet tabulam Altaris ter ducens thuribulum: & procedens ad partem Euangel. facta cruci reuerentia, incensat alias imagines vel eorum loco candelabra, & illius postremam partem Altaris inferiorem, & superiorem tabulæ: deinde totam anteriorem à cornu Euangelij ter ducens thuribulum, postea facta cruci reuerentia, cum ante eam transit, anteriorem etiam partem in cornu Epistolæ, & dum incensat, dicit secreto, Dirigatur Domine, &c. Dum redditur thuribulum diacono, ipse manum celebrantis osculatur, & ter illum solum incensat.

¶ Deinde sacerdos vadit ad Missale, diaconus stãs ad eius dextram, & prope eum accolythi, subdiaconus ad sinistrã & omnes simul faciendo signum crucis, dicunt Introitum: & dum dicunt, Salue sancta parens omnes simul inclinant, dictoque Introitu, sacerdos ex vna parte, ceteri ex alia alternatim dicũt, Kyrie quo finito diaconus ordinat se post sacerdotem, & subdiaconus post diaconũ, & thuriferarius post subdiaconum, & accolythi vnus ad dextram, alter ad sinistram diaconi, ita quòd solus sacerdos sit ante librum: & hæc ministrorum ordinatio seruatur in tota Missa, quando post sacerdotem ordinandi sunt.

¶ Possunt, dum cantatur Kyrie eleison, sedere ad cornu Epistolæ, sacerdos inter diaconum ad dextram, & subdiaconum ad sinistram, & thuriferarius inter accolythos ad eorum pedes: & antequam discedant ab Altari, & dum redeunt, omnes simul debitam faciant reuerentiam.

¶ Finito in choro Kyrie eleison, sacerdos stans in medio Altaris incipit, (si dici debeat,) Gloria in excelsis, & dum dicit, In excelsis diaconus ad cornu Epistolæ, & subdiaconus ad cornu Euang. accedant: ita vt cum dicit Deo. omnes simul parum inclinent, & alternatim prosequantur, Et in terra &c. Dicto per eos Hymno, eant ad sedẽdũ, vel ordinent se vnus post alium, vt supra. Dũ in choro dicitur, Iesu Christe, Suscipe deprecationem nostram, & iterum Iesu Christe, omnes inclinent simul ad omnia illa verba: sed si sedent, inclinant sedendo. Dum in choro dicitur Gloria in excelsis, vel si Gloria in excelsis, non sit dicendum, dum dicitur Kyrie eleison diaconus facta prius debita reuerentia, præcedente thuriferario eat ad sacristiam, vel credentiam ad partem Epistolæ antea præparatam, & ambabus manibus accipit Bursam habentem Corporalia eamque defert eleuatam, factaq; ante infimum gradum debita reuerentia, ascendit ad Altare, extrahit Corporale, & in medio explicat illud, Bursamque ad partem ponit, & reuertitur ad celebrantem. Si autem celebrans non sedit, dum diaconus portat Bursam, retrahit se parum versus librum, vt diaconus explicet Corporale.

¶ Finito in choro Gloria in excelsis, sacerdos eat ad medium Altaris, facta prius simul ab omnibus debita reuerentia: & ministri post eum ordinati, vertit se ad populum, & dicit, Dominus vobiscum, & quoties vertit se ad populũ, omnes ministri inclinant: & diaconus manu dextra eleuat fimbrias anterioris partis Planetæ, & osculatur.

¶ Si dicendum sit Flectamus genua, dicitur á diacono genuflectente, & omnes simul cum eo genuflectant, præter celebrantem: & subdiaconus surgens dicit, Leuate, & omnes simul cum ipso surgant.

¶ Ad Orationes numquam ministri Altaris genuflectant, nec inclinent, sed tantum dum dicitur nomen Iesu, Mariæ, vel Sancti de quo dicitur Missa, aut fit commemoratio, vel nomen Papæ, quando in Oratione quæ pro eo dicitur, explicatur, quia tunc simul cũ sacerdote faciunt inclinationẽ.

¶ Diaconus sit semper circumspiciens quando cartæ & signacula Missalis vertenda sint in tota Missa, vt vertat, maxime post consecrationem.

¶ Circa finem vltimæ Orationis subdiaconus accipit ambabus manibus Epistolarium, thuriferario illi ipsum porrigente, deferens illud supra pectus sinistra manu supposita, & facta Altari debita reuerẽtia in medio, præcedẽte thuriferario, vadit ad partem Epistolæ contra Altare, & cantat Epistolam in loco præparato, vel tenens Epistolarium ambabus manibus: quam sacerdos submissa voce legit, diacono stante ad eius dextram: Graduale vero, Alleluia, vel Tractum simul cum ipso diacono legit, Prosam vero alternatim dicunt. Quibus finitis diaconus defert Missale ad cornu Euangelij in Altari, facta cruci reuerentia dum ante eam transit: & ibi respondet celebranti, qui dicto primo Munda cor meum, & Dominus sit in corde meo, &c. submissa voce legit Euang. quo diaconus librum Euangeliorum super Altare ponit, altero accolythorum cum ipsis deferente, & statim ad dextram celebrantis vadit.

¶ Subdiaconus cantata Epistola redit ad celebrãtem, osculatur eius manum, & ab eo benedicitur: interim thuriferarius reposito Epistolario, locum vbi Euangelium cantandum est, si non sit præparatus, præparat, & deinde comitatur subdiaconum: qui subdiaconus osculata manu celebrantis, præcedente ipso thuriferario, facta prius debita reuerentia, ad sacristiam vel credentiam vadit, vbi accipit Calicem cum Patena, Hostia, Palla, & velo ab humero pẽdente coopertum, & defert eum ad Altare, præcedente thuriferario, ampullas cum vino & aqua in bacino, panno aliquo honeste coopertas, deferente: & facta simul ante infimum gradum Altaris debita reuerentia, subdiaconus accedit ad dextram diaconi, vbi discooperit Calicem, tergitque purificatorio: diaconus accipit ampullam vini de manu subdiaconi, & ad oculos celebrantis, vinum infundit in Calicem, & deinde ad sinistram celebrantis vadit: sub-

subdiaconus autem ostendens ampullam aquæ celebranti, parum inclinans dicit, Benedicite Pater. qui facit versus eam signum crucis dicens, In nomine Patris. &c. & subdiaconus infundit parum aquæ in Calicem, & in medio Altaris collocat, desuper imponens Patenam cum Hostia, & Palla, veloque desuper cooperit. Si Prosa dicenda sit, his peractis possunt sedere dum Prosa cantatur, & ad finem eius ad Altare redire, & antequam recedant, & dum redeunt, debitam faciant Altari reuerentiam. Thuriferarius thuribulum & nauiculam ad tempus accipiat: accolythique similiter cereos accendant.

¶ Diaconus ante finem Allel. vel Tractus vel Prosæ, accipit nauiculam incensi, & thuriferario ministrante thuribulo accedit ad celebrantem, petitque benedictionem incensi vt supra, & statim dans nauiculam thuriferario, accipit librum Euangelij de Altari, ac genuflexus ante celebrantem, petit ab eo benedictionem, dicens, Iube domne benedicere. celebrans benedicens eum, dicit, Dominus sit in corde, &c. & post benedictionem osculatur manū celebrantis, surgit & præcedēte thuriferario, accolythis cum cereis, & subdiacono, procedit ad partem Euangel. contra Altare versus populum, vbi subdiacono stante retro librum, accolythis ad vtrumque latus libri & thuriferario ad dextram eius cum thuribulo, incipit iunctis manibus, Dominus vobiscum. Cum dicit, Sequētia vel Initium sancti, &c. pollice signat librum, frontem, os, & pectus: postea ter incensat librum, hoc est in medio, à dextris, & à sinistris: & prosequitur iunctis manibus Euang. Interim celebrans stat ad cornu Epistolæ versus diaconum iunctis manibus: subdiaconus similiter stat retro librum iunctis manibus: & cum dicit, Initium, vel Sequentia sacerdos & ceteri ministri, ac omnes Fratres signent se signo Crucis: quod & iterum faciant in fine Euangelij: & omnes stent versis vultibus ad diaconum, similiter subdiaconus, & accolythi.

¶ Finito Euangelio, subdiaconus defert Missale ad sacerdotem, & ipse sacerdos osculatur principium Euangelij, dicendo, Per Euangelica &c. à diacono incensatur ter. Sed si coram Prælato in sua residentia celebratur, liber defertur ad Prælatum vt supra, & ille incensatur & non sacerdos.

¶ Si sit concionandum, concionator finito Euāgelio prædicet: & si consuetudo sit concionatorē petere benedictionem à sacerdote, eo genuflexo in vltimo gradu Altaris, sacerdos cōuersus ad eum dicentem, Iube domne benedicere, dicet, Dominus sit in corde tuo, &c. sed si sit Prælatus in sua residentia, ab eo, & non à sacerdote petenda est benedictio.

¶ Concione expleta, vel si prædicandū non sit, dicto Euāgelio, incensatoq; sacerdote, stans in medio Altaris incipit (si dicendum sit,) Credo, stantibus post eū diacono & subdiacono: & cum dicit, In vnum, diacono, ad dextram, & subdiacono ad sinistram accedentibus, omnes simul inclinant, cum dicit, *Deum*, & cum eo alternatim prosequantur, Patrem, &c.

¶ Postquam sacerdos dixerit cū ministris, Credo, potest si vult ire ad sedendum cum ministris, dum in choro cantatur; & quando in choro dicitur, Et incarnatus est, vsq; ad Et homo factus est, inclusiue, omnes genuflectunt. Ad finem Symboli, redeant omnes ad Altare, facta debita reuerentia quando discedere volunt, & quando redeunt.

¶ Dicto Symbolo, vel si non sit dicendum, incensato sacerdote post Euāgelium, sacerdos dicit, Dominus vobiscum, diacono, & subdiacono stantibus retro se: quo dicto, ipsis accedentibus ad Altare, dum à sacerdote dicitur, Oremus, omnes simul inclinant, diaconus ad dextram, subdiaconus ad sinistram, & omnes simul dicunt Offertorium quo dicto diaconus tollit velum desuper Calicem, & Patenam, sacerdos facit Offertorium, diacono sustentante brachium dextrum, ambo simul dicunt, Suscipe sancta Trinitas. &c.

postea posito à sacerdote Calice super Altare, hostiaque ad pedem Calicis collocata, diaconus Palla Calicem cooperit.

¶ Dicto Benedictio Dei omnipotentis &c. celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante diacono nauiculam, vt supra: deinde accepto thuribulo per manum diaconi, incensat oblata, ter ducens thuribulum super Calicem & Hostiam simul in modum Crucis, diacono tenente manum ad pedem Calicis: deinde ter circum Calicem & hostiam, scilicet bis à dextra ad sinistram, & semel à sinistra ad dextram: ✗ deinde incensat Altare, vt supra in principio Missæ. Dum incensat sacerdos crucem, diaconus amouet Calicem ad partem Episto. & incensata cruce reponit in suo loco: deinde sacerdos incensatur à diacono: & postea dat thuribulum thuriferario, qui incēsat diaconum & subdiaconum, postea chorum dextrum, deinde sinistrum, deinde accolythos, & vltimo populum, sed si Præsidens in choro sit in choro sinistro, ille primo incensetur, deinde chorus dexter.

¶ Sacerdote à diacono incensato, subdiaconus accipiens ampullam aquæ super manus eius fundit, accolythis ministrantibus manutergium mundum: quo facto omnes retro sacerdotem se ordinant vsque ad finem Præfationis: sed cū dicit celebrans Gratias agamus Domino Deo nostro, omnes inclinent caput. Paulo antequam dicatur Sanctus, accedit diaconus ad dextram, & subdiaconus ad sinistram celebrantis, & cum celebrante parum inclinati dicunt, Sanctus & ad Benedictus signant seipsos. Deinde diaconus dat Patenam subdiacono, quam in manu dextra tenet, & extremitate veli ab eius humero pendentis cooperit, ceroferarij vero cum cereis vel intortitijs accensis // sint vnus ex vna parte, & alter ex altera genuflexi.

¶ Deinde diaconus accedit ad sinistram celebrantis, & ei assistit dum dicitur Canon: sed si alius sacerdos assistat celebranti, diaconus ordinet se post celebrantem: subdiaconus vero accepta Patena, statim vadit ad locum suum post celebrantem.

¶ Quando sacerdos ante consecrationem dicit, Vt nobis cor✠pus & san✠guis, subdiaconus accedēs ad dextram celebrantis in superiori gradu, & diaconus ad sinistram in eodem gradu, sacerdote dicente, Pridie quam pateretur &c. omnes simul inclinent, & statim diaconus & subdiaconus genuflectant in eodem gradu, & cum celebrans eleuat Sacramentum, fimbrias Planetæ eleuant, idemque faciunt ad Calicem: thuriferarius vero genuflexus ad dextram celebrantis in superiori gradu, incensat Sacramentum & Calicem dum eleuantur à celebrante, ter ducens thuribulum singulis: & semel singulis genuflexionibus ante & post eleuationem à celebrante factis. Diaconus in fine eleuationis Sacramenti surgens, & Calicem discooperiens, statim simul cum celebrāte genuflectit, quod & in fine eleuationis Calicis cooperiens ipsum, similiter facit: & deinde ad librum redit, subdiaconus vero ~~[illegible]~~ ⊞

¶ Quando dicendi sint Psalmus Deus misereatur &c. & Lætatus sum vide in fine Canonis. 216.

¶ Dum sacerdos dicit, Bene✠dicis, & præstas nobis diaconus discooperit Calicem, & simul cum celebrante genuflectit, & ~~stat, donec à celebrante dicitur, [illegible]~~

¶ Dicto à celebrante, Omnis honor & gloria ~~[illegible]~~ ⊕

¶ Cum in Oratione Dominicali dicitur, Et dimitte nobis debita nostra, diaconus vadit ad dextrā celebrantis, facitque Sacramento genuflexionem: & circa finem Orationis Dominicæ, subdiaconus accedēs ad diaconum, porrigit ei Patenam, qua data ~~[illegible]~~ ✠ diaconus acceptam Patenā à subdia-



✗ dum autem has cruces, et circulos facit, sequentia in qualibet [illegible] hoc modo [illegible]: in prima cruce dicet Incensum istud 2.a A te benedictum: in 3.a Ascendat ad te Domine in 1.o circulo Et descendat super nos: in 2.o et 3.o misericordia tua: [illegible]

//, et non cum Sancto [illegible]

⊞ thuriferarius, accolythi simul surgunt et subdiaconus facta genuflexione ad locum post celebrantem erectus stat; thuriferarius etiam ad infimum gradum post subdiaconum et simul cum accolythis [illegible] thuribulum, et nauiculam deponit; accolythi intortitia [illegible] deinde omnes simul surgunt, et in suis genuflectunt usque ad omnia secula:

✗, et velo dimisso, genuflexioneque facta ad suum locum post celebrantem redit:

⊕ diaconus cooperto Calice, et simul cum celebrante genuflexione facta ad locum suum vadit: thuriferarius vero, et accolythi simul cum illis à genuflexione surgunt, ac in suis Locis erecti stant.

subdiacono eam discooperit, & purificatorio abstergens, dat celebranti, illius manum osculando.

¶ Dicto à celebrante, Et ab omni perturbatione securi, diaconus discooperit Calicem: & simul cum celebrante ipse & subdiaconus genuflectunt, & surgunt [illegible] pectus percutiendo, nisi in Missis Defunctorum.

¶ Dicto Agnus Dei diaconus, & subdiaconus genuflectunt cum sacerdos dicit, Secundum voluntatem tuam de Oratione, Domine Iesu Christe qui dixisti discipulis tuis, osculatur Pallam, & labium Calicis prosequendo Orationem: quo facto statim diaconus [illegible] à celebrante complexus dextra manu, capite tangente humerum sinistrum ipsius diaconi, ac dicente, Habete vinculum pacis, &c. [illegible] accipit pacem, parum inclinando se adinuicem: deinde diaconus [illegible] genuflexionem Sacramento, [illegible] post celebrantem veniens, eodem modo pacem dat subdiacono, dicens, Pax tecum, & vadit deinde ad sinistram celebrantis, & ibi genuflexus manet, donec celebrans se communicauerit.

¶ Subdiaconus accepta pace à diacono, comitatus thuriferario, facta prius simul Sacramento genuflexione, vadit in chorum, & eodem modo dat pacem Generali, Vicario Generali, & Prouinciali, deinde primo in dextro choro: & postea primo in sinistro, primus cuiusque chori accepta pace dat eodem modo pacem sequenti, & ille alij, & sic de singulis: si Generalis, Vicarius Generalis, vel Prouincialis non sint in choro, subdiaconus det pacem primo Præsidenti in choro, deinde primo alterius chori. Data pace in choro, subdiaconus reuertitur ad Altare, dat pacem thuriferario, qui ipsum comitauerat, & ille [illegible] deinde subdiaconus genuflectit ad dexteram celebrantis.

¶ Si pax danda sit per imaginem, sicut fieri debet. Dum sacerdos dicit Orationem, Domine Iesu Christe qui dixisti, &c. diaconus accipiat imaginem, velum pendentem ab ansa habentem, & osculato labio Calicis à celebrante, ei porrigit imaginem ad osculandum, quam sacerdos osculatur dicens, Habete vinculum, &c. deinde diaconus osculatur imaginem, & eodem modo dat eam subdiacono ad osculandum, dicens, Pax tecum; subdiaconus accipit imaginem à diacono, & dat cum ea pacem thuriferario, & deinde imaginem ei tradit: thuriferarius accepta pace vadit in chorum, & primo dat pacem Generali, Vicario Generali, vel Prouinciali: deinde incipiens in dextro choro omnibus illius chori, postea in sinistro choro: vltimo alijs accolythis. Si Generalis, vel Vicarius Generalis, aut Prouincialis non sint in choro, primo det pacem Præsidenti in choro, deinde in dextro choro, postea sinistro.

¶ Postquam celebrans communicatus est, [illegible] subdiaconus [illegible] accepta ampulla vini, [illegible] infundit in Calicem vinum tantum, deinde vinum & aquam: & diaconus defert Missale ad cornu Epistolæ: & subdiaconus in cornu Euangelij Calicem mundat, aptat cum purificatorio, Palla, & velo, plicat Corporale, reponit in Bursam, & illam super Calicem ponit, quem in sacristiam vel credentiam portat, præcedente thuriferario ampullas deferente, postea ad Altare redit.

¶ Celebrans post purificationem vna cũ diacono ad dextram, & subdiacono ad sinistram dicit Communionem: qua dicta diaconus & subdiaconus ordinant se post celebrantem: & dicto à celebrante vltimo, Dominus vobiscum, diaconus vertit se, motum ducens à cornu Epistolæ: & iunctis manibus versus populum, dicit, Ite Missa est, & eadem via vertit se statim ad Altare. Sed si in Missa non dicitur, Ite Missa est, sed Benedicamus Domino, vel Requiescant in pace, illud dicat diaconus stans versus Altare.

¶ In Missis ferialibus Quadragesimæ, dicto per celebrantem tertio, Oremus. diaconus vertit se ad populum vt supra, & iunctis manibus dicit, Humiliate capita vestra Deo: quo dicto vertit se versus Altare à tergo celebrantis, & celebrans dicit Orationem super populum.

¶ Dicto, Ite Missa est. vel Benedicamus Domino, diaconus ad dextram, & subdiaconus ad sinistram celebrantis accedentes, in superiori gradu ante altare sistunt se, & dum à celebrante datur benedictio vnus versus alterum se inclinant. Si fuerit Generalis celebrans, faciat tres cruces dando benedictionem, primam ad cornu Epistolæ, secundam in medio, tertiã ad cornu Euangelij, dicẽs, Pa✠tris. & Fi✠lij. & Spiritus ✠sancti descendat super vos. &c. sed si in Altari habet faciem versus populum, non vertit se, sed stans vt erat, benedicit populum, primam crucem faciens versus cornu Euangelij, secundam in medio, tertiam versus cornu Epistolæ.

¶ Data benedictione celebrans, ad gradum, vbi sunt diaconus & subdiaconus, descendit, & in eodem gradu omnes simul genuflectunt, & dicunt Antiph. Salue regina: accolythi dicunt ℣. & celebrans Orationem: qua dicta omnes surgunt, & celebrans ad partem Euangelij dicit Euangelium: & si necesse fuerit ipsum in Missali legere, thuriferarius ad tempus deferat ad cornu Euangelij.

¶ Tempore Paschali, data benedictione, diaconus & subdiaconus ascendunt ad Altare, & ibi stantes dicunt Antiphonam, Regina cæli: & accolythi stantes dicunt ℣. & celebrans Orationem.

¶ Finito Euangelio, facta debita reuerentia Altari, præcedentibus accolythis cum cereis [illegible] accensis, deinde thuriferario cum Missali, ordine quo venerant, ad sacristiam redeunt: & diaconus, subdiaconus, thuriferarius, & accolythi inclinant, dum sacerdos intrat in sacristiam, donec ab ipso benedictionem accipiant.

## De Missa Conuentuali, seu sollemni sine diacono, & subdiacono, Rub. ij.

ANte Missam Accolythus induit se alba, vel superpellicio, seu cappa alba, & adiuuat celebrantem, dum se induit. Si duo sint accolythi qui Missæ seruire debeant, albis vel superpellicijs se induant. Si cerei aut [illegible] vel incensum portanda sint ad Missam, thuriferarius & accolythi suum exerceant munus, sicut in superiori Rubrica signatum est. Accolythus ergo cereos in Altari accendit, Missale apertum vbi est Introitus, in Altari collocat, ampullas cum vino & aqua prouidet in Altari, & sacrista vel alius in sacris constitutus Calicem cum hostia, Palla, velo, & Bursa habente Corporale, in medio Altaris ponit.

¶ Si aspergenda sit aqua ante Missam, & celebrãs sit indutus Pluuiali, thuriferarius, aut accolythus leuat fimbrias, Pluuialis ex dextera parte, dum celebrans aspergit aquam: & si sint duo accolythi, vnus eorum aspergat sæculares per Ecclesiam, & alter cum celebrante ante Altare sit: sed si vnus sit tantum accolythus, sacrista vel alius ab eo ordinatus aspergat sæculares, ne celebrans solus remaneat.

¶ Quando igitur in choro dicitur Gloria Patri, de Introitu, vel si Gloria Patri, non dicitur, dum cantatur Psalmus, sacerdos iunctis ante pectus manibus, procedit ad Altare, dicens secreto Psalmum, Iudica me Deus, præcedente accolytho vel accolythis, aut thuriferario & accolythis. Ante infimum gradum Altaris, facta debita reuerentia, confessionem facit: & si sint duo accolythi, vnus ad dextram, & alter ad sinistram stantes, cum ipso celebrante inclinantes & surgentes, respondent illi, dum confessionem dicit. Sed si vnus tantum accolythus sit, retro celebrantem ad sinistram genuflexus sit.

¶ Facta cõfessione, ascẽdit ad Altare, & eo osculato vadit ad

ad Missale, ac ipse solus dicit Introitum, & alia, quæ simul cum Diacono, & Subdiacono dicenda erãt: sed Kyrie eleison, dicet respondente accolytho.

¶ Si incensandum sit, thuriferarius in dextra habens thuribulum, & in sinistra nauiculam, dicet celebranti, Benedicite Pater, vel alius accolythus habeat nauiculã, & dicat, Benedicite Pater: incenso in thuribulo posito, thuriferarius det thuribulum sacerdoti, manum eius osculando, & dum incensatur à sacerdote, leuat librum desuper tabulam Altaris: & dum sacerdos reddit thuribulum ei, osculatur eius manum, & deinde ter ipsum solum incensat.

¶ Dum in choro cantatur Kyrie eleison. Et in terra pax. &c. Prosa, & Patrem omnipotentem, &c. Potest sacerdos sedere, vt in superiori Rubrica dictum est.

¶ Si dicendum sit, Flectamus genua, ipse celebrans genu flectens, dicet: & accolythus. ℞. Leuate, vel cantaturus Epistolam, vel Lectionem. ℞.

¶ Epistolam aliquis lector superpelliceo amictus, vel accolythus cantet: sed in fine non osculatur manum celebrãtis.

¶ Dicto Alleluia, Tractu, vel Prosa, accolythus Missale defert ad cornu Euangelij, & celebrans extrahit Corporale de Bursa, ac in medio explicat, & Calicem præparat cum vino, & aqua, ministrante ampullas accolytho.

¶ Euangelium ipse celebrans cantat ad Altare, etiam si cerei, & thuribulum portandum sit: & post Euangelium non incensatur: & ante Euangelium ipse benedicet incensum, vt in principio Missæ, si incensandum est, antequam dicat, Iube domne benedicere, Dominus sit in corde, &c.

¶ Post Offertorium, si incensandũ sit, incenset, vt in principio Missæ, & postea ipse incensatur, deinde Fratres in choro incensantur.

¶ Post communionem ipse celebrans Calicem tergit, & componit: & si dicendum sit, Humiliate capita vestra, &c. ipse stans versus librum dicit: similiter ipse versus populum dicit, Ite Missa est, ipse quoque dicit versus Altare, Benedicamus Domino, & Requiescant in pace: in fine Missæ Calicem ipse in sacristiam defert. Cetera omnia fiant, vt in superiori Rubrica dictum est.

## De his, quæ in Missis sollemnibus pro Defunctis omittuntur, Rub. iij.

IN Missis sollemnibus pro Defunctis [redacted] non incensatur Altare ad Introitum: Subdiaconus dicta Epistola non osculatur manũ celebrantis: non benedicitur Diaconus, nec petit benedictionem, nec osculatur manum celebrantis: non tenentur luminaria ad Euangelium, sed duo accolythi sine luminaribus tenent medium subdiaconum stantem retro librum, non incensatur liber, nec in fine celebrans, nec defertur liber osculandus: oblata tamen, & Altare incensantur, vt supra, & solus celebrans incensatur, & non alij: subdiaconus non tenet Patenam post celebrantem: in eleuatione, Sacramentum incensatur, vt supra dictum est. ✱

## De his, quæ clara voce à celebrante in Missa sollemni dicenda sunt, Rub. iiij.

IN Missa sollemni à celebrante clara voce dicũtur, quando intonantur, Gloria in excelsis Deo, & Credo in vnum Deum. Item Dominus vobiscum, Oremus, & Oratio. Item si dicenda sit alia Oratio, dicitur, Oremus, & aliæ Orationes si plures dicendæ sint. Item Dominus vobiscum, Oremus ante Offertorium. Item Præfatio, Pater noster, Per omnia sæcula sæculorum, Pax Domini sit semper vobiscum, Dominus vobiscum, Oremus, & Postcommunio, vel Postcommunio, sicut Oratio, vel Orationes in principio Missæ. Item Oratio de Salue Regina, vel de Regina Cæli. Item si celebrat sine diacono, omnia illa, quæ à solo diacono dicenda erant. Alia omnia à celebrante dicuntur secreto in Missa sollemni.

## De hora celebrandi Missam, Rub. v.

MIssa priuata saltem post Matutinum quacunq; hora ab aurora, vsque ad meridiem dici potest. Missa autem Conuentualis, & sollẽnis, sequenti ordine dici debet. In Dominicis per totum annum, & à Pascha Resurrectionis vsque ad festum Exaltationis sanctæ Crucis exclusiue (exceptis diebus ieiuniorum) post Tertiam cantetur. A festo Exaltationis sanctæ Crucis vsque ad Sabbatũ post Cineres exclusiue, & in diebus ieiuniorum, tam Ecclesiæ, quã Ordinis à Pascha vsque ad Exaltationem sanctę Crucis occurrentibus, post Sextam: excipitur Vigilia Pentecostes, in qua post Nonam cãtatur. A Sabbato post Cineres vsq. ad Pascha (exceptis Dominicis) post Nonam dici debet. Quando occurrit quod in vno die cantandæ sint duæ Missæ, prima post Primam cantari debet, & Maior hora competenti, vt supra dictum est. Si in vno die cãtandæ sint tres Missæ, prima cantetur post Primam, secũda post Tertiam, tertia vero post Sextam, vel Nonã: sed si prima Missa illarum trium cãtanda sit pro Defunctis, finitis Matutinis, & Laudibus, ante Primã dici potest, maxime si præcessit Officium Defunctorum. In vigilijs, Quattuor Tẽporibus, & in Ferijs Quadragesimæ, ac in Litanijs, tam maioribus (qñ extra Dominica veniunt) quam minoribus, vltima Missa sit de tali Vigilia, aut Feria: alijs autẽ diebus vltima Missa sit de eo, de quo fit officiũ, nisi aliqua iusta causa aliter fieri vrgeat. In die Natiu. Dñi prima Missa dicitur post Matutinas, & ante Laudes: secunda post Primam: tertia post Sextam: sed si Dñica fuerit, tertia Missa post Tertiam cãtetur.

Horæ non quadrant, vt supra.

## De ordine sedendi, standi, inclinandi, & genuflectendi in Missa Conuentuali, & sollemni, Rub. vj.

IN Missa sollemni celebrans medius inter diaconum, & Subdiaconũ sedere potest à cornu Epistolæ iuxta Altare, cum cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis, Prosa, & Credo. Alio tempore stat ad Altare: sed inclinat, ac genuflectit quando oportet, vt supra. Item genuflectit quando in choro dicitur, Et incarnatus est. &c. vsque ad Et homo factus est, inclusiue. Item quando legitur Euangelium In principio, ad illa verba, Et Verbum caro factum est, & Euangelium Cum natus esset Iesus, ad illa verba, Et procidentes adorauerunt eum. Item in Euangelio Ferię quartę post Dominicam quartam Quadragesimæ ad illa verba in fine, Et procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat illa verba, aut celebrans, ipse versus librum genuflectit, similiter subdiaconus stans retro post librum: celebrans, & circunstantes versus Altare genuflectunt: accolythi autem tenentes candelabra non genuflectunt. Item genuflectit in Dominica Palmarũ, & in Missis de Cruce ad illa verba in Epistola, In noĩe Iesu oẽ genuflectatur, & ad Passionem quando dicitur, Emisit spiritum, vel Tradidit spiritum, vel Expirauit. Item genuflectit sacerdos celebrans sine diacono, & subdiacono, ac in Missis priuatis, cum dicit, Flectamus genua, non autem quando sollemniter celebrat cũ diacono, & subdiacono: quia tunc diaconus, subdiaconus, accolythi, & chorus genuflectunt, non autẽ sacerdos. Item celebrans, & ministri genuflectunt, cum dicitur in Quadragesima, Adiuua nos Deus salutaris noster. Item cum dicitur in Missa de Spiritu sancto. Veni sancte Spiritus, reple, &c. & quandocunque fiunt genuflexiones, vt supra.

✱ Plura huc spec[tantia] et maxime necessaria hæc in nouo Cærem. lib. 2. Rubr. XI. [de] solemnibus defunct. videantur ibi.

¶ Chorus genuflectit ante eleuationẽ Sacramenti vsq. ad Per omnia sæcula, de Oratione Dominica. Item qñ dicit, Et incarnatus est, vsq. ad Et homo factus est, inclusiue. Itẽ quoties dicit in Introitu Missæ B. Mariæ, Salue sancta Parens. In Missis autẽ ferialibus (non votiuis) Aduẽtus, Quadragesi-

dragesimæ, Quattuor Temporũ, & Vigiliarum, qñ ad Officium fiunt, vel faciendæ essent genuflexiones si Officium erat de tali Feria, vel Vigilia, genuflectit ad Orationẽ principalem, & ad suam Postcommunionem, etiam si Missa sit de eo de quo non fit Officium: vt exempli gratia in Vigilia S. Thomæ, quæ occurrit in Aduentu, ad Missam de Vigilia genuflectet ad Orationem principalem, & ad Postcommunionem, quamuis hæc Missa non sit de Feria de qua tunc non fit officium. Item genuflectit in eisdem Missis ferialibus ad Orationem Ecclesiæ tuæ & ad suam Postcommunionem. Item ante eleuationem Sacramenti vsque ad Agnus Dei exclusiue. In Missis Defunctorum, [illegible], genuflectit ad Orationem principalem, & ad suam Postcommunionẽ, & ante eleuationem Sacramenti vsque ad Agnus Dei exclusiue, sicut in Missis ferialibus dictum est. In alijs autem Missis Defunctorum, non genuflectit, nisi ad eleuationem, vt supra dictum est. Item genuflectit semper ad ea, ad quæ Sacerdos, vel Diaconus, & Subdiaconus genuflectit, quæ superius dicta sunt. In Missis autem priuatis omnes circunstantes semper genuflectunt, præterquam ad Euangelium.

¶ Chorus adinuicem inclinat cum in Introitu Missæ dicitur, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Item ad Orationem principalem cum sua Postcommunione, & ad Orationem Ecclesiæ tuæ, & ad suam Postcommunionẽ quando non genuflectit. Item cũ in Gloria in excelsis dicitur Iesu Christe, Suscipe deprecationem nostram, & iterum Iesu Christe. Itẽ cum in Symbolo dicitur Iesum Christum. Item dum à sacerdote datur benedictio in fine Missæ. Item inclinat versus Altare quoties nominatur in choro, vel in altari cantãdo nomen Iesu Christi vel Mariæ: Ad nomen Christi, tantum vel Virginis, aut Genitricis, non inclinatur. Cum vero nominatur in Orationibus nomen Sancti, de quo fit Officium, vel de quo fit commemoratio, vel de Domino Papa, parum inclinare debet.

¶ Chorus sedet dum cantatur Epistola, & Prophetia. Item dum a duobus cantatur versus Alleluia. Item dum similiter Versus aliquis, vel aliqui Tractus à duobus cantantur. Item post Offertorium vsque quo à sacerdote dicitur, Orate fratres. Ad omnia alia chorus stat erectus.

¶ Chorus adinuicem versis vultibus stat (nisi librum aspicere oportet) dum dicitur Introitus, Kyrie eleison, Et in terra pax. &c. vsque ad finem de Gloria in excelsis, Ad Alleluia, Versum, & Tractum quando choro stante dicitur: ad Prosam, ad Patrem omnipotentem. &c. vsque ad finem Symboli: ad Offertorium, ad Sanctus, Agnus Dei, ad Communionem.

## De Generali Fratrum Communione, Rub. vij.

IN Feria quinta in Cœna Domini, omnes Fratres communicari debent de manu Pręlati in Missa Cõuentuali. Alijs vero communionibus generalibus, quę sunt in Dominica prima Aduentus, in Natiuitate Domini, in Purificatione beatæ Marię, in Dominica prima Quadragesimæ, in Annunciatione beatæ Mariæ, in Pascha Resurrectionis, in Pentecoste, in die Corporis Christi, in Assumptione beatę Marię, in Natiuitate eiusdem, & in festo omnium Sanctorum, solum communicari debent illi, qui nondũ celebrant: sed isti in Missa etiam Conuentuali communicari debent. In alijs autem communionibus, etiã si omnes nondũ celebrantes communicentur, in Missis priuatis debent cõmunicari, nisi deuotio populi, laudabilis cõsuetudo, aut alia iusta causa requisierit, vt in Missa Cõuentuali cõmunicẽtur.

¶ Communio generalis sic fieri debet. Cum Sacerdos cõmunicatus fuerit, antequam purificationem vini accipiat, vertit se ad Conuentum: Diaconus à dextris, & Subdiaconus à sinistris eius genuflectunt, & post eos accolythi, & ceteri Fratres in choro genuflectunt, ac omnes simul, & sacerdotes, qui non sunt communicandi, dicunt voce intelligibili, Confiteor Deo. &c. Quo dicto sacerdos dicit eadem voce, Misereatur vestri. &c. & Indulgentiam. &c. Deinde signando eos signo crucis, dicit, In nõie Patris, & Fi✠lij, & Spiritus sancti ℟. Amen. Statim duo accolythi, vnus ex parte Diaconi, alius ex parte Subdiaconi extendant linteum mundissimũ, qui mentis Diaconi, & Subdiaconi submittatur. Sacerdos conuersus ad Cõuentum, ostendẽsque corpus Domini, dicit, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Conuentus percutiendo pectus dicit ter, Domine non sum dignus &c. Deinde Sacerdos dicere poterit, In manus tuas Domine commendo spiritum meum redemisti me Domine Deus veritatis. quod & singuli secreto dicent cum eo: quo dicto sacerdos cõmunicet Diaconum, & Subdiaconum, faciens signum crucis cum Sacramento ad singulos, dicens, Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternã, Amen. Diaconus, & Subdiaconus communicati, teneant velum dum accolythi, & thuriferarius communicantur: qui postquam sint cõmunicati, accipiant iterum velum, & vsque ad finem illud teneant. Tunc Diaconus, & Subdiaconus surgunt, & accipientes singuli singula vasa vitrea, vel ærea, aut argentea cum vino iam primo à sacrista præparata, ad pedes eorum mappæ mundæ aptatæ ad tergendum os post ablutionem: de eis primo ipsi sumant: deinde vnus ex vna parte, alius ex alia communicatis ad abluendum os diligenter, ne aliqua particula Hostiæ remaneat in ore, ministrent omnibus, & vltimo accolythis tenentibus velum. Cõuentus autẽ communicatur, bini & bini venientes, incipientes à senioribus: & dum primi communicant, immediate sequentes sint parati ante gradum inferiorem. Si aliquem in fine imparem venire cõtigerit, hic de inferioribus sociũ accipiat, qui eum in eundo, & redeundo associet. tres ultimi simul accedere debent. Sacerdos, dum cõmunicat, accipiat dextra manu Hostiam, & Patenam cum sinistra supponendo eam Hostię: & dum communicat vnũ, teneat inter pollicem, & indicem sinistræ manus aliam Hostiam, vel duas Hostias pro alio, vel alijs, qui simul sunt communicandi, vt sine reditu ad Altare eos communicet. Vel poterit omnes Hostias consecratas simul imponere cuppę Calicis, vel alio vasi consecrato, & sic sine reditu, aut conuersione, ministrare communicandis. Sed nullo modo omnes Hostias ponat super Patenam propter periculum venti, vel respirationis communicandorum.

¶ Si feria quinta in Cęna Domini Missa sine Diacono, & Subdiacono celebratur, primo communicandi sunt antiquiores Patres: & illi communicati accipiant vasa, & primo seipsos purificent, deinde alios omnes: velum teneant accolythi: & penultimi duo communicati accipiãt velum, dum ipsi accolythi communicantur. Si non sint duo accolythi, duo de inferioribus velum teneant, & illi sint vltimi communicandi. In alijs autem communionibus, sacrista, & alius ministrabunt vasa ad purificãdos communicatos: & dum communicantur, Chorus cantare poterit hymnum, ℣. & Orationem corporis Christi: sed in feria quinta in Cęna Dñi in silentio communio fiat.

## DE COLORIBVS, ET QVALITATE paramentorum.

PAramenta Altaris, celebrantis, & ministrorum sint coloris conuenientis Officio, & Missæ diei secundum vsum Ecclesiæ: quæ quinque coloribus vti consueuit, albo, rubeo, viridi, violaceo, & nigro.

¶ Albo colore vtitur à Vesperis Vigiliæ Natiuitatis Dñi, vsque ad Octauam Epiphaniæ inclusiue, exceptis festis, Circuncisionis Domini, & Martyrum, quæ infra eam veniunt. Item in Dominica Palmarũ ad benedictionẽ oliuarum,

rum, & ad processionem. Item feria quinta in Cœna Domini ad Missam. Item in Sabbato sancto ad benedictionẽ ignis incensi, cerei Paschalis, & fontium, & in officio Missæ, & ab illo die vsque ad Sabbatum Pentecostes exclusiue, in officio de Tempore, præterquam in tribus diebus Rogationum, ac in Missa Litaniarum, quæ dicitur in die sancti Marci. Item in festo sanctissimæ Trinitatis, ~~& per octauam~~, & in Missis eius votiuis. Item in festo Corporis Christi, & per octauam, & in eius Missis votiuis. Item in festis B. Virginis Mariæ, & per eius octa. & in eius Missis votiuis. Item in principali festo sancti Ioannis Euangelistæ, quod celebratur infra octauam Natiuitatis Domini, & in eius octaua. Item in vtraque Cathedra sancti Petri. Item in Conuersione S. Pauli. Item in festis angelorũ, & in eorum Missis votiuis. Item in festo S. Elisei, & per eius octauam. Item in festo S. Ioannis Baptistæ, & per eius octauã. Item in festo S. Petri ad vincula. Item in festo Transfigurationis. Item in festo S. Alberti, & per eius octauam. Item in festo omnium Sanctorum, & per eius octauam. Item in festis Confessorum Pontificum, & non Pontificum, & Doctorum. Item in festis ~~Virginum, & martyrum, &~~ virginũ tantum, ac Matronarum. Item in Dedicatione, & consecratione Ecclesiæ, aut Altaris, ac in eius anniuersario, ac per eorum octauas. Item in consecratione Pontificis, & in creatione, & coronatione Summi Pontificis. Item in Missis votiuis Sanctorum, in quorum sollemnitatibus albis vtitur indumentis: *et in Missa pro Sponso et Sponsa.*

¶ Rubeo colore vtitur in festo Circuncisionis Domini. Itẽ à Vigilia Pentecostes in Missa vsq. ad Sabbatum sequens inclusiue. Item in festis S. Crucis. Item in festo S. Ioannis ante portam Latinam. Item in festo Apostolorum Petri, & Pauli, ac per eorum octauarum. Item in festo S. Eliæ, ac per eius octauam. Item in festis Apostolorum, & in festis Euãgelistarum, exceptis festo principali S. Ioannis Euangelistæ post Natiuitatem, & festo Conuersionis S. Pauli, & festo vtriusq; Cathedræ S. Petri, & eius Vinculorũ. Item in festis SS. Martyrum † excepto festo SS. Innocent. quando non venerit in Dominica: si autem in Dominica venerit, vtitur rubeo, similiter in eius die octauo quocumque die venerit. Item in Missis votiuis prædictorum festorum *

¶ Viridi colore vtitur ab octaua Epiphaniæ vsque ad Septuagesimam, & ab octaua Corporis Christi vsq; ad Aduentum exclusiue, ad Missam de Tempore, etiam si Officium de Tempore non fiat, viridi vtitur: exceptis Vigilijs, & Quattuor Temporibus, vt infra. Vtitur etiam viridi in Dominica prima post Trinitatem, quæ est infra octauam Corporis Christi, ad Missam de Dominica tantum, non ad Missam de Dominica infra octauam.

¶ Violaceo colore vtitur à prima Dominica Aduẽtus vsq; ad Missam Vigiliæ Natiuitatis Domini inclusiue: & à Septuagesima vsq; ad feriam quintã in Cœna Domini exclusiue, excepta benedictione, & processione Palmarum, & in Sabbato sancto ad officium ante Missam, exceptis benedictionibus ignis, incensi, cerei Paschalis, & fontium. Item in Officio Vigiliæ Pentecostes ante Missam. Item in tribus/ *diebus* Rogationum, & in die S. Marci ad Missam de Litanijs. Itẽ in Vigilijs, quæ ieiunantur, & Quattuor Temporibus: exceptis Vigilia, & Quattuor Temporibus Pentecostes. Item in festo SS. Innocent. quando non venerit in Dominica. Δ Item in Processionibus tribulationum: non autem in Processionibus sollemnibus alicuius sancti, vel Corporis Christi, aut alterius festiuitatis, quia tunc vti debemus paramẽtis coloris conuenientis tali festiuitati.

¶ Nigro colore vtitur Feria sexta in Parasceue, & in Missis Defunctorum. Sed propter indigentiam paramentorum, loco, coloris nigri, vti possumus colore violaceo, & è contra.

IN Officio Missæ celebrãs semper vtitur Planeta super Albam, & Stolã cũ Manipulo. Pluuiali vtitur in Processionibus, & benedictionibus, quæ fiunt in Altari. Itẽ in Officio Laudum, & Vesperarum, quando sollemniter dicuntur. Eodem vtitur assistens celebranti in Missa, quæ noua, vel prima dicitur. Item quando celebrãs post Missam Defunctorum facit in fine absolutionẽ, vel processionem. Cũ sacerdos vtitur Pluuiali, semper deponit Manipulũ, & vbi Pluuiale haberi non potest, in benedictionibus, quæ fiunt in Altari, celebrans stat sine Planeta cum Alba, & Stola.

¶ Dalmatica, & Tunicella vtuntur Diaconus, & Subdiaconus in Missa sollemni, & processionibus, & benedictionibus, quandocunq; sacerdoti ministrant. In diebus vero Ieiuniorum ex præcepto Ecclesiæ (præterquã in Vigilijs Sanctorum,) & in Dominicis, & Ferijs Aduentus, & Quadragesimæ, ac in Vigilia Pentecostes ante Missam (exceptis Dominica Gaudete, etiam si eius Missa infra hebdomadã repetatur, & Dominica lætare, ac Vigilia Natiuitatis, & Sabbato sancto ad benedictionem ignis, incensi, cerei Paschalis, fontium, & Missæ, atque Quattuor Temporibus Pentecostes,) Alba tantum amicti ministrent: Subdiaconus cum Manipulo, Diaconus etiam cum Stola humero sinistro pendente, & ducta sub dextrum.

## DE DEFECTIBVS IN CELEBRATIONE Missarum occurrentibus.

Acerdos celebraturus, omnem adhibeat diligentiã, ne aliquid ex requisitis ad Sacramentũ Eucharistiæ conficiendum desit. Potest autẽ defectus contingere ex parte materiæ consecrandæ, & ex parte formæ adhibendæ, & ex parte ministri conficientis. Quidquid enim horũ deficit. s. materia debita, forma cum intentione, & ordo sacerdotalis in conficiente, non conficitur Sacramentũ. Et his existentibus, quibuscunq; alijs deficientibus, veritas adest Sacramẽti. Alij vero sunt defectus, qui in Missæ celebratione occurrentes, etsi veritatẽ Sacramenti non impediant, possunt tamen, aut cum peccato, aut cũ scandalo contingere.

### De defectibus materiæ.

DEfectus ex parte materiæ possunt contingere, si aliquid desit ex ijs, quæ ad ipsam requiruntur. Requiritur enim, vt sit panis triticeus, & vinum de vite, & vt huiusmodi materia consecranda, in actu consecrationis sit coram sacerdote.

### De defectu panis.

SI panis non sit triticeus; vel si triticeus sit, admistus granis alterius generis in tanta quantitate, vt non maneat panis triticeus; vel sit alioqui corruptus, non conficitur Sacramentũ. Si sit confectus de aqua rosacea, vel alterius distillationis, dubiũ est, an conficiatur. Si cęperit corrũpi, sed non sit corruptus, similiter si non sit azymus, secundũ morem Ecclesiæ Latinæ, conficitur: sed conficiens grauiter peccat.

2 Si celebrans ante cõsecrationẽ aduertit Hostiã esse corruptam, aut non esse triticeam, remota illa Hostia, aliã ponat super Patenam: & eã benedicat, dicens, In nomine Patris, &c. Deinde accipiens ambabus manibus Patenã offerat Hostiam, dicens, Suscipe sancta Trinitas, &c. Qua finita, omnibus alijs omissis, redeat vbi dimiserat. Sed si iam Canonem inceperat, iterum reincipiat, dicens, Te igitur, &c. ac prosequatur Missam.

3 Si id aduertit post consecrationem, similiter alia posita, eam offerat, vt supra, §. 2 & ea oblata, alijs omissis, a consecratione incipiat, dicens, Dominus noster Iesus Christus pridie quam pateretur, accepit panem, &c. vsque ad Simili modo. Quo dicto, alijs omissis, redeat vbi dimiserat, & post sumptionem corporis, & sanguinis, illam priorem Hostiam corruptam, vel non triticeam sumat, vel alij sumen-

† *et Virginum et Martyr*

*, *excepto festo Circumcisionis, ~~in quo~~ cuius libet uotiua colorem album non rubeum postulat.*

*Vel alteri Longer, u*

Δ *Item uiolaceo color in Missis uotiuis dolorum Christi Dni et B. Virginis, Missis tribulationum, pro ... haribus, pro ipso Sacer. pro infirmis, pro iter ag. pro peccatis, ad pluuiam petendam, pro pace, te. belli, ac in omnibus ...*

dam tradat, vel alicubi reuerenter conseruet.

4 Si post sumptionem Hostiæ, & ante sumptionem sanguinis defectum aduertit, aliam Hostiam accipiat, offerat, & consecret, vt supra dictum est, §. 2. & 3. Et statim omnibus alijs omissis, illam sumat, & cetera omnia prosequatur.

5 Si post sumptionem Hostiæ, & sanguinis hoc aduertit, apponi debet rursus noua Hostia super Patenam, & in Calice vinum, & aqua, vt supra in principio missæ: & statim faciat oblationem, dicens, In nomine Patris. &c. & Suscipe sancta Trinitas. &c. Qua oblatione facta omnibus alijs omissis, dicat, Dominus noster Iesus Christus pridie quam pateretur, accepit panem. &c. vsque ad Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. exclusiue: & reliquis alijs prætermissis, sumat corpus, & sanguinem, & prosequatur postea alia sequẽtia, ne Sacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus seruetur ordo.

6 Si Hostia consecrata dispareat, vel casu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel à mure accepta, vel alio animali, & nequeat reperiri, tunc altera apposita offeratur, & consecretur, & omnia alia fiant, vt supra dictum est, §. 2. & 3. Illud animal, si capi potest, occidatur, & comburatur, & cineres eijciantur in sacrario, vel sub Altari.

De defectu vini.

SI vinum sit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, seu non maturis expressum, vel admixtum tantum aquæ, vt vinum sit corruptum, non cõficitur Sacramentum. Si vinum cœperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel mustum tunc de vuis expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis, conficitur Sacramentum: sed conficiens grauiter peccat.

2 Si celebrans ante consecrationem Hostię aduertat aquã non esse in Calice, debet statim apponere, & offerre Calicem dicens, In nomine Patris. &c. & Suscipe sancta Trinitas. &c. Quo facto, omissis alijs, redeat ad id vbi dimiserat. Si autem aduertat post consecrationem corporis, & ante consecrationem sanguinis, debet statim aquam apponere, & prosequi Missam, quia tunc non licet denuo offerre. Si autem aduertit post consecrationem sanguinis, nullo modo est apponenda aqua, sed prosequenda est Missa: quia non est de necessitate Sacramenti. Aduertendum tamen est, quod debet apponi stilla, aut gutta tantum aquæ cum vino.

3 Si celebrans ante consecrationem aduertit vinum, aut aquam, & vinum non esse in Calice, debet statim apponere, & offerre, vt supra dictum est, §. 2. & prosequi postea vbi dimisit.

4 Si autem aduertit post consecrationem corporis, debet similiter apponere, & offerre, vt supra dictum est, §. 2. & omissis alijs, statim consecrare, dicens, Dominus noster Iesus Christus postquam cęnatum est, accipiens & hunc pręclarum Calicem. &c. & prosequi Missam.

5 Si post verba consecrationis sanguinis, aduertat vinum non fuisse positum, sed aquam: posita aqua in alio Calice, vel vase, iterum vinum cum aqua ponat in Calice, & offerat, ac consecret, vt supra dictum est, §. 2. & 4. & post purificationem assumat aquam illam.

6 Si hoc aduertat post sumptionem corporis, vel huiusmodi aquæ, apponat aliam Hostiam iterum consecrandam, & & vinum in Calice, & vtrumque offerat, & consecret, vt supra dictum est in defectu panis, §. 5. quamuis aliam Hostiã consecratam, vel aquam sumpserit, propter Sacramenti integritatem in celebratione seruandam.

7 Si quis percipiat ante consecrationem, vel post consecrationem corporis, aut post verba consecrationis sanguinis dicta, vel post sumptionem corporis, aut vini quod in Calice erat, totum illud uinum esse acetum, aut alias corruptum, idem seruetur, quod supra dictum est, §. 3. 4. 5. & 6. ac si deprehenderet non esse positum uinum, uel solam aquam fuisse appositam in Calice.

8 Si materia, quæ esset apponenda ratione defectus, uel panis, uel uini, non posset ullo modo haberi, si id sit ante consecrationem corporis, ulterius procedi nõ debet: si post consecrationem corporis, aut etiam uini deprehenditur defectus alterius speciei, altera iam consecrata, tunc si nullo modo haberi possit, procedendum erit, & Missa absoluenda. Quod si expectando aliquandiu haberi possit, expectandum erit, ne imperfectum Sacrificium remaneat.

De defectibus formæ.

DEfectus ex parte formæ possunt contingere, si aliquid desit ex ijs, quę ad integritatem uerborum, in ipsa consecratione requiruntur. Verba autem consecrationis, quæ sunt forma huius Sacramenti, sunt hæc, Hoc est enim corpus meum: & Hic est enim Calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti, mysterium fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

¶ Si quis autem aliquid diminueret, uel immutaret de forma consecrationis corporis, & sanguinis; & in ipsa uerborum immutatione uerba idem non significarent, non conficeret Sacramentum: Si quis aliquid adderet, quod significationem non mutaret, conficeret quidem, sed grauissime peccaret.

¶ Si celebrans non recordetur se dixisse ea, quæ in consecratione communiter dicuntur, non debet propterea turbari. Si tamen certo ei, uel ualde probabiliter constet, se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate Sacramenti, idest, formam consecrationis, resumat ipsam formam, & cetera prosequatur per ordinem. Si autem non sunt de necessitate Sacramenti, non resumat, sed procedat ulterius.

De defectibus ministri.

DEfectus ex parte ministri possunt contingere quo ad ea, quæ in ipso requiruntur. Hæc autem sunt, in primis intentio, deinde dispositio animæ, dispositio corporalis, dispositio uestimentorum, dispositio in ministerio ipso, quo ad ea, quæ in ipso possunt occurrere.

De defectu intentionis.

SI quis non intendit conficere, sed delusorie aliquid agere. Item si aliquæ Hostiæ ex obliuione remaneant in Altari, uel aliqua pars uini, uel aliqua Hostia lateat, cum non intendat consecrare, nisi quas uidet. Item si quis habeat coram se undecim Hostias, & intendat consecrare solum decem, non determinans quas decem intendit, non consecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem, tamen omnes uoluit consecrare, quas coram se habebat: nam tunc omnes erunt consecratæ: atque ideo quilibet sacerdos talem semper intẽtionem habere debet, scilicet consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandum positas habet. Si sacerdos, putans se tenere unam Hostiam, post consecrationem inuenerit fuisse duas simul iunctas, in sumptione sumat simul utramque. Quod si deprehendat post sumptionem corporis, & sanguinis, aut etiam post ablutionem, reliquias aliquas relictas consecratas, eas sumat, siue paruæ sint, siue magnæ: quia ad idem sacrificiũ spectant. Si vero relicta sit Hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum alijs reponat: si hoc fieri nequit, sequẽti sacerdoti ibi celebraturo, in Altari supra corporale decenter coopertum, sumendam vna cum altera, quam est consecraturus, relinquat, vel si neutrum horum fieri possit, in ipso Calice, seu Patena decenter conseruet, quousque, vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: quod si non habeat, quomodo honeste conseruetur, potest eam ipsemet sumere.

¶ Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione propter euagationem mentis, sed virtualis, cum accedens ad Altare intendat facere, quod facit Ecclesia, conficitur Sacramentum, etsi curare debet sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

De

## De defectibus dispositionis animæ.

SI quis suspẽsus, excõmunicatus, & degradatus celebret, conficit quidem Sacramentum, sed grauissime peccat, tam propter communionem quam indigne sumit, quam propter executionem ordinum, quæ sibi erat interdicta.

¶ Si quis habens copiam confessoris, celebret in peccato mortali, grauiter peccat. Si quis autem in casu necessitatis non habens copiam confessoris, in peccato mortali absque contritione celebret, grauiter peccat, secus si conteratur: debet tamen cum primum poterit confiteri.

¶ Si quis desperans se probabiliter posse habere stabilitatem cordis peccat grauiter accedendo: secus si sperat, & ex fragilitate distrahitur, quia tunc minus peccat: quare mundari conuenit primo ab ipsis phantasmatibus.

¶ Si in ipsa celebratione Missæ sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Si recordetur se esse excommunicatum, vel suspensum, aut non esse ieiunum, seu locum esse interdictum, similiter conteratur cum proposito petendi absolutionem: ante consecrationem autem, si non timetur scandalum, debet Missam inceptam deserere: secus si esset publice excommunicatus.

## De defectibus dispositionis corporis.

SI quis non est ieiunus post mediam noctem, etiam post sumptionem solius aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinæ, & in quantumcumque parua quantitate, non potest communicare, nec celebrare. Si autem ante mediam noctem cibum, aut potum sumpserit, etiam si postmodum non dormierit, nec sit digestus, non peccat: sed ob turpitudinem mentis, ex qua deuotio tollitur, consulitur aliquando abstinendum.

¶ Si reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum saliuæ. Idem dicendum, si lauãdo os, diglutiatur stilla aquæ præter intentionem.

¶ Si plures Missas in vna die celebret, vt in die natiuitatis Domini, in vltima Missa tantum percipiat purificationem.

¶ Si præcesserit pollutio nocturna, quæ causata fuerit ex præcedenti cogitatione, quæ sit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam, abstinendum est à communione, & celebratione. Si dubium est, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, consulitur abstinendum, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationem, sed euenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusione, potest communicare, & celebrare, nisi ex illa corporis commotione tanta euenerit perturbatio mentis, vt abstinendum videatur.

## De defectibus in ministerio ipso occurrentibus.

POssunt etiã defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit. Vt non celebretur in loco sacro, vel deputato ab Episcopo: nec in Altari cõsecrato: nec tribus mappis cooperto. Si non adsint luminaria cerea. Si non sit tempus debitũ celebrãdi, quod est ab aurora vsq. ad meridiem communiter, sine dispensatione Sũmi Pontificis. Si celebrans saltem matutinum cum Laudibus non dixerit. Si omittatur aliquid ex vestibus sacerdotalibus. Si vestes sacerdotales, & mappę nõ sint benedictæ ab Episcopo, vel ab alio hanc habẽte potestatẽ. Si non adsit clericus, vel alius deseruiens in Missa: vel adsit, qui deseruire non debet, vt mulier. Si non adsit Calix cum Patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea: nõ ærea, vel vitrea. Si corporalia non sint munda, quæ debẽt esse ex lino, nec serico in medio ornata, & ab Episcopo, vel ab alio hãc habente potestatem benedicta. Si altare consecratum apte non receperit Calicem & Hostiam, propter eius paruitatem. Si crux non sit super Altare. Si celebrat capite cooperto sine dispensatione. Si non adsit Missale, licet memoriter sciret Missam, quam intendit dicere.

¶ Si sacerdote celebrãte violetur Ecclesia ante Canonẽ, dimittatur Missa, vel ad aliam Ecclesiam ibi proximã se trãsferat, & ibi Missam cõpleat: si post Canonẽ, nõ dimittatur.

¶ Si sacerdos ante cõsecrationem grauiter infirmetur, vel in sincopem inciderit, aut moriatur, prætermittitur Missa: si post consecrationem corporis tantum, ante consecrationem sanguinis, vel vtroque cõsecrato id accidat, Missa per alium sacerdotem expleatur, ab eo loco, vbi ille desijt: si autem non obierit, sed fuerit infirmus, adeo vt possit communicari, & non adsit alia Hostia consecrata, diuidat Hostiã, & vnam partem præbeat infirmo, aliam ipse sumat: & si fuerit Episcopus, det ei partem sanguinis, quod semper seruari debet in communione Episcoporum infirmorum. Si autem semiprolata forma corporis obierit sacerdos, aut semiprolata forma sanguinis, tunc alter similiter prosequatur Missam, & super eandem Hostiam, seu eũdem Calicem repetat integram formam, ab eo loco, Dominus noster Iesus Christus pridie quam pateretur accepit panẽ, &c. & in sanguine, ab eo loco, Dominus noster Iesus Christus postquã cænatum est, accipiens & hunc præclarũ Calicem, &c. Vel posset super alium panem, & in Calice similiter (cum in forma Calicis deficit,) super alium Calicem præparatum, integram formã proferre, & Hostiam primi sacerdotis inter reliquias seruare, vel eam sumere, post ablutionem sanguinis, si constat, quod non sit consecrata: in dubio vero tutius est accipere post sumptionem: & idem de Calice relicto semiconsecrato. Si infirmitas sit leuis, potest sacerdos sedere, vel super Altare quiescere, donec transeat, & postea (si potest) Missam complere: si autem non possit, fiat vt supra.

¶ Si quis extra huiusmodi casus necessitatis, integra Sacramenta non sumpserit, grauissime peccat.

¶ Si musca, vel aranea, vel quid aliud acciderit in Calicem ante consecrationem, proijciat vinum subtus Altare, & aliud ponat in calicem, misceat parum aquæ, & offerat, vt supra dictum est in defectibus vini §. 2. & post oblationẽ eiusdem, prosequatur Missam, vbi dimiserit. Si post consecrationem ceciderit musca, aut aliquid eiusmodi, & fiat nausea sacerdoti, extrahat eã, & lauet cum vino, finita Missa comburat, & combustio, ac lotio huiusmodi in sacrarium proijciatur. Si autem non fuerit ei nausea, nec vllum periculum timeat, sumat cum sanguine. Si aliquod venenosum ceciderit in Calicem vel quod prouocaret vomitum, vinum consecratum reponendum est in alio Calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuo offerendum, & consecrandũ, vt supra dictum est in defectu vini §. 2. & 4. & finita Missa sanguis repositus in pãno lineo, vel stuppa tandiu seruetur, donec species vini fuerint desiccatæ, & tunc comburatur, & combustio in sacrarium proijciatur. Si aliquod venenatum contigerit Hostiam consecratam, tũc alteram accipiat, offerat, & consecret, vt supra dictum est in defectu panis §. 2. & 3. & sumat: & illa seruetur in tabernaculo, loco separato, & animal captũ occidatur, & cõburatur, vt supra dictũ est.

¶ Si sumendo sanguinem, particula remanserit in Calice, digito ad labium Calicis adducat, & sumat ante purificationem; vel infundat vinum, & sumat.

¶ Si Hostia ante consecrationem inueniatur fracta, nisi populo euidenter appareat, talis Hostia consecretur: si autem scandalũ populo esse possit, alia accipiatur, & eã offerat, vt supra dictum est in defectu panis §. 2. & post ablutionem sumat illam Hostiam fractam oblatam. Quod si ante oblationem Hostia appareat confracta, accipiatur altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri poterit.

¶ Si propter frigus, vel negligentiam Hostia consecrata dilabatur in Calicem, propterea nihil est reiterandum, sed Sacerdos Missam prosequatur.



I, irregularis alias canonice.

ce/

mi

¶ Si in hieme sanguis congeletur in Calice, inuoluatur Calix pannis calefactis: id si non proficeret, ponatur in feruenti aqua, dummodo in Calice non intret, donec liquefiat.
¶ Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, siquidem super tabulam, lingua lambatur, & pars illa tabulæ radatur, quantum satis est: item si non fuerit tabula, locus ipse radatur, & comburatur: cinis vero iuxta Altare recondatur. Si vero super lapidem Altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillam, & locus bene abluatur, & ablutio in sacrariũ proijciatur. Si super linteum Altaris, & ad aliud linteum stilla peruenerit, si vsque ad tertium, linteamina ter abluãtur, vbi stilla ceciderit, Calice superposito, & aqua ablutionis in sacrarium proijciatur, & pars illa lintei, siue Pallæ, post ablutionem abscindatur, & comburatur & cinis in sacrario recondatur. Quod si in ipso solum corporali, aut si in vestibus ipsis sacerdotalibus ceciderit, satis erit ablui, & ablutio in sacrarium proijciatur. Si in substrato pedibus panno, vel tapeto, & ablui oportebit, & partem abscindi, & comburi, & cineres similiter in sacrarium immitti. At si contingat totum sanguinem post consecrationem effundi, si quidem aliquid, vel parum remãsit, illud sumatur, & de effuso reliquo sanguine fiat, vt dictum est. Si vero nihilomnino remansit, & fuerit ante sumptionem corporis, ponat iterum vinum, & aquam, & offerat, ac consecret, vt supra dictum est in defectu vini, §.2. & 4. Si autem post sumptionem corporis fiat effusio, accipiatur noua Hostia, & vinũ, & aqua, & offeratur, ac cõsecretur, vt supra dictum est in defectu panis, §.5. propter Sacramenti integritatẽ in celebratione seruãdam.
¶ Si sacerdos euomat Eucharistiam, si species integræ appareant, reuerenter sumantur, nisi nausea fiat: tunc enim species consecratæ caute separentur, & in aliquo loco sacro reponantur. Quod si species non appareant, comburatur vomitus, & cineres in sacrarium proijciantur.
¶ Si Hostia consecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terram, reuerenter accipiatur, & locus vbi ceciderit, mundetur, & aliquantum abradatur, & puluis, seu abrasio huiusmodi in sacrarium proijciatur. Si ceciderit extra corporale in mappam, seu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa vel linteum huiusmodi diligenter lauetur, & lotio ipsa in sacrarium effundatur.
¶ Possunt etiam defectus in ministerio ipso occurrere, si sacerdos ignoret ritus, & cęremonias ipsas in eo seruandas: de quibus omnibus in superioribus Rubricis copiose dictũ est. Sed aduertendum est, quod tantum debet dici, quantum in Missali reperitur, & nihil aliud addere, vel diminuere.
¶ Quando corpus, aut sanguis apparet in alia specie, puta in specie pueri, vel carnis cruentatæ, aut simili modo, tunc non debet sumi, sed cum reliquijs poni, & cum debita reuerentia seruari: quia cum vsus huius Sacramenri sit per manducationem, & potum, tunc non habet rationem cibi, nec potus.

## NOTABILIA SCITV DIGNA.

MIssa de Sanctis, vel de beata Virgine, aut occurrẽs tantũ valet animabus Defunctorum, quantum si dicatur pro Defunctis. Sed si promissum est specialiter pro Defunctis propriam Missam dicere, non satisfit dicendo Missam de Sancto, vel de beata Virgine, aut occurrẽtem ratione promissionis. Sed quando quis dicit ex deuotione de beata Virgine, vel de aliquo Sancto, vel occurrentem cum commemoratione Defunctorum, vel sine illa, intendens offerre illam Missam pro ipsis Defunctis, vt ipsa beata Virgo, vel Sancti occurrentes orent pro Defunctis, supplet bene, & valet.

Septem casus, in quibus vnus sacerdos potest plures Missas celebrare eodem die.

1 PRimus in die Natiuitatis Domini, in qua tres Missæ dici possunt cum interpollatione, vel sine ea, sed antę lucem non potest dici recte, nisi vna.
2 Secundus, quando superuenit, dicta iam Missa, aliqua persona notabilis, veluti Episcopus, quem singulis diebus decet eam audire, vel dicere. Et eadem, vel maiori ratione, cum superueniunt peregrini, etiam si non sint tanti status, si ex præcepto illa die ad audiẽdum Missam teneantur.
3 Tertius cum repente post dictam Missam corpus Defuncti occurrit sepeliendum, & consuetudo habet, ne sepeliatur sine Missa, quando ea celebrari potest.
4 Quartus quando aliquis ita ægrotat, vt communicari necessario debeat, & non est Eucharistia.
5 Quintus, cum quis præest duabus Ecclesijs vnitis, duabus Missis indigentibus, & non est alius, qui alteram dicat.
6 Sextus, ob nuptiarum benedictionem.
7 Septimus, cum occurrit causa, quæ iusta videatur, & hoc arbitrio boni viri.
¶ Notandum tamen est, quod neque in prædictis casibus est licitum, si sacerdos, qui semel celebrauerit, non est ieiunus, etiam si nihil præter solitam Calicis purificationem sumpserit, neque si iam eadem die duas dixit, excepta die Natiuitatis, neque si adsit alius sacerdos, qui possit, & velit illam Missam necessariam dicere. Sed si prædicta causa occurrerit antequam Sacerdos incipiat Canonem in prima Missa, debet iterum illam Missam incipere, & dicere.

## PROSA IN DIE ET PER OCTAVAM

Pentecostes loco prosæ. Veni sancte Spiritus. ad arbitrium celebrantis dicenda.

SAncti Spiritus adsit nobis gratia,
Quæ corda nostra sibi faciat habitacula,
Expulsis inde cunctis vitijs spiritalibus.
Spiritus alme illustrator omnium,
Horridas nostræ mentis purga tenebras.
Amator sancte sensatorum semper cogitatuum,
Infunde vnctionem tuam clemens nostris sensibus.
Tu purificator omnium flagitiorum spiritus,
Purifica nostri oculum interioris hominis,
Vt videri supremus Genitor possit à nobis,
Mundi cordis quem soli cernere possunt oculi.
Prophetas tu inspirasti, vt præconia Christi præcinissent inclyta.
Apostolos confortasti, vti trophæum Christi per totum mundum veherent.
Quando machinam per Verbum suum fecit Deus cæli, terræ, marium,
Tu super aquas foturus eas, numẽ tuũ expandisti, Spiritus.
Tu animabus viuificandis, aquas fœcundas.
Tu aspirando, das spiritales esse homines.
Tu diuisum per linguas mundum, & ritus adunasti Dñe.
Idolatras ad cultum Dei reuocas, magistrorum optime.
Ergo, nos supplicãtes tibi, exaudi propitius, sãcte Spiritus.
Sine quo preces omnes cassæ creduntur, & indignæ Dei auribus.
Tu, qui omnium sæculorum sanctos, tui numinis docuisti instinctu, amplectendo Spiritus,
Ipse hodie Apostolos Christi, donans munere insolito, & cunctis inaudito sæculis,
Hunc diem gloriosum fecisti. Alleluia.

ORA-

# ORATIONES DICENDÆ ANTE CONFESSIONEM,

## Celebrationem, & Communionem, prò opportunitate Sacerdotis.

¶ Oratio præparatoria ad Confeſſionem Sacramentalem.

CONDITOR cæli, & terræ, Rex regum, & Dominus dominantiũ: qui me de nihilo feciſti ad imaginem, & ſimilitudinem tuam, & me tuo proprio ſanguine redemiſti: quem ego peccator non ſum dignus nominare, nec inuocare, nec corde cogitare. Te ſuppliciter deprecor, & humiliter exoro, vt clementer reſpicias me ſeruum tuum nequam. Et miſerere mei, qui miſertus fuiſti mulieri Chananeæ, & Mariæ Magdalenæ: qui pepercisti Publicano, & Latroni in cruce pendenti. Tibi confiteor Pater pijſſime peccata mea, quæ ſi volo abſcondere, non poſſum tibi Domine. Parce mihi Chriſte, quem ego ſemper multum offendi, cogitando, loquendo, operando, & in omnibus modis, in quibus ego fragilis homo, & peccator peccare potui: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo Domine precor tuam clementiam, qui de cælo pro mea ſalute deſcendiſti, qui Dauid à peccati lapſu erexiſti, parce mihi Domine, parce mihi Chriſte: qui Petro te neganti pepercisti. Tu es Creator meus, & Redemptor meus: Dominus meus, & Saluator meus: Rex meus, & Deus meus. Tu es ſpes mea, & fiducia mea: gubernatio mea, & auxiliatio mea: conſolatio mea, & fortitudo mea: defenſio mea, & liberatio mea: vita mea, ſalus mea, & reſurrectio mea: lumen meum, & deſiderium meum: adiutorium meum, & patrocinium meum. Te deprecor, & rogo, adiuua me, & ſaluus ero: guberna me, & defende me: conforta me, & conſolare me: confirma me, & lætifica me: illumina me: & viſita me. Suſcita me mortuum, quia factura, & opus tuum ſum. Domine, ne deſpicias me, quia famulus, & ſeruus tuus ſum, quamuis malus, quamuis indignus, & peccator: ſed qualiſcumque ſim, ſiue bonus, ſiue malus, ſemper tuus ſum. Ad quem ergo fugiam, niſi ad te vadam? Si tu me eijcis, quis me recipiet? Si tu me deſpicis, quis me aſpiciet? Recognoſce me ergo indignum ad te refugientem, quamuis ſim vilis, & immundus: quia ſi vilis, & immundus ſum, potes me mundare: ſi cæcus ſum potes me illuminare: ſi infirmus ſum, potes me ſanare: ſi mortuus, & ſepultus ſum, potes me reſuſcitare: quia maior eſt miſericordia tua, quam iniquitas mea: maior eſt pietas tua, quam impietas mea: plus potes dimittere, quam ego committere: & plus parcere, quam ego peccator peccare. Non ergo deſpicias me Domine, neque attendas multitudinem iniquitatum mearum: ſed ſecundum multitudinem miſerationum tuarũ miſerere mei, & propitius eſto mihi maximo peccatori. Dic animæ meæ: Salus tua ego ſum. Qui dixiſti: Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat: conuerte me Domine ad te: & noli iraſci contra me. Deprecor te clementiſſime Pater, propter miſericordiam tuam, ſupplico, & exoro: vt perducas me ad bonum finem, & ad veram pœnitentiam, puram confeſſionem, & dignam ſatisfactionem omnium peccatorum meorum. Amen.

¶ Oratio ante Confeſſionem Sacramentalem.

SVſcipe confeſſionem meam pijſſime ac clementiſſime Domine Ieſu Chriſte, vnica ſpes ſalutis animæ meæ, & da mihi (obſecro) contritionem cordis, & lacrymas oculis meis: vt defleam diebus, ac noctibus omnes negligentias meas cum humilitate, & puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conſpectu tuo Domine. Si iratus fueris contra me, quem adiutorem quæram? Quis miſerebitur iniquitatibus meis? Memento mei Domine, qui Chananæam, & Publicanum vocaſti ad pœnitentiam, & Petrum lacrymantem ſuſcepiſti. Domine Deus meus, ſuſcipe preces meas. Saluator mundi, Ieſu bone, qui te crucis morti dediſti, vt peccatores ſaluos faceres, reſpice me miſerum peccatorem inuocantem nomen tuum: & noli ſic attendere malum meum, vt obliuiſcaris bonum tuum. Et ſi commiſi vnde me damnare potes, tu non amiſiſti vnde ſaluare ſoles. Parce ergo mihi, qui es Saluator meus, & miſerere peccatrici animæ meæ. Solue vincula eius, ſana vulnera. Domine Ieſu, te deſidero, te quæro, te volo: oſtende mihi faciem tuam, & ſaluus ero. Emitte igitur pijſſime Domine meritis puriſſimæ, & immaculatæ, ſemper virginis genitricis tuæ Mariæ, & ſanctorum tuorum lucem tuã, & veritatẽ tuam in animam meã: quæ omnes defectus meos in veritate mihi oſtendat, quos confiteri oportet: atque iuuet, & doceat ipſos plene, & contrito corde explicare. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Oratio poſt Confeſſionem.

SIt tibi Domine, obſecro, meritis beatæ ſemper virginis genitricis tuæ Mariæ, & omnium ſanctorum, grata, & accepta iſta confeſſio mea: & quicquid mihi defuit nunc, & alias de ſufficientia contritionis, de puritate, & integritate confeſſionis, ſuppleat pietas, & miſericordia tua: & ſecundum illam digneris me habere plenius, & perfectius abſolutum in cælo. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus. &c.

ORA-

ORATIONES ANTE COMMVnionem, vel celebrationem dicendæ, pro opportunitate sacerdotis.

Orationes ad Deum Patrem.

¶ Oratio sancti Thomæ Aquinatis.

OMnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad sacramentum Vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi. Accedo, tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cæli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fœditatem, illuminare cęcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: vt te panem angelorum, Regem regũ, & Dominum dominantium, tanta suscipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, Dominici corporis, & sanguinis non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem, & virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus Vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere: vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit, & regnat. &c.

Alia Oratio ad eumdem Patrem.

DEus, qui de indignis dignos facis, & de peccatoribus iustos, & de immundis mundos, munda cor, & corpus meum ab omni contagio, & sorde peccati: & fac me dignum, atque strenuum sanctis altaribus tuis ministrum. Concede propitius, vt in hoc altari, ad quod indignus accedo, hostias acceptabiles, atque placabiles offeram pietati tuæ, pro peccatis, & offensionibus, innumerisque, & quotidianis excessibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis abluendis. Et per eum sit tibi votum meum acceptabile, qui se tibi Deo Patri pro nobis obtulit sacrificium. Qui tecum. &c.

¶ Orationes ad Dominum Iesum Christum.

Oratio.

AD mensam dulcissimi conuiuij tui, pie Domine, Iesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia, & bonitate, accedere vereor, & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum: mentem, & linguam non caute custoditã. Ergo o pia Deitas, o tremenda Maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, Saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo. Spero misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Iesu Christe, Rex æterne, Deus & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miserijs & peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis, & pretiose sanguis de vulneribus crucifixi Domini mei Iesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo sanguine redemisti: pęnitet me peccasse: cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me clementissime Pater, omnes iniquitates & peccata mea: vt purificatus mẽte, & corpore, digne degustare merear Sancta sanctorum: & concede, vt sancta prælibatio corporis & sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumque sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque, & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

¶ Alia Oratio ad Dominum Iesum Christum, quam sacerdos in Missa sollemni potest dicere, dum in choro cantatur. Kyrie eleison. vel Gloria excelsis. aut Credo.

Oratio sancti Ambrosij Episcopi.

SVmme sacerdos, & vere pontifex Iesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri in ara crucis hostiam puram, & immaculatã pro nobis miseris peccatoribus, & qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, & sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium istud in virtute Spiritus sancti, dicens: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Rogo per tuum sanguinem pretiosum, magnum salutis nostræ pretium. Rogo per hanc miram, & ineffabilem charitatem, qua nos miseros, & indignos sic amare dignatus es: vt lauares nos à peccatis nostris in sanguine tuo. Doce me seruum tuum indignum, quem inter cetera dona tua ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ. Doce me, quęso, per Spiritum tuum tantum mysterium tractare ea reuerentia, & honore, eaque deuotione & timore, quibus oportet, & decet. Fac me Domine Iesu Christe, per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere, & intelligere, sentire, & firmiter retinere, dicere, & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, & sine strepitu verborum, loquatur omnem veritatem tantorum mysteriorum. Profunda sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi hodie, & semper Missarum sollemnia puro corde, & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, & nefandis, vanis, & obnoxijs cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia & fida tutela, atque fortissima custodia, vt hostes omnium bonorum confusi discedãt per virtutem tanti mysterij, & per manum Sancti angeli tui. Repelle à me Domine Iesu Christe, & à cunctis seruis tuis durissimum spiritum superbiæ, cenodoxiæ, inuidiæ, iracundiæ, fornicationis, & immunditiæ, dubietatis, & blasphemiæ. Confundantur, qui nos persequuntur, pereant illi, qui cuncta perdere festinant. Rex vir[ginum], castitatis, & integritatis amator Deus, cælesti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo totum fomitem ardentem libidinis: vt maneat in me tenor totius castitatis animæ, & corporis. Mortifica in me carnis stimulos, & omnes libidinis commotiones: & da mihi veram & perpetuam castitatem cũ ceteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate: vt sacrificium laudis casto corpore, & mundo corde quotidie valeam tibi offerre. Quanta enim Domine Iesu Christe,

cordis,

cordis contritione, & lacrymarum fonte, quanta reuerentia, & tremore, quanta corporis castitate, & animi puritate istud diuinum, & cæleste sacrificium est celebrandum, vbi caro tua in veritate sumitur: vbi sanguis tuus in veritate bibitur: vbi summa imis iunguntur: vbi adest præsentia sanctorum angelorum: vbi tu es sacerdos, & sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter constitutus? Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio & vere scio, & ipsum pietati tuæ confiteor, quia non sum dignus accedere ad mysterium tantum, propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, & credo ex toto corde, & ore confiteor, quia potes me facere dignum, qui solus potes mundum facere de immundo conceptum semine, de peccatoribus facere iustos, & sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, vt concedas mihi peccatori hoc cęleste sacrificium celebrare cum timore, & tremore, cum cordis puritate & lacrymarum fonte, cum lætitia spiritali, & cælesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimæ præsentiæ tuæ, & excubias Sanctorum angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim, Domine, memor venerandæ Passionis tuæ, accedo ad altare tuum, licet peccator: vt offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tui, pro salute nostra. Suscipe ergo istud, quæso, summe Deus, dulcissime Iesu Christe, pro Ecclesia tua sancta, & pro cuncto populo tuo, quem acquisisti sanguine tuo pretioso. Et quoniam me peccatorem inter te, & eundem populum, medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis creditæ non recuses: nec per me indignum famulum tuum, eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima factus salutaris dignatus es esse redemptio. Profero ergo Domine, (si dignaris propitius intueri,) tribulationes plebiũ, pericula populorum, captiuorum gemitum, miseriam orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum. Tu enim misereris omnium Domine: & nihil odisti omniũ, quæ fecisti. Memorare, quæ sit nostra substantia: quia tu pater noster es: ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis Domine iniquitates nostras: & ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra: & da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, & honorificet, te delectetur, te sequatur, & perfruatur. Oramus Domine clementiam tuam: vt sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia præstolantem aspicere digneris. Et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse audire propitius, & exaudire delecteris. Rogamus etiam te sancte Pater pro spiritibus fidelium Defunctorum: vt sit illis salus æterna, ac perpetua sanitas, gaudium, & refrigerium sempiternum, hoc magnum pietatis sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum, & plenum ~~gaudium~~ de te pane viuo, ~~& vero~~, qui de cælo descendisti, & das vitam mundo, de carne sancta, & benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi, ~~vt potati de fonte pietatis tuæ, qui per lanceam militis de latere emanauit~~

conuiuiũ

tua

quæ de sancto, et glorioso beatę virginis Marię utero est assumpta, et de Spiritu sancto concepta, at de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere emanauit: ut exinde refecti, et satiati, refrigerati, et consolati exultent etc.

~~crucifixi Domini nostri~~, ~~& consolati~~, exultent in laude, & gloria tua ~~sancta~~. Peto Domine clementiam tuam, vt descendat super hunc panem, & Calicem istum plenitudo diuinitatis tuæ. Descendat etiam Domine illa sancti Spiritus tui inuisibilis forma, & incomprehensibilis maiestas, sicut quondam in patrum Hostias descendebat, quæ & oblationes nostras, corpus & sanguinem tuum efficiat, & me indignum sacerdotem tuum doceat, tantum tractare mysterium, ita vt placide, ac benigne sacrificium suscipias de manibus meis, ad salutem omnium tam viuorum, quam defunctorum. Rogo te Domine per ipsum sacrosanctum mysterium corporis & sanguinis tui, quo quotidie in ecclesia tua pascimur, & potamur, abluimur, & sanctificamur, atque vnius tuæ, summæque diuinitatis participes efficimur, quatenus des mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita vt hæc cælestia sacramenta efficiantur mihi salus, & vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto, & benedicto: Panis, quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita. Et, Qui manducat me, vita viuet propter me, ipse manet in me, & ego in eo. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, vt sentiam suauitatem amoris tui. Sana ab omni languore, vt nullam præter te amem pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamẽtum, & omnis saporis suauitatem, qui nos semper reficis, comedat te cor meum: & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducat te angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui descendisti de cælo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Intra in animam meam, sana, & sanctifica me intus, & exterius. Esto tutamen, & perpetua salus corporis, & animæ meæ. Repelle à me insidiantes mihi. Hostes recedant procul à præsentia tua: vt foris, & intus per te munitus, recto tramite perueniam ad tuum regnum: vbi non mysterijs, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cũ tradideris regnum Deo Patri, & erit Deus omnia in omnibus. Tunc me de te satiabis satietate mirifica, vt nec esuriam, nec sitiam in eternum. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto viuis, & regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

### Alia Oratio ad eundem Dominum nostrum Iesum Christum.

Fvga a me Domine spiritum fornicationis, malę cogitationis, iudicij temerarij, & malę operationis: & da mihi ardorem castitatis, bonam cõtritionem, puram confessionem, veram pęnitentiam, fontem lacrymarum, de omnibus peccatis meis sanctam absolutionem, patientiam, humilitatem, fidem rectam, spem firmam, charitatemq; perfectam, & perseuerantiam in bonis operibus vsque in finem vitę meę: & concede mihi, ad sanctum altare tuum, tali contritione, recta fide, firma spe, perfecta charitate, & puro corde accedere: vt corpus, & sanguinem tuum merear accipere, ad salutem corporis, & animę meę, & patris, & matris meę, & omnium fratrum, sororum, consanguineorum, & benefactorum nostrorum. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sęculorum. Amen.

Alia

Alia Oratio ad eumdem Dominum nostrum Iesum Christum.

VEni Domine Iesu Christe, amor meus, & beatitudo mea, iucunditas mea, desiderium meum, ac vnica spes animæ meæ, veni in cor meum, intra in animam meam, & munda eam à vitiorum sordibus: orna eam monilibus tuis, vt grat anter, & deliciose in ea habites, & mihi misero securam & felicem in tuo amore quietem tribuas, qui dignaris quiescere super humilem, & quietum, & trementem sermones tuos, & deliciæ tuæ sunt habitare cum filijs hominum: veni, inquam, dulcissime Domine Iesu Christe in animam meam, & esto cum ipsa, atque munda eam. Veni Domine dilectissime, & in præcordijs meis immorari, & habitare digneris: vt per eius immortalitatis donum, non damnandorum iudicium, aut vindictam reorum incurram, sed tuo fultus auxilio, atria virtutum, & pacis epulas, & angelorum conuiuia læta adire merear. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio ad eumdem Dominum nostrum Iesum Christum.

ANima Christi sanctissima sanctifica me. Corpus Christi sacratissimum salua me. Sanguis Christi pretiosissime inebria me. Aqua lateris Christi purissima munda me. Sudor vultus Christi virtuosissime sana me. Passio Christi pijssima conforta me. O bone Iesu custodi me. Intra vulnera tua absconde me. Non permittas me separari à te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis voca me. Iube, me venire ad te, & pone me iuxta te: vt cum Angelis & Archangelis tuis laudem te, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Orationes ad Deum Spiritum sanctum. Oratio.

VEni sancte Spiritus paraclite, illuminator, & viuificator tuæ sanctæ Ecclesiæ, qui illuminasti, & sanctificasti corda sanctorum Apostolorum, & omnium tuorum fidelium: te inuoco, te obsecro, ad te clamo, in regimen omnium meorum sensuum, & cogitationum; ne à via recta deuiet voluntas mea, & vt à vermis stimulo quotidie purgetur conscientia. Digneris igitur esse præsens in mea mente, in meo corpore, in meo ore, & opere: vt per tuam sanctam virtutem, & diuinam operationem, fiat cor meum mundum, & tuæ gratiæ habitaculum: mens mea fiat pura, & munda: & omnes sensus mei purgati, & clarificati: & ministerium seruitutis meæ in conspectu tuo fiat tibi acceptabile, & mihi salutare, tua misericordia tribuente, tua virtute operante, tua gratia confirmante. Quia tu facis de indignis dignos, de peccatoribus iustos, & de immundis mundos: tu iustificas impios, & viuificas mortuos, & in infirmitate virtutem misericorditer tribuis: quia tu es creator omnium, & Dominus dominantium. Munda ergo me, viuifica, & iustifica: vt ad sanctum altare mundo corde possim accedere, & corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi in remissionem omnium peccatorum meorum, parentum, fratrum, sororum, familiarium, & omnium benefactorum nostrorum viuorum, & defunctorum sumere. Tibi enim, & Deo Patri omnipotenti, & Filio suo Domino nostro Iesu Christo, est semper omnis honor, & gloria, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio ad eumdem Spiritum sanctum.

SAncte Spiritus, qui vterum intemeratæ virginis Mariæ tua virtute fecundasti, & ipsam Filium Dei parere fecisti, visita me tua gratia salutari: intra, quæso, in cor & animam meam, sicut intrasti in cor gloriosæ virginis Mariæ, quando Angelo nunciante, & te obumbrante, Filium Dei concepit: vt gratia tua præuentus, tanti mysterij dignus minister efficiar, & inter eius membra mystica, te operante, numerari merear. Amen.

¶ Oratio ad beatissimam Virginem Mariam.

O Mater pietatis, & misericordiæ, beatissima virgo Maria: ego miser, & indignus peccator, ad te confugio toto corde, & affectu: & precor dulcissimam pietatem tuam; vt sicut dulcissimo Filio tuo in cruce pendenti astitisti; ita & mihi misero peccatori, & omnibus hic, & in tota sancta Ecclesia sacrificio Missæ præsentibus clementer assistere digneris: vt tua gratia adiuti, dignam, & acceptabilem hostiam in conspectu summæ, & indiuiduæ Trinitatis offerre valeamus. Amen.

¶ Oratio ad sanctum vel sanctam, aut sanctos vel sanctas, cuius vel quorum ea die festum celebratur.

O *Sancte* N. ecce ego miser peccator, de *tuis* meritis confisus offerre intendo nunc sacratissimum Sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi pro *tuo* honore, & gloria: precor *te* humiliter, & deuote: vt pro me hodie intercedere *digneris*: vt tantum sacrificium digne, & acceptabiliter offerre valeam, & cum *tecum*, & cum omnibus electis eius æternaliter laudare, & cum eo regnare valeam. Amen.

Explicatio proprij voti sacerdotis pro sacro applicando.

EGo intendo istam Missam celebrare ad honorem, & laudem sanctissimæ Trinitatis, in persona Iesu Christi, & ea charitate, & in illum finem, sicut ipse Dominus noster Iesus Christus instituit, & sancta mater Ecclesia ordinauit, ob memoriam passionis, resurrectionis, & ascensionis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, & ad iubilum beatæ virginis Mariæ, omnium Angelorum, sanctorum, & sanctarum. Intendo etiam hanc Missam celebrare in remissionem omnium peccatorum meorũ, & patris & matris meæ, & consanguineorum & affinium meorum, & religiosorum ac religiosarum, & confratrũ Ordinis nostri, & omnium benefactorum nostrorum, & fidelium Christianorum, tam viuorum, quàm mortuorum: & etiam pro nostro reuerendissimo Generali, & Prælatis nostris: vt Deus eos dirigat, & conseruet in vitam æternam. Amen.

ORA-

# ORATIONES
## DICENDÆ CVM SACERDOS

Induitur sacerdotalibus Paramentis.

¶Cum vadit ad sacristiam pro Missa celebranda, dicat.

INtroibo Domine in Sanctuarium tuum cum timore, & amore ad sacrificandum tibi hostiam laudis.

Cum exuitur cappa, dicat.

EXue me Domine veterem hominem cum moribus & actibus suis: & indue me nouum hominem, qui secūdum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

Cum lauat manus, dicat.

LArgire quæsumus Domine sensibus nostris misericordiam tuam: vt sicut hic exterius abluuntur inquinamenta manuū, ita à te interius mundentur pollutiones mētium: & crescant in nobis augmenta sanctarum virtutum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Cum tergit manus, dicat.

PRęsta Domine virtutem manibus meis ad abstergēdum omnem maculam immundam: vt sine pollutione mentis & corporis valeam tibi Domino fideliter seruire; & ad sanctum Altare tuum ardenti charitate accedere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea genibus flexis, dicat Hymnum Diui Ambrosij.

VEni creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.
Qui paraclitus diceris,
Donum Dei altissimi,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Ductore sic te præuio,
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus, da, Patrem,
Noscamus atque Filium,
Te vtriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Sit laus Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
Nobisque mittat Filius,
Charisma sancti Spiritus. Amen.

Tempore Paschali ante vltimum Versum dicitur.

Quæsumus Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Sit laus Patri, &c.

Tempore Ascensionis dicitur.

Tu esto nostrum gaudium,

Qui

Qui es futurus præmium:
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.
Sit laus Patri, &c.

¶In die, & per octauam Pentecostes dicitur.

Dudum sacrata pectora
Tua replesti gratia:
Dimitte nostra crimina,
Et da quieta tempora.
Sit laus Patri, &cet.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.
Tempore Paschali additur alleluia.

Oremus. Oratio.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

AVres tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris: & gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: vt tuis mysterijs digne ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

COnscientias nostras, quæsumus Domine, visitando purifica: vt veniens Dominus noster Iesus Christus filius tuus, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Deinde surgens, induit se, dicens sequentes Orationes.

Dum Amictus capiti imponitur.

POne Domine in capite meo vestimentum salutis: & circumda me galea fortitudinis & prudentiæ, ad superandas omnes
51 diabolicas fraudes, & omnium inimicorum meorum insidias. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dum Alba induitur.

DEalba me Domine tua infinita misericordia: & à delicto meo munda me: & ornamento salutis, humilitatis, & castitatis indue me: vt valeam puro corde, & casto corpore, laudare nomen sanctum tuum in sæcula sæculorum. Amen.

Dum cingitur.

PRæcinge me Domine cingulo sanctæ fidei, zona iustitiæ, & puritate castitatis in lumbis meis: & malæ cogitationis æstus extingue: atque in dilectione tua, & proximi me conserua. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dum Manipulus aptatur.

MAnipulum innocētiæ pone Domine super manum meam: vt sincera mente & puro corde, tua pietate me protegente, omnes tactus illicitos possim vitare: & cum exultatione manipulos veræ beatitudinis inter sanctos tuos semper habere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dum Stola collo componitur.

STola iustitię circumda Domine ceruicē meā, & ab omni pollutione peccati purifica mentem meam: quia tu dixisti: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Redde igitur mihi (te humiliter obsecro,) stolam immortalitatis, quam in præuaricatione primi parentis perdidi: vt cū hoc ornamento, quamuis indignus, ad sacrum altare accedam: & cum Sanctis tuis, qui stolas suas in sanguine Agni dealbauerunt, gaudijs sempiternis perfrui merear. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Dum casula sumitur.

FAc me sacerdotem ministrum tuum, quæso omnipotens Deus, ita sanctà iustitia & feruenti charitate indui; & corpus & sanguinem Filij tui Domini nostri Iesu Christi in remissionem omnium peccatorū meorum, & totius populi Christiani sumere; vt in Sanctorum tuorum merear exultatione lætari: quatenus emundatus ab omnibus sordibus delictorum, consortium adipiscar tibi placentiū sacerdotū: meque misericordia tua à vitijs omnibus exuat, quem reatus proprię conscientię grauat. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amē.

¶Quādo diaconus & subdiaconus induunt se, dicant Orationes superius positas: & dum dalmatica vel tunicella sumitur ab eis, dicunt Orationem.

INdue me Domine indumento salutis, iucunditatis, & lætitiæ: & vestimento iustitiæ circumda me semper. Amen.

GRA-

GRATIARVM ACTIO POST Missam, cum recedit ad sacristiam: vel dum exuit se paramentis sacerdotalibus.

Hymnus sanctorum Ambrosij, & Augustini.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.
Te æternum Patrē omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli, tibi cæli, & vniuersæ potestates.
Tibi Cherubim, & Seraphim incessabili voce proclamant:
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cęli, et terra maiestatis glorię tuę.
Te gloriosus Apostolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum cādidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.
Patrem immensæ maiestatis.
Venerandum tuum verū, & vnicum Filiū.
Sanctum quoque paraclitum Spiritum.
Tu Rex gloriæ, Christe.
Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis vterum.
Tu, deuicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cælorum.
Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quæsumus, tuis famulis subueni: quos pretioso sanguine redemisti.
Æterna fac cū Sāctis tuis gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos, & extolle illos vsque in æternū.
Per singulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.
Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire.
Miserere nostri Domine, miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum sperauimus in te.
In te Domine speraui: non confundar in æternum.

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
Tempore Paschali additur, alleluia.

Oremus. Oratio.

PRotector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctū: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna.

ACtiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat; & per te cępta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus. Oratio.

ASubitanea, & improuisa morte liberet nos Pater, & Filius, ✠ & Spiritus sanctus. Amen.

ORATIONES POST CELEBRAtionem, & communionem dicendæ.

¶ Orationes ad Deum Patrem.

¶ Oratio sancti Thomæ Aquinatis.

GRatias tibi ago Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es pretioso corpore & sanguine Filij tui Domini nostri Iesu Christi. Et deprecor te, vt hæc sancta communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonę voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiscentiæ & libidinis exterminatio, charitatis, & patientię, humilitatis & obedientiæ augmētatio: contra insidias inimicorum omnium tam visibiliū quàm inuisibilium firma defensio, motuum meorum tam carnalium, quàm spiritualium perfecta quietatio, in te vno ac vero Deo firma adhæsio, atq; mei finis felix consummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris, vbi tu cum Filio tuo, & Spiritu sancto, sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia Oratio ad eumdem Deum Patrem.

OMnipotens sempiterne Deus, Conseruator animarum, mundique Redemptor, me famulum tuum ante maiestatem tuam prostratum benignissime respice: & sacrificium, quod in honorem nominis tui, pro salute fidelium tam viuorum, quám defunctorum, & pro peccatis, & offensionibus meis obtuli, pijssime respice, iram tuam à me remoue, gratiam & misericordiam mihi concede, ianuam paradisi mihi pande, ab omnibus malis me potenter eripe; & quidquid proprio commisi reatu, clementer indulge: & sic in hoc sæculo, in præceptis tuis fac me perseuerare, vt dignus electorum gregi copulari efficiar, te præstante, Deus meus, cuius nomen benedictum, honor, atque regnum permanet in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Orationes ad Dominum nostrum Iesum Christum.

Oratio sancti Bonauenturæ.

TRansfige dulcissime Domine Iesu medullas, & viscera animæ meæ suauissimo, ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque, & Apostolica sanctissima charitate: vt langueat, & liquefiat anima mea solo semper amore, & desiderio tui: te concupiscat, & deficiat in atria tua: cupiat dissolui, & esse tecum. Da, vt anima mea te esuriat panem angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem & saporem, & omne delectamentum suauitatis: te, in quem desiderant angeli prospicere, semper esuriat, & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ & scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei: te semper ambiat, te quærat, te inueniat: ad te tendat, ad te perueniat: te meditetur, te loquatur: & omnia operetur in laudem, & gloriã nominis tui cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseuerantia vsque in finem: & tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meę, delectatio mea, iucũditas mea, gaudium meum, quies & trãquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa, & firma, & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

Alia Oratio ad eumdem Dominum nostrum Iesum Christum.

INeffabilem misericordiam tuam, Domine Iesu Christe, humiliter exoro; vt hoc sacramentũ corporis, & sanguinis tui, quod indignus suscepi, sit mihi purgatio scelerũ: sit fortitudo fragilium: sit contra mundi pericula firmamentum: sit impetratio veniæ: sit stabilimentum gratiæ: sit medicina vitæ: sit memoria tuæ passionis: sit contra debilitatem fomentum: sit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat: errantem me reducat: reuertentem me suscipiat: titubantem me teneat: cadentem me erigat: & perseuerantem me in gloriam introducat. O altissime Deus, beatissima præsentia corporis, & sanguinis tui sic immutet palatum cordis mei; vt præter te nullam vnquam sentiat dulcedinem, nullam amet pulchritudinem, nullum quęrat illicitum amorem, nullam desideret cõsolationem, nullam admittat vnquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad eumdem Dominum nostrum Iesum Christum.

SIt Iesu dulcissime sacratissimum corpus tuũ & sanguis, dulcedo & suauitas animę meę, salus & sanctitas in omní tentatione, gaudiũ, & pax in omni tribulatione, lumẽ, & virtus in omni verbo, & operatione, solatium, & finalis tutela in morte. Amen.

¶ Oratio ad beatissimam Virginem Mariam.

O Serenissima, & inclyta mater Dñi nostri Iesu Christi, virgo Maria, regina

mundi,

mundi, quæ eumdem Creatorem omnium creaturarum in tuo sanctissimo vtero fuisti digna portare, cuius idem sacratissimũ corpus, & sanguinem sumpsi, ad ipsum pro me misero peccatore intercedere digneris: vt quidquid in hoc ineffabili Sacramẽto ignoranter, negligenter, irreuerenter, accidentaliter omisi, tuis precibus sanctissimis mihi indulgere dignetur. Qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Rithmus sancti Thomæ ad sacram Eucharistiam.

ADoro te deuote, latens deitas,
Quæ sub his figuris vere latitas:
Tibi se cor meum totum subijcit:
Quia te contemplans totum deficit.
Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo tutò creditur.
Credo, quidquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo Veritatis verius.
In cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul & humanitas.
Ambo tamen credens, atque confitens,
Peto, quod petiuit latro pœnitens,
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis viuus, vitam præstans homini.
Præsta meæ menti de te viuere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pellicane, Iesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine:
Cuius vna stilla saluum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.
Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio:
Vt te reuelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.

EGO SVM PANIS VIVVS QVI DE COELO DESCENDIT. &c.
INRI

# PROPRIVM MISSARVM DE TEMPORE.

## DOMINICA PRIMA Aduentus.

Statio ad S. Mariam Maiorem.

Ad Missam. Introitus.

Ps. 24 AD te leuaui animam meam: Deus meus in te confido, nõ erubescam: Neq. irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, nõ confundẽtur. Psal. Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sęcula sæculorum: Amen. Quo finito repetitur Ad te leuaui, vsque ad Psalmum. Hic modus repetendi Introitum seruatur per totum annum, nisi in festis Duplicibus maioribus, in quibus dicitur ter. Non dicitur Gloria in excelsis, ab hac Dominica vsque ad Natiuitatem Domini, nisi in festis.

Oremus. Oratio.

EXcita quæsumus Domine potentiam tuam, & veni: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Ab hac die vsque ad Vigiliam Natiuitatis Domini, post Orationem diei dicãtur Orationes sequẽtes: nisi aliter de proprio signetur.

Oratio de sancta Maria.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero Verbum tuum, Angelo nunciante, carnẽ suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; vt qui vere eam Genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Oratio de omnibus Sanctis.

COnsciẽtias nostras quæsumus Domine visitando purifica: vt veniẽs Iesus Christus Filius tu' Dñs noster cum omnibus sanctis, paratã sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amẽ.

Si faciẽda sit commemoratio alicuius festi occurrentis, secunda oratio dr̃ de Sancto, tertia de S. Maria: quæ terminatur sic Per eumdem Dominum. Et sic terminatur Secreta, & Postcommunio.

Si autem dicatur Missa de festo Duplici, post orationẽ festi dr̃ orõ tantum de Aduentu. Quando vero dr̃ Missa de festo Simplici, vel Semiduplici, secunda orõ erit de Aduentu, tertia de B. Virgine: nisi aliter in proprijs locis signetur. Idẽ modus seruetur in Quadrag. in Rogation. & in Quat. tẽporib. Septembris.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

FRatres: Hora est iã nos de somno surgere. Nũc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera Cap. 13.

tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus; non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & æmulatione: sed induimini Dominum Iesum Christum. Graduale.

Psal. 24 Vniuersi, qui te expectant, non confundentur Domine. ℣. Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. Alleluia, alleluia. ℣. Ostende nobis Psal. 84 Dñe misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis, Alleluia. In ferijs Aduentus, quando per hebdomadam resumitur Missa de Dñica, nõ dicitur Alleluia, nec Versus sequens: sed tantum dr̃ Graduale, quod reiteratur vsq; ad Versum. Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.



Cap. 21. IN illo tẽpore, Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis, & venisset Bethphage ad montẽ oliueti: tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi: & siquis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autẽ totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Euntes autẽ discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerũt. Plurima autem turba strauerunt vestimẽta sua in via: alij autem cædebãt ramos de arboribus: & sternebant in via: turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebãtur, clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini. Credo. Offertorium.

Ad te leuaui animã meã: Deus meus in te confido, non erubescam: Neque irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, nõ confundẽtur. Secreta. Psal. 24

HÆc sacra nos Dñe potenti virtute mundatos, ad suũ faciãt puriores peruenire principiũ. Per Dominum.

De sancta Maria, Secreta.

IN mẽtibus nostris quæsumus Domine veræ fidei sacramẽta cõfirma: vt qui cõceptum de Virgine, Deum verũ & hominẽ confitemur, per eius salutiferæ resurrectionis potentiã, ad æternã mereamur peruenire lætitiam. De omnibus Sanctis, Secr.

PRope esto Domine omnibus expectantibus te in veritate: vt sacro munere in aduentu Filij tui Domini nostri placitis tibi actibus præsentemur. Per eumdem Dominum. Communio.

Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. Postcom. Psal. 84

SVscipiamus Dñe misericordiã tuã in medio templi tui: vt reparationis nostræ ventura sollemnia congruis honoribus præcedamus. Per Dominum.

De sancta Maria, Postcommunio.

GRatiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde: vt qui Angelo nunciante Christi Filij tui incarnationem cognouimus; per passionem eius & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

De

De omnibus Sanctis, Postcommunio.

MEntes nostras quæsumus Domine lumine tuæ visitationis illustra: vt per hæc quæ sumpsimus, te largiente mereamur esse inter aduersa securi. Per Dominum. Dicit Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. & sic seruatur quoties non dicitur Gloria in excelsis.

Infra Hebd. si dicenda sit Missa de Feria, semper resumitur Missa de Dñica præcedēti, nisi propria Missa assignetur: in quibus Missis fiunt genuflexiones.

Cum vero in Aduentu, in Quadragesima, in Quattuor temporibus, in Vigilijs, & in Rogationibus, dicit Missa de Festo occurrenti, vel de beata Virg. in Sabbato, semper fit commemoratio de Feria: & pro commemoratione Feriarū Aductus dicitur Oratio Dominicę præcedentis, nisi sint Quattuor tempora, in quibus habetur Oratio propria.

---

## DOMINICA SECVNDA Aduentus.

Statio ad S. Crucem in Ierusalem. Intr.

Is.30. POpulus Sion, ecce Dominus veniet ad saluandas gentes: & auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, in lætitia cor-

Ps.79 dis vestri. Psalmus. Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

EXcita Domine corda nostra ad pręparandas Vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecū viuit & reg. Secunda, & tertia Oratio, vt in præcedenti Dominica. I.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

FRatres: Quæcumque scripta Cap. 15. sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ, & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christū: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gētes, in eū Gentes sperabunt. Deus autē spei repleat vos omni gaudio, & pace in credēdo, vt abūdetis in spe, & virtute Spiritus sancti. Grad.

Ex Sion species decoris eius. Deus mani- Ps.49

feste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius: qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia. Alleluia, alleluia. ℣. Læ Psal. 121.

tatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij secundū Lucā.

IN illo tēpore, Dixit Iesus Cap. 21. discipulis suis: Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura Gentium præ confusione soni-

tus maris, & fluctuum: arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cælorum mouebuntur; & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores; cũ producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniã prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum, & terra transibunt: verba autem mea non transibũt. Credo.

Ps. 84 Offertorium. Deus tu conuertens viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Secreta.

PLacare quæsumus Domine humilitatis nostræ precibus & hostijs: & vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre præsidijs. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in præcedenti Dominica. 2.

Communio.

Baruc. 5 Ierusalem surge, & sta in excelso: & vide iucũditatẽ, quæ veniet tibi à Deo tuo.

Postcommunio.

REpleti cibo spiritualis alimoniæ, supplices te Dñe deprecamur; vt huius participatione mysterij, doceas nos terrena despicere, & amare cælestia. Per Dominum.

Aliæ Postcommuniones, vt in præcedenti Dominica. 2.

## DOMINICA TERTIA Aduentus.

Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

GAudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, petitiones vestræ innotescant apud Deum. Phil. 4.
Psalm. Benedixisti Domine terram tuã: auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria Patri, & Filio. Non dicitur Gloria in excelsis. Ps. 84

Oratio.

AVrem tuam quæsumus Domine precibus nostris accommoda: & mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitationis illustra. Qui viuis, & regnas.

Secunda, & tertia oratio, vt in Dominica prima Aduentus. 1.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Sic nos existimet homo vt ministros Christi: & dispensatores mysteriorũ Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. 1. Cor. 4.

Graduale.

Qui sedes Domine super cherubim, excita potentiam tuam, & veni. ℣. Qui Ps. 79

regis

regis Iſrael, intende: qui deducis velut ouem Ioſeph. Alleluia, alleluia. ℣. Excita Domine potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos. Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Cap. 11.

IN illo tẽpore, Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cæpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Quid exiſtis in deſertum videre? arũdinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm prophetam. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuã, qui præparabit viam tuam ante te. Credo.

Pſ.84. Offertoriũ Benedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ. Secreta.

DEuotionis noſtræ tibi quæſumus Domine hoſtia iugiter inmoletur: quę & ſacri peragat inſtituta myſterij, & ſalutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per Dominum. Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima Aduentus. 2.

Communio. Dicite puſillanimis: Confortamini, & nolite timere: ecce Deus veſter veniet, & ſaluabit vos. Poſtcom. Iſ.35

IMploramus Dñe clemẽtiam tuam: vt hæc diuina ſubſidia, à vitijs expiatos, ad feſta ventura nos præparent. Per Dominum. Aliæ Poſtcommuniones, vt in Dominica prima Aduentus. 2.

---

## FERIA QVARTA Quattuor temporum.

Non fiunt genuflexiones.

Statio ad S. Mariam Maiorẽ. Introitus.

ROrate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum; aperiatur terra, & germinet ſaluatorẽ. Pſalm. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria Patri. Oremus ſine Dominus vobiſcum. Ad hãc orationem ſtent Fratres verſis vultibus ad Altare. Oratio. Iſ.45 Pſ.18

FEſtina quæſumus Domine, ne tardaueris; & auxilium nobis ſupernæ virtutis impende: vt aduentus tui conſolationibus ſubleuentur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuis.

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

IN diebus illis: Dixit Iſaias propheta: Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbũ Domini de Cap. 2.

Ierusalem. Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gẽtem gladium, nec exercebuntur vltra ad prȩlium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Graduale.

Psal. 23. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriȩ. ℣. Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde.

Non reiteratur Graduale. Hic dicitur Dominus vobiscum. Ad hanc orationem inclinent se Fratres. Oratio.

PRæsta quæsumus oĩpotens Deus; vt redemptionis nostræ vẽtura sollemnitas, & præsentis nobis vitæ subsistia cõferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per Dominum.

Et dicitur hæc oratio tantum.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 7. IN diebus illis, Adiecit Domin⁹ loqui ad Achaz, dicẽs: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Nũquid parũ vobis est, molestos esse hominibus, qa molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signũ. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ, & vocabit nomẽ ei⁹ Emmanuel. Butyrũ & mel comedet, vt sciat reprobare malũ, & eligere bonum.

Psal. 144. Graduale. Prope est Dñs omnibus inuocantibus eum: omnibus qui inuocant eũ in veritate. ℣. Laudem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius. Graduale reiteratur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomẽ Nazareth, ad Virginẽ desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid & nomẽ virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eã dixit: Aue gratia plena: Dñs tecũ: Benedicta tu in mulierib⁹. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiã apud Deũ: ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius altissimi vocabitur, & dabit illi Domin⁹ Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelũ: Quomodo fiet istud, quoniam virũ nõ cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obũbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia nõ erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Offertorium.

Aue Maria gratia plena: Dominus tecũ: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Secreta. Luc. 1.

ACcepta tibi sint quęsumus Domine nostra ieiunia: quæ & expiando

do, nos tua gratia dignos efficiāt, & ad promissa sempiterna perducāt. Per Do.

Isa. 7. Communio. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomē eius Emmanuel. Postcommun.

SAlutaris tui Domine munere satiati, supplices deprecamur, vt cuius lætamur gustu, renouemur effectu. Per Dominum nostrum.

---

FERIA SEXTA
Quat. temp. Fiunt genuflexiones.
Statio ad SS. duodecim Apostolos.
Introitus.

Psal. 118.
PRope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: qa in æternum tu es. Psalm. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri. Oratio.

EXcita quæsumus Domine potentiā tuam, & veni: vt hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis. Aliæ Orationes, vt in prima Dominica Aduent. 1.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 11.
HÆc dicit Dn̄s Deus: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini: non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ: & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renū eius.

Grad. Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuū da nobis. Psal. 84
℣. Benedixisti Dn̄e terram tuam: auertisti captiuitatē Iacob. Grad. reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Exurgens Maria, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domū Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficiētur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Cap. 1.

Offertorium. Deus tu conuertens viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. Psal. 84.

Secreta.

MVneribus nostris, quæsumus Domine, precibusq; susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dn̄m. Aliæ Secr. vt in Dn̄ica prima Aduentus. 2. Commu.

Zach. 14. Ecce Dñs veniet, & oẽs sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. Postc.

QVi nos Dñe sacramẽti libatio sancta restauret: & à vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per Dñm. Aliæ Postcommun. vt in Dominica prima Aduent. 2.

SABBATO

Quattuor temp. Fiunt genuflexiones. Statio ad S. Petrum. Introitus.

Ps. 79 VEni, & ostende nobis faciem tuam Domine, qui sedes super cherubim: & salui erimus. Psalm. Qui regis Israel, intẽde: qui deducis velut ouẽ Ioseph. ℣. Gloria Patri. Ad primas quinque orationes, sine Dñs vobiscum, præmittitur tantum Oremus: ad eas stent Fratres versis vultibus ad altare. Oratio.

DEus, qui conspicis, quia ex nostra prauitate affligimur; cõcede propitius; vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis. Lectiones legantur à iunioribus incipiendo.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 19. IN diebus illis: Clamabunt ad Dñm à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem & propugnatorẽ, qui liberet eos. Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, & cognoscẽt Ægyptij Dñm in die illa, & colent eum in hostijs, & in muneribus: & vota vouebunt Dño, & soluent. Et percutiet Dñs Ægyptum plaga, & sanabit eã, & reuertẽtur ad Dñm, & placabit eis, & sanabit eos.

Ps. 18 Graduale. A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsq; ad summum eius. ℣. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamẽtum. Graduale non reiteretur. Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur, expectata vnigeniti Filij tui noua natiuitate liberemur. ~~Per eumdem Dominum~~ Qui tecum viuit, et regnat.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dñs: Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabũda & laudans: gloria Libani data est ei: decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorẽ Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Cõfortamini, & nolite timere: ecce De⁹ vester vltionẽ adducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit vos. Tunc aperiẽtur oculi cæcorũ, & aures surdorũ patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorũ: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Et quæ erat arida, erit in stagnũ, & sitiens in fontes aquarum. Graduale. Cap. 35.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tamquam sponsus procedẽs de thalamo suo. ℣. A summo cælo egressio eius: & occursus eius vsque ad summum eius. Ps. 18

Graduale non reiteretur. Oratio.

INdignos nos, quęsumus Dñe, famulos tuos, quos actionis propriæ culpa contristat, vnigeniti Filij tui aduentu lætifica. ~~Per eumdem Dominum~~ Qui tecum viuit

Lectio Isaiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dñs: Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion: exalta in forti- Cap. 40.

tudine

tudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iuda: Ecce Deus veſter: ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachiũ eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut paſtor gregem ſuũ paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. Gradua.

Pſ.79 Domine Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. ℣. Excita Domine potentiã tuam, & veni, vt ſaluos facias nos.

Graduale non reiteretur. Oratio.

PRæſta quæſumus oĩpotens Deus; vt Filij tui ventura ſollemnitas, & præſentis nobis vitæ remedia conferat, & præmia æterna concedat. Per eũdem.

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

Cap. 45. HÆc dicit Dominus chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubijciam ante faciem eius Gentes, & dorſa regum vertam, & aperiã coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo: & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringã. Et dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorũ: vt ſcias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Iſrael. Propter ſeruum meum Iacob, & Iſrael electum meum, & vocaui te nomine tuo: aſſimilaui te, & non cognouiſti me. Ego Dominus, & nõ eſt amplius: extra me non eſt Deus: accinxi te, & non cognouiſti me: Vt ſciant hi, qui ab ortu ſolis, & qui ab occidente, quoniam abſq; me nõ eſt Deus. Ego Dñs, & nõ eſt alter, formans lucẽ, & creãs tenebras, faciens pacem, & creans malum: ego Dñs faciens omnia hæc. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet ſaluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul: ego Dñs creaui eum.

Graduale. Excita Domine potentiam tuã, & veni, vt ſaluos facias nos. ℣. Qui Pſ.79 regis Iſrael, intende: qui deducis velut ouẽ Ioſeph. Qui ſedes ſuper Cherubim, apparere coram Ephraim, Beniamin, & Manaſſe.

Graduale non reiteretur. Oratio.

PReces populi tui quæſumus Domine clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pietatis tuæ viſitatione conſolemur. Qui viuis & regnas.

Sequens Lectio à Diacono legatur.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis, Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Et effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Et non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtauit, nec quidquam moleſtiæ intulit. Tũc hi tres quaſi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deũ in fornace, dicentes. Cap. 3. Tractus, vel hymnus ſequens à duobus cantatur, Choro reſpondente ſingulis verſibus.

BEnedictus es Domine Deus patrum noſtrorum: & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula. Dan. 3.

℟. Benedictus es Domine Deus patrũ noſtrorum: & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

℣. Et

℣. Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctũ. ℟. Et laudabile, & superexaltatum in omnibus sæculis.
℣. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. ℟. Et superlaudabilis, & supergloriosus in sæcula.
℣. Benedictus es in throno regni tui.
℟. Et superlaudabilis, & superexaltatus in sęcula.
℣. Benedictus es, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim. ℟. Et laudabilis, & superexaltatus in sæcula.
℣. Benedictus es in firmamento cæli.
℟. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.
℣. Benedicant te omnes angeli, & sãcti tui. ℟. Laudabilẽ, & gloriosũ in sæcula.
℣ Benedicant te cæli, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt. ℟. Laudabilem, & gloriosum in sæcula.
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. ℟. Laudabili, & glorioso in sæcula.
℣. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amẽ.
℟ Laudabili, & glorioso in sæcula.
℣. Benedictus es Domine De⁹ patrum nostrorum. ℟. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula. Hic dr̃ versus Dñs vobiscum. Oremus. Ad hanc orõnem fratres genuflectunt. Orõ.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ; concede propitius; vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum.

Aliæ Orationes, vt in Dñica j. Aduen. I.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

2. Thes. 2. ROgamus vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum: vt non cito moueamini à vestro sensu, neq; terreamini, neque p̄ spiritum, neque per sermonẽ, neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Dñi. Ne quis vos seducat vllo modo: quoniam nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius p̄ditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicit̃ Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tamquã sit Deus. Non retinetis quòd cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. Nã mysteriũ iam operatur iniquitatis: tantũ vt qui tenet, nũc teneat, donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniqu⁹, quẽ Dñs Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduẽtus sui.

Tractus. Qui regis Israel, intẽde: qui deducis velut ouem Ioseph. ℣. Qui sedes super cherubim, appare corã Ephraim, Beniamin, & Manasse. ℣. Excita Domine potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. Ps. 79

Sequẽtia S. Euangelij secundũ Lucam.

ANno quintodecimo imperij Tiberij Cęsaris, procurante Pontio Pilato Iudæã, tetrarcha autẽ Galilææ Herode, Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Ituręæ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinę tetrarcha, sub principibus sacerdotũ Anna, & Caipha: factum est verbum Domini super Ioannem, Zachariæ filiũ, in deserto. Et venit in omnẽ regionem Iordanis, prædicans baptismũ pænitentiæ in remissionẽ peccatorũ, sicut scriptũ est in Libro sermo- Cap. 3.

num Isaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius: omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erũt praua in directa: & aspera in vias planas: & videbit oĩs caro salutare Dei.
Zach 9. Offertorium. Exulta satis filia Sion, prædica filia Ierusalem; Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & saluator. Secreta.

SAcrificijs præsentibus quæsumus Domine placatus intende: vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Dominum. Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima Aduentus. 2. Communio.
Ps. 18 Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius & occursus eius vsque ad summum eius. Postcom.

QVæsumus Domine Deus noster: vt sacrosancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine cõtulisti; & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima Aduentus. 2.

DOMINICA QVARTA Aduentus.

Statio ad SS. xij. Apostolos. Introitus.

Psal. 105. MEmẽto nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo: Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ vt lauderis cum hæreditate tua. Psalm. Confitemini Dño quoniã bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. ℣. Gloria Patri. Non dr̃ Gloria in excelsis. Oro.

EXcita Domine potentiam tuam, et veni; & magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui viuis & regnas. Aliæ orationes, vt in Dominica prima Aduentus. 1.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

FRatres: Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescãt apud Deũ. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu Dño nostro. Cap. 4.
Grad. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. ℣. Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Alleluia, alleluia. ℣. Veni Domine & noli tardare: relaxa facinora plebis tuæ Israel. Alleluia. Ps. 23

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Miserunt Iudęi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Ioannem vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit: & confessus est: Quia nõ sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum: Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es vt responsum demus his, qui miserunt nos? quid Cap. 1.

dicis de te ipso? Ait: ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Credo. Offertorium.

Is. 35. Confortamini, & iam nolite timere: ecce enim Deus vester retribuet iudicium: ipse veniet, & saluos vos faciet. Secreta.

SAcrificijs præsentibus quæsumus Domine placatus intende: vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Dominum nostrum. ; nisi Vigilia [vene]rit in Dominica.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima Aduentus. 2.

Is. 7. Communio. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcommunio.

SVmptis muneribus quæsumus Domine; vt cum frequẽtatione mysterij, crescat nostræ salutis effectus. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima Aduentus. 2.

Si Vigilia Natiuitatis Domini in Dominica venerit post Primã cãtetur Missa de Dominica, vt supra: & maior Missa fit de Vigilia: Missæ autẽ priuatę dicãtur de Vigilia cum commemoratione tantum de Dominica, & in fine legatur Euangelium prædictæ Dominicæ.

## IN VIGILIA Natiuitatis Domini.

Non fiunt genuflexiones.

Statio ad S. Mariam Maiorem. Introitus.

HOdie scietis, quia veniet Dominus, & saluabit vos: & mane videbitis gloriam eius. Exo. 16. Psal. Dñi est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Ps. 23. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos redemptionis nostræ annua expectatione lætificas, præsta; vt Vnigenitum tuũ, quem redemptorem læti suscipimus, venientẽ quoque iudicẽ securi videamus; Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum viuit.

[E]t dicitur hæc oratio tantum *

Accolythus legit lectionem sequentem.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dominus: Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt Gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Non vocaberis vltra Derelicta: & terra tua non vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur: quia complacuit Domino in te. Cap. 62.

Deinde sine interuallo dicitur à Subdiacono Epistola.

Lectio

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Cap. 1. PAulus, seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis, de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundũ spiritũ sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Dñi nostri: per quẽ accepimus gratiam, & Apostolatũ ad obediẽdũ fidei in omnibus Gẽtibus pro nomine eius, in quib⁹ estis & vos vocati Iesu Chri Dñi nostri.

Exo. 16. Graduale. Hodie scietis, quia veniet Dominus, & saluabit nos: & mane videbitis

Ps. 79 gloriam eius. ℣. Qui regis Israel, intẽde: qui deducis velut ouem Ioseph. Qui sedes super cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse. Si Dñica non fuerit Grad. reiteret. Si autẽ Dñica fuerit, dr̃ Allel. allel. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terræ: & regnabit super nos Saluator mundi. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 1. CVm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hæc autẽ eo cogitante, ecce Angelus Dñi apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã: quod enim in ea natũ est, de Spiritu sancto est. Pariet autẽ filiũ: & vocabis nomen eius Iesũ: ipse enim saluũ faciet populum suum à peccatis eorum.

Offertorium. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. Ps. 23

Secreta.

DA nobis quæsumus oĩps Deus; vt sicut adoranda Filij tui natalitia præuenimus, sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Qui tecum.

Cõm. Reuelabitur gloria Dñi, & videbit oĩs caro Salutare Dei nostri. Is. 40

Postc.

DA nobis quęsumus Domine vnigeniti Filij tui recensita Natiuitate respirare: cuius cælesti mysterio pascimur, & potamur. Per eumdem Dñm.

Sacerdos, qñ in die Natalis Dñi celebrat tres Missas, in prima, & secunda Missa nõ sumat purificationẽ, sed perfecta communione, post sũptionẽ sanguinis; faciat ablutionẽ in vase, vel alio calice iã præparato: conseruetq; eã: & in vltima Missa oẽs tres ablutiones simul sumat.

Ante quamlibet Missam confessionem dicere debet: & in fine cuiuslibet, populo benedicere.

Si missæ cũ interuallo dicant̃, in fine cuiuslibet dr̃ Salue Regina, & in fine primæ, & secundæ Missæ dr̃ Euangeliũ S. Ioannis. In principio erat Verbum: in fine vero tertiæ, loco p̃dicti Euangelij dr̃ Euangelium, Cum natus esset Iesus, quod inferius in die Epiph. legitur.

Si vero omnes Missæ successiue vna post aliã dñr; in prima, & secunda non dr̃ Salue Regina, nec dr̃ Euangelium S. Ioannis: sed data populo benedictione, immediate incipitur alia Missa: in fine vero tertię dicitur Euangelium Cum natus esset Iesus. vt infra. 33.

Secunda, & tertia Missa nullo modo celebrentur ante auroram.

IN

Die 25. Dec.

# IN NATIVITATE DOMINI

## AD PRIMAM MISSAM IN NOCTE.

Quæ ante Laudes immediate post Te Deum laudamus, omisso Versu Sacerdotali, celebratur.

Statio ad sanctam Mariam Maiorem ad Præsepe. Introitus.

Ps. 2.

DOminus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Psalm. Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? Dominus dixit. ℣. Gloria Patri. Dominus dixit. Et ita obseruatur in omnibus festis Duplicibus maioribus. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere; da quæsumus; vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius quoque gaudijs in cęlo perfruamur. Qui tecum viuit, & regnat.

Accolythus legit lectionem sequentem.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 9.

HÆc dicit Domin⁹: Populus Gẽtium, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & vsque in sempiternum.

Subdiaconus statim Epistolam sequentem cantet.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Titum.

CHarissime: Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiẽs nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria: sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sęculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorẽ bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare. Cap. 2.

Graduale. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Alleluia. Psal. 109. Ps. 2.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tẽpore, Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino: & ibant omnes vt profiterentur Cap. 2.

tur

rentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem; eo quòd eſſet de domo, & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Factum eſt autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in preſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem vigilãtes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Credo.

Pſ.95 Offertorium. Lætentur cæli, & exultet terra ante faciem Domini, quoniam venit.

Secreta.

ACcepta tibi ſit Domine quæſumus hodiernæ feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente, per hæc ſacroſancta commercia, in illius inueniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate.

Præfatio. Quia per incarnati. 178.

Infra actionem. Communicantes, & noctem ſacratiſsimam celebrantes. In hac Miſſa tantum dicitur noctem: deinceps vero dicitur diem ſacratiſsimum. Communio. In ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante Luciferum genui te. Pſal. 109.

Dicta Communione, immediate incipiuntur Laudes, ſine verſu ſacerdotali, & ſine Deus in adiutorium: ſed abſolute dicitur Antiphona. Quem vidiſtis: & repetita vltima Aña. Paruul⁹ Filius, poſt Pſalm. non dicitur Capitulum, nec Hymnus, neque ℣. ſed immediate incipitur à celebrãte ad Benedictus Antiphona.

& in terra pax hominibus bonæ voluntatis, alleluia, alleluia. Canticum. Benedictus. Luc. 2.

Quo finito ~~[illegible] celebrans incipiat~~ Antiphonam: & poſtea ‡ dicat, Dominus vobiſcum.

Oremus. Poſtcommunio.

DA nobis quæſumus Domine Deus noſter; vt qui Natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti myſterijs nos frequentare gaudemus, dignis conuerſationibus ad eius mereamur peruenire conſortium. Qui tecum viuit & regnat. Deinde repetat Dominus vobiſcum. & à Diacono dicitur Ite Miſſa eſt, & ſic Miſſa, & Laudes ſimul terminantur.

¶ In Miſsis priuatis, dicta Communione In ſplendoribus, omnibus alijs omiſsis, ſtatim dicitur, Dominus vobiſcum. Oremus: & Poſtcommun. Da nobis quæſumus, vt ſupra.

AD

✗ cantores in choro incipiant, et repetant

‡ celebrans

AD SECVNDAM Missam in Aurora.

Statio ad sanctam Anastasiam. Introit⁹.

Isa.9.
LVx fulgebit hodie super nos: quia natus est nobis Dominus: & vocabitur Admirabilis, Deus, princeps pacis, pater futuri sæculi: cuius regni nõ erit finis.
Ps.91 Psalm. Domin⁹ regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinẽ, & præcinxit se. Lux fulgebit. ℣. Gloria Patri. Lux fulgebit. Gloria in excelsis. Oratio.

DA nobis quæsumus omnipotens Deus: vt qui noua incarnati Verbi tui luce perfundimur, hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eumdem Dominum.

Pro sancta Anastasia, Oratio.

DA nobis quæsumus omnipotens De⁹; vt qui beatæ Anastasiæ martyris tuæ sollemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Accolythus legit lectionem sequentem.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap 61.
HÆc dicit Dominus: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit Dominus me: ad annunciandum mansuetis misit me, vt medérer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionẽ: vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: vt consolarer omnes lugentes: vt ponerem lugentibus Sion: & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mçroris: & vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plãtatio Domini ad glorificandum. Ecce Dominus Cap. 62.
auditum fecit in extremis terræ. Dicite filiæ Sion, Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos, Populus sanctus, redempti à Domino. Subdiaconus statim Epistolam sequentem cantet.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Titum.

CHarissime: Benignitas, & hu- Cap. 3.
manitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiç, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ.

Graduale. Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Domin⁹, & illuxit nobis. ℣. A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem Ps.91
induit, induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Pa- Cap. 2.
stores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo,

verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quę audierant, & viderant sicut dictum est ad illos. Credo. Offertorium.

Ps. 92. Deus firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Parata sedes tua Deus ex tunc: à sæculo tu es. Secreta.

MVnera nostra, quęsumus Domine, Natiuitatis hodiernæ mysterijs apta proueniant: & pacẽ nobis semper infundant: vt sicut homo genitus idem refulsit & Deus, sic nobis hæc terrena substantia conferat quod diuinum est. Per eumdem Dominum.

Pro sancta Anastasia, Secreta.

ACcipe quęsumus Domine munera dignãter oblata: & beatę Anastasiæ martyris tuæ suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per Dominum.

Præfatio. Quia per incarnati, & Communicantes. 178.

Zach. 9. Communio. Exulta filia Sion, lauda filia Ierusalem: ecce rex tuus venit iustus, & saluator mundi. Postcom.

HVius nos Domine sacramẽti semper nouitas natalis instauret: cuius Natiuitas singularis humanam repulit vetustatem. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum.

Pro sancta Anastasia, Postcom.

SAtiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: eius quæsumus interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum.

AD TERTIAM

Missam in die Natalis Domini.

Statio ad S. Mariam Maiorem. Intr.

PVer natus est nobis, & filius datus est nobis; cuius imperium super humerum eius: & vocabitur nomen eius magni cõsilij Angelus. Isa. 9. Psal. Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Puer natus. ℣. Gloria Patri. Puer natus. Gloria in excelsis. Psal. 97. Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt nos Vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eumdem Dominum.

Accolythus legit lectionem sequentem.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dominus: Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Quàm pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutẽ, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus! Vox speculatorũ tuorũ: leuauerunt vocem, simul laudabũt: quia oculo ad oculũ videbunt cum conuerterit Dñs Sion. Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalem: quia cõsolatus est Dñs populum suũ, redemit Ierusalem. Parauit Dñs brachiũ sanctũ suum in oculis omniũ Gentium: & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Cap. 52.

Subdiaconus statim Epistolam sequentem cantet.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Cap. 1. MVltifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula: qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquãdo Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium? Et cum iterũ introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et: Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Psal. 97. Graduale. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit Dominus salutare suum: ante conspectũ gentium reuelauit iustitiam suam. Allel. allel. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis. Venite gentes, & adorate Dominum: quia hodie descendit lux magna super terram. Alleluia.

Initium S. Euangelij secundũ Ioannem.

Cap. 1. IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mũdus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *Et Verbum caro factum est*, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis. Credo. Hic genu flectitur.

Offertorium. Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia & iudicium pręparatio sedis tuæ. Psal. 88.

Secreta.

Oblata

OBlata Dñe munera, noua Vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eumdem Dominum.

Præfatio. Quia per incarnati, & Communicantes. 178.

Ps.97 Communio. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Postcom.

PRæsta quæsumus oĩpotens Deus; vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit & regnat.

In fine huius tertiæ Missæ dr̃ Euang. Cum natus esset Iesus. quod inferius in die Epiphaniæ legitur. 35.

Die 26. Dec.

## IN FESTO S. Stephani protomartyris.

Statio ad sanctum Stephanum in cęlio monte. Introitus.

Psal. 118. SEderunt principes, & aduersum me loquebãtur: & iniquę persecuti sunt me. Adiuua me Domine Deus meus: quia seruus tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Psal. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Sederunt.

℣. Gloria Patri. Sederunt. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

DA nobis quæsumus Dñe imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominũ nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

Et fit commem. de Natiuitate. Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt nos Vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eumdem Dominum nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis: Stephanus plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo. cap.6 Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur. Audientes cap.7 autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et ait: Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabãt Stephanum inuocantem, & dicẽtem: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino.

Graduale. Sederunt principes, & aduersum me loquebantur: & iniquę persecuti sunt me. Psal. 118. ℣. Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam. Alleluia, alleluia.

℣. Video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Alleluia. Act. 7.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 23.

IN illo tempore, Iesus locutus est ad Scribas, & Pharisæos, dicens: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrã, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquet̃ vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Credo.

Act. 6. Offertorium. Elegerunt Apostoli Stephanum leuitam, virum plenũ fide, & Spiritu sancto: quẽ lapidauerunt Iudæi orantem, & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum, alleluia. Secreta.

SVscipe Dñe munera pro tuorũ commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per Dominum.

Pro Natiuitate Domini, Secreta.

OBlata Dñe munera, noua Vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eumdem Dominum.

Præfatio, Quia per incarnati, & Communicantes, de Natiuitate.

Communio. Video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Dñe Iesu suscipe spiritum meum, & ne statuas illis hoc peccatum. Postcomm. Act. 7

AVxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment. Per Dñm.

Pro Natiuitate, Postcommunio.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit & regnat.

---

## IN FESTO S. Ioannis Apostoli, & Euangelistæ. Die 27. Dec.

Statio ad S. Mariam Maiorem. Intr.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eũ Dominus spiritu sapientiæ & intellectus, stola gloriæ induit eum. Psal. Bonum est cõfiteri Dño, & psallere nomini tuo Altissime. In medio. ℣. Gloria Patri. In medio. Gloria in excelsis. Oratio. Eccl. 15. Ps. 91.

ECclesiam tuam Domine benignus illustra: vt beati Ioãnis Apostoli tui, & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dñm.

Pro Natiuitate, Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt nos Vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet; quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro

Pro sancto Stephano. Oratio.

DA nobis quæsumus Dñe imitari quod colimus; vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominũ nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecũ viuit.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 15. QVi timet Deum, faciet bona: & qui cõtinens est iustitiæ, apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum: & firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos, & in medio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ, & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum. Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illũ, & nomine æterno hęreditabit illum.

Ioan. 21. Graduale. Exijt sermo inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Non moritur. ℣. Sed: Sic eum volo manere donec veniam: tu me sequere. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: & scimus, quia verũ est testimonium eius, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 21. IN illo tempore, Dicit Iesus Petro: Sequere me. Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem: qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Non moritur: sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hęc: et scimus, quia verum est testimonium eius. Credo.

Offertorium. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Psal. 91

Secreta.

SVscipe Dñe munera, quę in eius tibi sollemnitate deferimus; cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

Pro Natiuitate, Secreta.

OBlata Dñe munera, noua Vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda.

Pro S. Stephano. Secreta.

SVscipe Dñe munera pro tuorũ cõmemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per Dominum.

Præfatio. Te Dñe suppliciter exorare, de Apostolis: sed Cõmunicantes, de Natiuit. Cõmunio. Exijt sermo inter fratres, Ioan. 21. quia discipulus ille nõ moritur. Et nõ dixit Iesus: Non moritur: sed: Sic eum volo manere donec veniam.

Postcommun.

REfecti cibo, potuque cælesti, Deus noster te supplices deprecamur; vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Do.

Pro Natiuitate, Postcom.

PRæsta q̃sumus omnipotens Deus; vt natus hodie Saluator mundi, si-

cut diuinæ nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro S. Stephano. Postcommun.

Auxilientur nobis Dñe sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment. Per Dñm.

---

Die 28. Decēb.

## IN FESTO sanctorum Innocentium.

Statio ad S. Paulum. Introitus.

Psl. 8.

EX ore infantium Deus, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. Psalm. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis, nec Alleluia. nec Ite missa est, nisi hoc festū venerit in Dñica: sed in die Octauo sēper dicuntur. Oratio.

DEus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt; omnia in nobis vitiorum mala mortifica; vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Dom. nostrum. ~~Qui viuis.~~ Pro Natiuitate, Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet; quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro S. Stephano, Oratio.

DA nobis quæsumus Domine imitari quod colimus; vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro Sancto Ioanne, Oratio.

ECclesiam tuam Domine benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui, & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

IN diebus illis: Vidi: & ecce Cap. 14.
Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quattuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cęlo, tamquam vocem aquarum multarū, & tamquam tonitrui magni: & vocem, quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quattuor animalia, & seniores; nemo poterat dicere canticum, et nisi illa centū quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sūt. Hi sequuntur Agnū quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno, & in ore eorum non est inuentū mēdacium: sine macula enim sunt ante thronū Dei.

Graduale. Anima nostra sicut passer Psal. 123.
erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus cōtritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Si Dominica fuerit, dicitur Alleluia, alleluia.

℣. Sub throno Dei omnes sancti clamant: Vindica sanguinem nostrum Deus noster. Alleluia. Apo. 19.
Si Dominica non fuerit, loco Alleluia, dicto Graduali, dicitur Laus tibi Christe,

Laus

Laus tibi Christe. ℣. Sub throno Dei omnes sancti clamãt: Vindica sanguinẽ nostrũ Deus noster. Laus tibi Christe.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 2. IN illo tẽpore, Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum, et matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum: & erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictũ est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimatu & infra secundum tempus, quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Vox in Rama audita est ploratus, & vlulatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Credo. Offertorium.

Psal. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta.

SAnctorum tuorum Domine nobis pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgẽtiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Pro Natiuitate, Secreta.

OBlata Dñe munera, noua Vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; à peccatorũ nostrorũ maculis emunda.

Pro sancto Stephano, Secreta.

SVscipe Domine munera pro tuorũ commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Ioanne, Secreta.

SVscipe Dñe munera, quæ in eius tibi sollemnitate deferimus; cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Do.

Præfatio. Quia per incarnati, & Communicãtes, de Natiuitate. Communio.

Vox in Rama audita est ploratus, & vlu Matt. 2.
latus multus: Rachel plorãs filios suos, et noluit cõsolari, quia non sunt. Postcom.

VOtiua Dñe dona pcepimus: quæ sanctorũ nobis precibus, & præsentis quæsumus vitæ pariter, & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dñm.

Pro Natiuitate, Postcom.

PRæsta quæsumus oṗs Deus; vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano, Postcom.

AVxiliẽtur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment.

Pro sancto Ioanne, Postcom.

REfecti cibo, potuque cælesti, Deus noster te supplices deprecamur; vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum nostrum.

Si festum S. Thomæ venerit in Dominica, transfertur in sequentem diem.

# IN FESTO

Die 29. Dec. S. Thomæ Episcopi, & martyris. Intr.

Audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beati Thomæ martyris: de cuius passione gaudent angeli, & collaudant Filium Dei. Psal. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 32.

DEus, pro cuius Ecclesia gloriosus pontifex Thomas gladijs impiorũ occubuit; pręsta quęsumus; vt oẽs, qui eius implorãt auxiliũ, petitionis suę salutarem cõsequantur effectum. Per Dñm.

Pro Natiuitate, Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt nos Vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet; quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano, Oratio.

DA nobis q̃s Dñe imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dñm nrm Iesum Christum filiũ tuum.

Pro sancto Ioanne, Oratio.

ECclesiam tuã Domine benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui, & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus, Oratio.

DEus, cuius hodierna die pręconiũ Innocentes martyres nõ loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuã quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. ~~Qui viuis.~~ Per dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRatres: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolére possit ijs, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquàm Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum, secũdum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum, qui possit illum saluum facere à morte cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Cap. 5.

Graduale. Domine præuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Psal. 20.
℣. Vitam petijt à te: & tribuisti ei longitudinem dierum in sęculum sæculi. Alleluia, alleluia. ℣. Lętabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Alleluia. Psal. 63.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, Ioã. 10.

priæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Credo. Offertorium.

Psal. 20. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petijt à te: & tribuisti ei, alleluia. Secreta.

MVnera Dñe oblata sanctifica: & intercedēte beato Thoma martyre tuo atq; pōtifice, per hæc nos à peccatorū nrorum maculis emūda. Per Do.

Pro Natiuitate, Secreta.

OBlata Dñe munera, noua Vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; à peccatorū nostrorū maculis emunda.

Pro sancto Stephano, Secreta.

SVscipe Domine munera pro tuorū commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Ioanne, Secreta.

SVscipe Domine munera, quę in eius tibi sollemnitate deferimus; cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus, Secreta.

SAnctorum tuorum Dñe nobis pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

Præfatio. Quia per incarnati, & Communicantes, de Natiuitate. Commun.

Ioā. 10. Ego sum pastor bonus, alleluia: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, alleluia, alleluia. Postcom.

QVæsumus omnipotens Deus; vt qui cęlestia alimenta percepimus, intercedente beato Thoma martyre tuo atque pontifice, per hęc cōtra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

Pro Natiuitate, Postcommunio.

PRæsta quæsumus ops Deus; vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano, Postcomm.

AVxiliētur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment.

Pro sancto Ioanne, Postcomm.

REfecti cibo, potuq; cælesti, Deus noster, te supplices deprecamur; vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus.

Pro Innocentibus, Postcomm.

VOtiua Domine dona percepimus: quæ sanctorum nobis precibus, & præsentis quæsumus vitæ pariter, & æternæ tribue cōferre subsidium. Per Dominum nostrum.

Si festum Natiuitatis Domini, S. Stephani, S. Ioannis, & SS. Innocentium venerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica: sed die proximo post festum S. Thomæ dicitur Missa de Dominica. Si autem festum S. Thomæ venerit in Dominica, dicitur Missa de Dominica cum comm. de alijs Octauis: & festum S. Thomę transfertur in secundā feriam. Si vero post festum sancti Thomę fuerit Sabbatum, ipsa die Sabbati dicitur Missa

de

de Octaua Natiuitatis, cum commemoratione de alijs Octauis: & in die S. Siluestri post Primam cantetur Missa de Dominica, cum comm. Octauarum: & Missa maior erit de festo cum commem. Octauarum: Missæ vero priuatæ erunt de festo cum commemor. de Dominica, & de Octauis: & in fine Missæ dicitur Euang. Dominicæ.

---

## MISSA DE DOMINICA infra octauam Natiuitatis Domini.

Introitus.

Sap. 18. Vm medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotẽs sermo tuus Domine, de cęlis à regalibus sedibus venit. Psalmus.

Psal. 92. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti Filij tui mereamur bonis operibus abũdare. Per eumdem Dñm. Et fit commem. de Octauis.

Pro Natiuitate, Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt nos Vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano, Oratio.

DA nobis quæsumus Dñe imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominũ nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

Pro sancto Ioanne. Oratio.

ECclesiam tuã Domine benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui, & Euangelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus, Oratio.

DEus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt; omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. ~~Qui viuis & regnas.~~ *Per Dominum.*

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Ratres: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad præfinitũ tempus à Patre: ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mũdi huius eramus seruiẽtes. At vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quòd si filius: & hæres per Deum. Ca. 4.

Graduale. Speciosus forma prę filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Psal. 44.
℣. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis.

Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. Alleluia. Psal. 92.

Sequen-

Sequētia S. Euangelij secundū Lucam.

Cap 2.

IN illo tempore, Erat pater Iesu & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel: & in signum, cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octogintaquattuor: quæ non discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus seruiens nocte, ac die. Et hæc, ipsa hora superueniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Et vt perfecerunt omnia secundum legem Dñi, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autē crescebat, & confortabatur plenus sapiētia: & gratia Dei erat in illo. Credo.

Offertorium. Deus firmauit orbē terræ,
Ps 92 qui non commouebitur. Parata sedes tua Deus ex tunc, à sæculo tu es. Secreta.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis piæ deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dominum.

Pro Natiuitate, Secreta.

OBlata Dñe munera, noua Vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Pro S. Stephano, Secreta.

SVscipe Domine munera pro tuorū commemoratione sanctorum: vt sicut illos paßio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Ioanne, Secreta.

SVscipe Dñe munera, quæ in eius tibi sollemnitate deferimus; cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus, Secreta.

SAnctorum tuorum Dñe nobis pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

Præfatio. Quia per incarnati, & Communicantes, de Natiuitate. Commun.

Accipe puerum, & matrē eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam ~~pueri~~ Postcom. Matt. 2.

PEr huius Dñe operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dñm.

Pro Natiuitate, Postcommun.

PRæsta quęsumus omnipotēs De⁹; vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro S. Stephano, Postcommun.

AVxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment.

Pro sancto Ioanne, Postcomun.

REfecti cibo, potuque cælesti; Deus noster te supplices deprecamur; vt in cui⁹ hęc cōmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus.

Pro Innocentibus, Postcomun.

VOtiua Dñe dona percepimus: quę sanctorū nobis precibus, & præsentis

sentis quæsumus vitæ pariter, & æternæ tribue cõferre subsidiũ. Per Dominum

MISSA DE OCTAVA
Natiuitatis Domini,
Dicenda in die vacante quando fuerit Sabbatum, vt supra dictum est.

Isa. 9. PVer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius: & vocabitur nomen eius magni
Ps. 97 consilij Angelus. Psal. Cantate Domino canticum nouũ: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt nos Vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eumdem Dominum.

Pro S Stephano, Oratio.

DA nobis quęsumus Domine imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominũ nostrũ Iesum Christũ filium tuum. ~~Qui tecum viuit.~~

Pro Sancto Ioanne, Oratio.

ECclesiam tuam Domine benignus illustra: vt beati Ioãnis Apostoli tui & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus, Oratio.

DEus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt; omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. ~~Qui viuis & regnas.~~ Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Titum.

CHarissime: Benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hęredes simus secundum spem, vitæ æternæ. Cap. 3.
Graduale. Viderunt omnes fines terræ Ps. 97.
salutare Dei nostri. Iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit, Dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Alleluia, alleluia. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis. Venite gentes, & adorate Dominum: quia hodie descendit lux magna super terram. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Pastores loquebantur ad inuicẽ: Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinãtes: & inuenerunt Mariã, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictũ erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificãtes, & laudantes Deũ Cap. 2.

in

in oibus, quę audierant, & viderant sicut dictum est ad illos. Credo. Offertoriũ.
Psal. 88. Tui sunt cęli, & tua est terra, orbẽ terrarũ & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Secr.

OBlata Dñe munera, noua Vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eumdem Dominum.

Pro sancto Stephano, Secreta.

SVscipe Domine munera pro tuorũ commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Ioanne, Secreta.

SVscipe Domine munera, quę in eius tibi sollemnitate deferimus; cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus, Secreta.

SAnctorum tuorum Dñe nobis pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

Præfatio. Quia per incarnati, & Communicantes, de Natiuitate.

Psal. 97. Communio. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Postcomm.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit & regnat.

Pro sancto Stephano, Postcomm.

AVxiliẽtur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment.

Pro sancto Ioanne, Postcomm.

REfecti cibo, potuq; cælesti, Deus noster te supplices deprecamur; vt in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus.

Pro Innocentibus, Postcomm.

VOtiua Dñe dona percepimus: quæ sanctorũ nobis precibus, & pręsentis quęsumus vitę pariter, & æternæ tribue cõferre subsidium. Per Dñm.

---

## IN FESTO S.Siluestri Papæ, & Confessoris.

Die 31. Dec.

Si festum S. Siluestri venerit in Dominica, fiat vt dictum est post Missam sancti Thomæ. Introitus.

SAcerdotes eius induã salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. Psal. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri. Psal. 131.

Gloria in excelsis. Oro.

DA q̃s ops Deus; vt beati Siluestri confessoris tui, atque pontificis veneranda sollemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutẽ. Per Dominum.

Pro Natiuitate, Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt nos Vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet; quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano, Oratio.

DA nobis quęsumus Domine imitari quod colimus; vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro sancto Ioanne, Oratio.

ECclesiam tuam Dñe benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui,

&

& Euangelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus, Oratio.

DEus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt; omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominū. ~~Qui viuis & regnas.~~

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

1. Ca 4. CHarissime: Testificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbū, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tēpus, cum sanam doctrinam nō sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum cōsummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentum eius.

Eccl. 44. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum. Alleluia.

Ps. 88

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Credo. Offertorium. Cap. 25.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Ps. 88

Secreta.

MVnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato Siluestro

Siluestro cõfessore tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dñm.

Pro Natiuitate, Secreta.

OBlata Dñe munera, noua Vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Pro S. Stephano, Secreta.

SVscipe Dñe munera pro tuorũ cõmemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Pro S. Ioanne, Secreta.

SVscipe Domine munera, quę in eius tibi sollemnitate deferimus; cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus, Secreta.

SAnctorum tuorum Dñe nobis pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum. Præfatio. Quia per incarnati, & Communicantes, de Natiuitate.

Matt. 24. Communio. Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilãtem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcom.

PRęsta quæsumus oĩpotens Deus; vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Siluestro confessore tuo, atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

Pro Natiuitate, Postcommunio.

PRæsta quæsumus ops Deus; vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro S. Stephano, Postcommunio.

AVxiliẽtur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment.

Pro sancto Ioanne, Postcom.

REfecti cibo, potuq; cælesti, Deus noster te supplices deprecamur; vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus.

Pro Innocentibus, Postcom.

VOtiua Domine dona percepimus: quæ sanctorum nobis precibus, & præsentis quæsumus vitæ pariter, & æternæ tribue cõferre subsidium. Per Dominum nostrum.

---

## IN DIE CIRCVMCISIONIS & in Octaua Natiuitatis Domini. Dici.

Statio ad S. Mariam trans Tiberim. Intr.

PVer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperiũ super humerũ eius: & vocabitur nomen eius magni cõsilij Angelus. Isa. 9

Psal. Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Puer. ℣. Gloria Patri. Puer. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 97.

DEus, qui nobis nati Saluatoris diẽ celebrare concedis octauum; fac nos quæsumus; eius perpetua diuinitate muniri, cuius sumus carnali commercio reparati. Qui tecum viuit.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

MVltifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula: qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis Cap. 1.

tutis ſuæ, purgationẽ peccatorũ faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hęreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſum: Ego ero illi in patrẽ: & ipſe erit mihi in filium? Et cum iterũ introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus Deus in ſæculum ſęculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et: Tu in principio Domine terrã fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt veſtimentum veteraſcent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Pſ. 97. Graduale. Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum: ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Alleluia, alleluia.

Hebr. 1. ℣. Multifariam olim Deus loquens patribus in prophetis: nouiſſime, diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij ſecundũ Lucam.

Ca. 2.

IN illo tempore, Poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circumcideretur puer: vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo, prius quàm in vtero conciperetur. Credo.

Offertorium. Tui ſunt cæli, & tua eſt terra, orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Pſ. 88

Secreta.

PRæſta quæſumus Domine; vt per hæc munera, quæ Domini noſtri Ieſu Chriſti arcanæ natiuitatis myſterio gerimus, purificatis mentibus indulgentiam conſequamur. Per eumdem Dom.

Præfatio. Quia per incarnati, & Communicantes, de Natiuitate.

Communio. Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Pſ. 97

Poſtcommunio.

PRęſta quęſumus Domine; vt quod Saluatoris noſtri iterata ſollemnitate percepimus, perpetuæ nobis redemptionis conferat medicinam. Per eumdem Dominum noſtrum.

---

Si aliqua ex his Octauis, in Dominica venerit, fit Officium de Octaua: de Dominica vero nihil fit.

# IN OCTAVA Sancti Stephani.

Die 2. Ianu.

Totum Officium Miſſæ dr ſicut in die, pręter orõnẽ: ſed Introitus bis dr tm̃: & non dr Credo, niſi Dñica fuerit. Oro.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui primitias martyrum in beati Leuitæ Stephani ſanguine dedicaſti; tribue quæſumus; vt pro nobis interceſſor exiſtat, qui pro ſuis etiã perſecutoribus exorauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum viuit.

Secreta, & Poſtcom. vt in die.

Et fit tantum commemoratio de ſancto Ioanne, & de Innocentibus.

Non dicitur Communicantes, de Natiuitate, ſed tantum Præfatio. Quia per incarnati.

IN

Die 3 Ianua. IN OCTAVA S. IOANNIS

Officium Missæ dr̄ sicut in festo eius: sed Introitus bis dr̄ tantū: & dr̄ Credo. Prima oratio de die, secūda de Innocentibus. Non dicitur Communicantes de Natiuitate.

Die 4. Ianua. IN OCT. SS. INNOCENT.

Officium Missæ dr̄ sicut in die; excepto quòd Gloria excelsis, Alleluia, & Ite missa est dicuntur: & non dicitur Credo, nisi Dominica fuerit Præfatio. Quia per incarnati. Sed non Communicantes, de Natiuitate.

Die 5. Ianua. IN VIGILIA EPIPHANIÆ.

Introitus.

Isa. 9. LVx fulgebit hodie super nos: quia natus est nobis Dominus: & vocabitur Admirabilis, Deus, Princeps pacis, pater futuri sæculi: cuius regni non erit finis. Ps. 92 Ps. Dominus regnauit, decorē indutus est: indutus est Dn̄s fortitudinē, & præcinxit se. ℣. Gloria. Gloria in excelsis. Orō.

COrda nostra, quæsumus Domine venturæ festiuitatis splendor illustret: quo mundi huius tenebris carere valeamus, & perueniamus ad patriam claritatis æternæ. Per Dominum.

De sancta Maria, Oratio.

DEus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti; tribue, quæsumus; vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrū Iesum Christū Filiū tuum.

Pro Papa, Oratio.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuū N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus verbo, & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Dn̄m.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Titum.

CHarissime: Benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suā misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abūde per Iesum Christum Saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ. Cap. 3.

Graduale. Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dn̄s, & illuxit nobis. Psal. 117. ℣. A Dn̄o factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Allel. allel. ℣. Dn̄s regnauit, decorem induit: induit Dominꝰ fortitudinē, et p̄cinxit se virtute. Allel. Ps. 92

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Defuncto Herode, ecce angelꝰ Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerū, & matrem eius, & venit in terrā Israel. Audiens autē quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis, Cap. 2.

secessit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictũ est per Prophetas: Quoniã Nazare' vocabitur.

Ps. 91. Offertorium. Deus firmauit orbem terræ, qui nõ commouebitur. Parata sedes tua Deus ex tunc: à sæculo tu es.. Secreta.

TRibue nobis, quæsumus Dñe, vt eũ pręsentibus immolemus sacrificijs & sumamus, quẽ venturæ sollemnitatis pia munera præloquuntur Dñm nostrũ Iesũ Christũ Filiũ tuũ. Qui tecũ.

De Sancta Maria, Secreta.

MVneribus nostris, quæsumus Domine, precibusq; susceptis, intercedente beata Dei genitrice Maria, & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

Pro Papa, Secreta.

OBlatis, quæsumus Dñe, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorẽ Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per.

Pręfatio. Quia per incarnati. Commun.

Matt. 2. Accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animã pueri. Postcom.

ILlumina quæsumus Dñe populum tuum, & splendore gloriæ tuæ cor eius semper accende: vt Saluatorẽ suum & incessanter agnoscat, & veraciter apprehendat, Dñm nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum viuit.

De Sancta Maria, Postcom.

HÆc nos communio Dñe purget à crimine: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cælestis remedij faciat esse consortes.

Pro Papa, Postcom.

HÆc nos, quæsumus Dñe, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ esse voluisti, vnà cum cõmisso sibi grege saluet semper & muniat. Per Do.

---

## IN EPIPH. DOMINI. Die 6. Ianua.

Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

ECce aduenit dominator Dñs, et regnũ in manu eius, & potestas, & imperium. Psal. Deus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuã filio regis. Ecce aduenit. ℣. Gloria Patri. Ecce. Gloria in excelsis. Oratio.

Mala. 3. Ps. 71.

DEus, qui hodierna die Vnigenitum tuum gẽtibus stella duce reuelasti; concede propitius; vt qui iam te ex fide cognouimus, vsque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem Dominum.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

SVrge illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Cap. 60. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerũt tibi: filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Tũc videbis, & afflues, et mirabitur & dilatabitur cor tuum quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi: Inundatio camelorũ operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba veniẽt, aurũ, &

thus

thus deferẽtes, & laudẽ Dño annũciãtes.

Is.60 Graduale. Omnes de Saba venient aurum, & thus deferentes, & laudẽ Domino annunciantes. ℣. Surge illuminare Ierusalem: quia gloria Domini super te

Matt. 2. orta est. Allel. allel. ℣. Vidimus stellam eius in oriente, & venimus cum muneribus adorare Dominum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 2.

CVm natus esset Iesus in Bethlehem Iudę in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam, dicẽtes: Vbi est qui natus est rex Iudęorum? vidim⁹ enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotũ, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerũt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptũ est per Prophetã: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renũciate mihi, vt & ego veniens adorem eũ. Qui cum audissent regem, abierunt: & ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsq; dum veniẽs staret supra, vbi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerũ cum Maria matre eius, *& procidentes adorauerunt eum*: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Credo. Hic genu flectitur.

Offert. Reges Tharsis, & insulæ munera offerẽt: reges Arabum, & Saba dona adducent: & adorabunt eũ omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei. Ps.71 Secreta.

ECclesiæ tuæ, quæsumus Dñe, dona propitius intuere; quibus non iam aurum, thus, & myrrha profertur, sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, & sumitur. Per Dominum.

Præfatio. Quia cum Vnigenitus.

Infra actionem. Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes, quo Vnigenitus tuus. Communio.

Vidimus stellã eius in oriẽte, & venim⁹ cũ muneribus adorare Dominũ. Matt. 2. Postc.

PRæsta quæsumus oĩpotens Deus; vt quæ sollemni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia consequamur. Per Dominum nostrum.

Infra oct. Epiph. fit idem officium, quod in die: sed Introitus bis dicitur tantum: & post orationem diei, dicuntur orationes; Deus, qui salutis æternæ. & pro Papa, vt in Vigilia Epiphaniæ.

---

## DOMINICA INFRA octauam Epiphaniæ. Introitus.

IN excelso throno vidi sedere virum, quem adorat multitudo angelorum, psallẽtes in vnum: ecce cuius imperij nomẽ est in æternum. Psal. Iubilate Deo omnis Ps.99

nis terra: seruite Dño in lætitia. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

VOta quęsumus Domine supplicãtis populi cælesti pietate prosequere: vt & quæ agenda sunt, videant; & adimplẽda quæ viderint, conualescant. Per Dominum nostrum.

Pro Epiphania, Oratio.

DEus, qui hodierna die Vnigenitum tuum gẽtibus stella duce reuelasti; concede propitius; vt qui iam te ex fide cognouimus, vsq; ad contemplãdam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem Dominum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Cap. 12. OBsecro vos fratres per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

Ps. 71 Graduale. Benedictus Dñs Deus Israel, qui facit mirabilia solus à sæculo. ℣. Suscipiant montes pacem populo tuo: &

Ps. 99 colles iustitiam. Alleluia, alleluia. ℣. Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

CVm factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis in Ierosolymã secundum consuetudinem diei festi, consummatisque dieb᷒, cum redirent, remãsit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regreßi sunt Ierusalem, requirẽtes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quòd me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius cõseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. Credo. Offertorium. Cap. 2.

Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lętitia. Intrate in conspectu eius in exultatione, q̃a Dominus ipse est Deus. Ps. 99

Secreta.

OBlatum tibi Dñe sacrificium viuificet nos semper, & muniat. Per

Per Dominum. Pro Epiph. Secreta.

ECclesiæ tuæ, quæsumus Dñe, dona propitius intuere: quibus non iam aurum, thus, & myrrha profertur; sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, & sumitur. Per Dominum.

Prefatio. Quia cũ Vnigenitus, & Communicantes, de Epiph. Communio.

Luc. 2. Fili, quid fecisti nobis sic? Ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. Et quid est, quòd me quęrebatis, nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Postcommunio.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus; vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

Pro Epiphania. Postcommunio.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt quę sollemni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia consequamur. Per Dominum.

Quando oct. Epiph. Dominica fuerit, supradicta Missa de Dominica cantetur post Primam; & maior Missa cãtetur de die octauo: Missæ vero priuatę dicuntur de die octauo, cum comm. Dominicæ, & in fine legatur Euang. Dominicæ.

---

Die 13. Ianua.

## IN OCTAVA EPIPH.

Introitus.

Mala. 3. ECce aduenit dominator Dominus, & regnũ in manu eius, & potestas, & imperium. Ps. Deus

Psal. 71. iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, cuius Vnigenitus in substantia nostræ carnis apparuit; præsta quæsumus; vt per eum quem similem nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecum.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

SVrge illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuũ, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerũt tibi: filij tui de lõge veniẽt, & filię tuę de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, mirabitur & dilatabitur cor tuum quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi: Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes. Cap. 60.

Graduale. Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudẽ Domino annũciantes. ℣. Surge illuminare Ierusalẽ: quia gloria Domini super te orta est. Alleluia, alleluia. ℣. Vidimus stellam eius in oriente, & venimus cum muneribus adorare Dominum. Alleluia. Isa. 60. Matt. 2.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei: Cap. 3.

Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus, cõfestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cęlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Credo. Offertorium.

Psal. 71. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent: & adorabũt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei. Secreta.

HOstias tibi Domine pro nati filij tui apparitione deferimus, suppliciter exorantes; vt sicut ipse nostrorum auctor est munerum, ita sit ipse misericors, & susceptor, Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum viuit.

Præfatio. Quia cũ Vnigenitus, & Communicantes, de Epiphania. Commun.

Matt. 2. Vidimus stellã eius in oriẽte, & venimus cũ muneribus adorare Dñm. Postcom.

CÆlesti lumine quæsumus Domine semper, & vbique nos pręueni: vt mysteriũ, cuius nos participes esse voluisti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus affectu. Per Dominũ.

Post octa. Epiph. & ante festum Purific. fiat primum Ternarium, cum tribus Missis: quarum ordinem quære in Missis pro Defunctis.

Ab oct. Epiph. vsque ad Purific. (nisi fuerit duplex, & nisi in proprijs locis aliter signetur) post orationẽ diei dicuntur istę orones, Deus, qui salutis æternæ, & Ecclesiæ tuæ, vel Deus omniũ fideliũ, vt in singulis Dñicis signant: & ante primam Dñicam dñr Deus qui salutis, & Deus omnium, vt in Vigilia Epiph. Et qñ occurrit aliqua cõm. dicatur in secundo loco: & tertia oro sit, Deus, qui salutis, quę terminatur sic: Qui tecum viuit, & regnat. Secreta, & Postcomm. terminantur sic, Per eumdem Dominum.

Quia inter Epiph. & Septuages. aliqñ plures, aliqñ pauciores occurrũt Dñicæ, ideo notãdũ est, Quòd Missæ Dñicales, quę supersunt, dici debẽt per Hebdomadam ante Septuages. in ferijs vacantibus. Quòd si nõ suffecerint, dicantur in festis simplicis. cum cõm. eorum: & pro tertia dicatur oro Deus, qui salutis, Vel Omnipotẽs sempiterne Deus, respice, si post Purific. fuerit. Si autẽ nec sic dies suffecerint; in festis nouẽ lectionũ post Primam cantetur Missa de Dñica, & maior de festo: Missæ autẽ priuatę dicantur de festo cum cõmem. Dñicæ: ꝙ si fuerit duplex, nulla alia fiat comm. nisi aliqua propria comm. occurrat. Si vero prędictũ festum non fuerit duplex, pro tertia dicatur, vt supra dictum est: in fine vero Missę legatur Euangelium Dñicę. Relinquãtur tamen missæ, quę resumẽdę sunt ante Aduentum, secundũ exigentiam temporis. Supradictæ vero Missæ solum dicendæ sunt illis diebus, in quibus lectæ sunt eorum Homiliæ ad Matut. & non in alijs.

---

## DOMINICA PRIMA

post oct. Epiphanię. Introitus.

Omnis terra adoret te De⁹, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo Altissime. Psalmus. Iubilate Deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria Patri. Dicitur Gloria in excelsis, in Dominicis vsq; ad Septuag. Psal. 65.

exclu-

exclusiue: in ferialibus vero diebus, qñ resumitũ Missa de Dñica præterita, nõ dr̃ Gloria in excelsis, nec etiã Credo. Qđ seruatur etiam post Trinitatem. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui cęlestia simul, & terrena moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi: & pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dominum.

De sancta Maria, Oratio.

DEus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecũda, humano generi p̃mia pręstitisti; tribue quæsumus; vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorẽ vitę suscipere Dominũ nostrum Iesum Christum filium tuum.

Contra persecutores Ecclesiæ, Oratio.

ECclesiæ tuæ quæsumus Domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribꝰ vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominũ.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Cap. 12. FRatres: Habẽtes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes; siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretũ in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhęrẽtes bono. Charitate fraternitatis inuicẽ diligentes: Honore inuicem præuenientes: Sollicitudine non pigri: Spiritu feruẽtes: Domino seruientes: Spe gaudentes: In tribulatione patiẽtes: Orationi instãtes: Necessitatibus sanctorum communicantes: Hospitalitatem sectantes. Benedicite persequẽtibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cũ gaudentibus, flere cum flentibus: Idipsum inuicem sentientes: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Graduale. Misit Dominus verbũ suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum. ℣. Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. Alleluia. Psal. 106. Psal. 96.

Sic dicitur Alleluia, cum versu post Grad. ab oct. Epiph. vsque ad Septuages. & à Trinitate vsque ad Aduentũ, etiam infra hebdomadam: quando resumitur Missa de Dominica.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum. Vinum nõ habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autẽ ibi lapideę hydriæ sex positę secundũ purificationẽ Iudæorũ, capientes singulę metretas binas vel ternas. Dicit ei Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem Ca. 2.

sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonū vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autē seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilęæ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eū discipuli eius. Credo. Offertorium.

Psal. 65. Iubilate Deo vniuersa terra, psalmū dicite nomini eius. Venite, audite, & narrabo vobis, oēs qui timetis Deum quanta fecit Dn̄s animæ meæ, alleluia. Secreta.

OBlata Dn̄e munera sāctifica: nosq; à peccatorū nr̄orū maculis emunda. Per Dom. De S. Maria, Secreta.

MVneribus nostris, quęsumus Domine, precibusque susceptis, intercedente beata Dei genitrice Maria, & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

Contra persecutores Ecclesiæ, Secreta.

PRotege nos Dn̄e tuis mysterijs seruiētes: vt diuinis rebus inhęrētes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per.

Io. 2. Commun. Dicit Dominus: Implete hydrias aqua, & ferte architriclino. Dum gustasset architriclinus aquam vinum factam, dicit sponso: Seruasti bonū vinum vsque adhuc. Hoc signum fecit Iesus primum coram discipulis suis. Postcomm.

AVgeatur in nobis quæsumus Dn̄e tuę virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramētis, ad eorū ꝑmissa capienda, tuo munere præparemur. Per Dn̄m.

De sancta Maria, Postcommunio.

HÆc nos cōmunio Dn̄e purget à crimine: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes.

Contra persecutores Ecclesiæ, Postcom.

QVęsumus Domine Deus noster; vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum.

DOMINICA SECVNDA post octauam Epiphaniæ. Intr.

ADorate Dominū omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion. Et exultauerunt filię Iudæ. Psal. 96. Psal. Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos, dexteram tuæ maiestatis extende. Per Dom.

Secūda, & tertia orō, vt in vig. Epiph. 33.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

FRatres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locū iræ: scriptum est enim: Mihi vindicta: & ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Graduale. Cap. 12.

Timebūt Gentes nomen tuū Domine, & oēs reges terræ gloriam tuam. ℣. Qm̄ ædificauit Dominus Sion: & videbit in gloria Psal. 101.

Psal. 148. gloria sua. Alleluia, alleluia. ℣. Laudate Dominum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 8.


IN illo tẽpore, Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eũ, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniã, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine nõ sum dignus vt intres sub tectũ meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tãtam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente veniẽt, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Credo. Offertorium.

Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me. Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini. Secr. Psal. 117.

HÆc hostia quæsumus Dñe emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandũ, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dñm.

Aliæ Secretæ, vt in Vigilia Epiphaniæ.

Comm. Mirabantur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei. Postcom. Luc. 4.

QVos tãtis Domine largiris vti mysterijs, quæsumus; vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per Dominum. Aliæ Postcommuniones, vt in Vigilia Epiphaniæ.

---

## DOMINICA TERTIA post octauam Epiphaniæ. Intr.

ADorate Dominũ omnes angeli eius: audiuit, & lętata est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudę. Psal. Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 96.

DEus, qui nos in tãtis periculis cõstitutos, pro humana scis fragilitate nõ posse subsistere; da nobis salutẽ mentis, & corporis: vt ea, q̃ pro peccatis nr̃is patimur, te adiuuãte vincamus. Per Do.

Secunda, & tertia oratio, vt in Dominica prima post oct. Epiph. 39. nisi fuerit post Purificationẽ: quia si hęc Dominica post Purificat. euenerit; vel si hæc Missa per hebdomadã post Purific. repetenda sit; secunda, & tertia oratio accipiantur de sequenti quarta Dominica; omissis supra signatis orationibus.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Cap. 13. Ratres; Nemini quidquā debeatis: nisi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximū, legem impleuit. Nam: Nō adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non falsum testimoniū dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatū, in hoc verbo instauratur: Diliges proximū tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Psal. 101. Graduale. Timebunt Gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terrę gloriam tuam. ℣. Quoniam ędificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua.

Psal. 148. Alleluia, alleluia. ℣. Laudate Dominū omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Ca. 8

IN illo tēpore, Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipse vero dormiebat. Et accesserūt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Dñe, salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modicę fidei? Tunc surgens, imperauit ventis, & mari, & facta est trāquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? Credo. Offert.

Psal. 117. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me. Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini. Secr.

COncede quęsumus oīpotēs Deus; vt huius sacrificij munus oblatū, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, & muniat. Per Dominum.

Aliæ Secr. vt in Dominica prima post octa. Epiph. nisi fuerit post Purific. vt supra dictum est. Communio.

Mirabantur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei. Luc. 4. Postcomm.

MVnera tua nos Deus à delectationibus terrenis expediāt: et cęlestibus semper instaurēt alimentis. Per Do.

Aliæ Postcomm. vt in Dominica prima post octa. Epiphanię: nisi fuerit post Purific. vt dictum est.

---

## DOMINICA QVARTA post oct. Epiphaniæ. Introitus.

ADorate Dominū omnes angeli eius: audiuit, & lętata est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudę. Psal. 96. Psal. Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

FAmiliam tuam quęsumus Domine continua pietate custodi: vt quæ in sola spe gratię cælestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per Dñm.

Ad poscenda suffragia sanctorum, Oro.

OMnipotēs sempiterne Deus, respice preces nostras: & intercedente beata virgine Maria cum omnibus sanctis, da nobis famulis tuis fidem rectam, spem firmam, charitatem perfectam, & humilitatem veram: cōcede Domine vt fiat in nobis, te donante, simplex affectus, patientia fortis, obediētia perseuerans, pax perpetua, mens pura, prudentia sana, cor rectum, & à malis

lis cogitationibus mundũ, volũtas bona, cõſcientia iuſta, compunctio ſpiritualis, virtus animę indeficiẽs, vita immaculata, ſanitas animæ, & corporis, & cõſummatio irreprehẽſibilis: quatenus viriliter mandatis tuis inhærentes, ad æternum regnum mereamur feliciter peruenire.

Pro Prælatis noſtris, Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus; prætende ſuper famulos tuos, & ſuper cunctas congregationes illis cõmiſſas, ſpiritum gratiæ ſalutaris: & vt in veritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per Dominum.

Si occurrat aliqua comm. dicatur in ſecundo loco: & pro tertia, dicatur oratio Omnipotens ſempiterne Deus, reſpice: quę terminatur ſic, Per Dñm: & ſic terminantur Secreta, ac Poſtcommunio.

Supradictæ orationes dicuntur vſque ad Quadrag. niſi in feſtis duplicibus: & niſi in proprijs locis aliter ſignetur.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes

Ca. 3. FRatres: Induite vos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, modeſtiam, patientiam: ſupportantes inuicẽ, & donantes vobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelã: ſicut & Dñs donauit vobis: ita & vos. Super omnia autẽ hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis: & pax Chriſti exultet in cordib9 veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore: & grati eſtote. Verbũ Chri habitet in vobis abũdanter, in omni ſapientia, docẽtes, & cõmonẽtes voſmetipſos, pſalmis, hymnis, & cãticis ſpiritualibus, in gratia cantãtes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcũque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.

Graduale. Timebunt Gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terrę gloriam tuam. ℣. Quoniam ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua. Pſal. 101.

Alleluia, alleluia. ℣. Laudate Dominũ omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Alleluia. Pſal. 148.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.



IN illo tẽpore, Propoſuit Ieſus turbis parabolã, dicens: Simile factũ eſt regnum cęlorũ homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirẽt homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuiſſet herba, & fructũ feciſſet, tũc apparuerũt & zizania. Accedentes autẽ ſerui patrisfamilias, dixerunt ei: Dñe, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis, imus, & colligimus ea? Et ait: Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cũ eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſsis dicam meſſoribus: Colligite primũ zizania, & alligate ea in faſciculos ad cõburendum, triticum autẽ congregate in horreũ meum. Credo. Ca. 13.

Offert. Dextera Dñi fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me. Non moriar, ſed viuã: & narrabo opera Domini. Pſal. 117.

Secreta.

Hoſtias

HOstias tibi Domine placationis offerimus: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum.

Ad poscenda suffragia Sanctorũ, Secr.

COncede nobis Dñe Deus noster, intercedente beata virgine Maria cum oĩbus sanctis tuis; vt hęc hostia salutaris & nostrorum delictorũ fiat purgatio, ac omniũ virtutum infusio, & tuæ maiestatis propitiatio.

Pro Prælatis nostris, Secreta.

HOstias Dñe famulorũ tuorũ placatus intende: & quas in honorẽ noĩs tui deuota mẽte pro eis celebramus, proficere sibi sentiãt ad salutem. Per Do.

Luc. 4. Communio. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore Dei. Postcom.

QVæsumus omnipotens Deus; vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per Dominum nostrum.

Ad poscẽda suffragia Sanctorũ, Postcõ.

OVos Dñe cælesti dono satiasti, præsta quæsumus: vt sicut tua pijssima misericordia dedisti voluntatem liberam veniendi ad te, ita nobis famulis tuis donare digneris sapientiam, & intellectum, virtutem, & possibilitatem, fidem rectam, spem firmam, & charitatem perfectam: vt tibi per intercessionem beatæ Mariæ Virginis, & omnium sanctorum tuorum, secũdum voluntatem tuam seruire mereamur.

Pro Prælatis nostris, Postcomm.

QVos cælesti recreas munere, perpetuis Domine comitare præsidijs: & quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per Dominum.

## DOMINICA QVINTA post oct. Epiphanię. Introitus.

ADorate Dominũ omnes Angeli eius: audiuit, & lętata est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudæ. Psal. Domin' regnauit, exultet terra: lętentur insulæ multæ. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 96.

PRęsta, quęsumus omnipotẽs Deus; vt semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per Dominum.

Aliæ orones, vt in præcedẽti Dñica. 42.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

FRatres: Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriã vestri faciẽtes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinẽtiæ spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum: scientes fratres, dilecti à Deo, electionem vestram: quia Euangelium nostrum nõ fuit ad vos in sermone tantũ, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti: ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solum in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita vt non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim 1. c. 1.

de

de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad Deũ à simulachris, seruire Deo viuo, & vero, & expectare Filium eius de cælis (quẽ suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura.

Psal. 101. Grad. Timebunt Gentes nomen tuum Dñe, & oẽs reges terræ gloriam tuam. ℣. Quoniã ædificauit Dñs Sion: & videbitur in gloria sua. Alleluia, alleluia.

Psal. 148. ℣. Laudate Dominũ omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Allel.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 13. IN illo tempore, Proposuit Iesus turbis parabolam, dicens: Simile est regnũ cælorũ grano sinápis, quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermẽto, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meũ, eructabo abscondita à cõstitutione mundi.

Credo. Offertorium.

Psal. 117. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me. Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.

Secreta.

HÆc nos oblatio Deus mundet, quæsumus, & renouet, gubernet, & protegat. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dñica præcedenti.

Comm. Mirabantur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei. Luc. 4.

Postcom.

CÆlestibus Domine pasti delicijs, quæsumus, vt semper eadem, per quæ veraciter viuimus, appetamus. Per.

Aliæ Postcom. vt in Dñica præcedenti.

---

## DOMINICA SEPTVAG.

Statio ad S. Laurentium extra muros.

Ad aspersionem aquæ benedictæ, Aña. Sancte Deus. Ad Missam. Introitus.

CIrcumdederunt me gemitus mortis, dolores inferni circumdederunt me: & in tribulatione mea inuocaui Dominũ: & exaudiuit de templo sancto suo vocem meã. Ps. Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentũ meũ, & refugium meum, & liberator meus. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis in Missis de tempore à Dominica Septuagesimæ vsque ad Pascha exceptis feria quinta in Cœna Domini & Sabbato san[cto]. Ps. 17

Oratio.

PReces populi tui quęsumus Domine clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominum.

Aliæ orationes, vt in Dominica iiij post octauam Epiphaniæ. nisi fuerit ante Purificat. quia si Dominica Septuag. venerit ante festum Purificat. vel in ipsa die Purific. tunc dicuntur orationes de S. Maria, contra persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa, vt signantur in Dominicis prima, secunda, & tertia post octa. Epiph.

Epiph. Simili modo fiat in Sexagesima, & Quinquagesima.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1. Cor. 9. Ratres, Nescitis quòd ij, qui in stadio currũt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem, qui in agone cõtendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilẽ coronã accipiant: nos autẽ incorruptã. Ego igitᷣ sic curro, nõ quasi in incertũ: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo: ne forte cũ alijs præ-
Cap. 10. dicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari: & omnes eandẽ escã spiritalẽ manducauerunt, & omnes eumdem potũ spiritalẽ biberũt: (bibebant autẽ de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat Christus) sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Graduale.

Ps. 9. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: sperent in te, qui nouerunt te: quoniam non derelinquis quærentes te Dñe. ℣. Quoniã nõ in finẽ obliuio erit pauperis: patientia pauperũ nõ peribit in æternũ. Exurge Dñe nõ p̃ualeat homo.

Psal. 129. Tractus. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocẽ meam. ℣. Fiant aures tuæ intendẽtes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? ℣. Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

A Septuag. vsque ad feriam quartam Cinerum Tractus dr̃ tantum in Dñicis: in ferijs autem, quando repetitur Missa de Dñica, non dicitur; sed tantum Graduale, quod reiteratur vsque ad versum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

N illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Simile est regnum cælorum homini patrisfamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextam, & nonam horam: & fecit similiter. Circa vndecimam vero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrẽfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus. At ille respondens vni eorũ, dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti Cap. 20.

uenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequã est, qa ego bonus sũ? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Credo.

Ps. 91 Offertorium. Bonũ est cõfiteri Dño: & psallere nomini tuo Altissime. Secreta.

MVneribus nostris quęsumus Domine precibusque susceptis, & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica quarta post octa. Epiph. nisi fuerit ante Purific. vt supra dictum est.

Ps. 30 Communio. Illumina faciem tuam super seruum tuum, & saluum me fac in misericordia tua: Domine non confundar, quoniam inuocaui te. Postcom.

FIdeles tui Deus per tua dona firmẽtur: vt eadem & percipiendo requirant, & quærendo sine fine percipiant. Per Dominum.

Aliæ Postcom. vt in Dñica iiij. post octa. Epiph. nisi fuerit ante Purific. vt dictum est. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.

---

## DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Statio ad S. Paulum. Introitus.

Ps. 43 EXurge, quare obdormis Domine? Exurge, & ne repellas in finem. Quare faciẽ tuã auertis, obliuisceris tribulationẽ nostram? Adhæsit in terra venter noster. Exurge Domine, adiuua nos: & libera nos. Psal. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus; concedè propitius; vt contra aduersa omnia, Doctoris gentium protectione muniamur. Per Dominum. Aliæ orones, vt in Dñica iiij. post oct. Epiph. 24. nisi fuerit ante Purif. vt dictũ est in Dñica Septuag.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. 2. Cap. 11. Sustinetis enim si quis vos in seruitutẽ redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciẽ vos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego: Hebræi sũt, & ego: Israelitę sunt, & ego: Semẽ Abrahę sunt, & ego: Ministri Christi sunt (vt minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modũ, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies, quadragenas, vna minus, accepi. Ter virgis cæsus sũ, semel lapidatus sũ, ter naufragiũ feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore, & ærumna, in vigilijs multis, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate, pręter illa, quæ extrinsecus sũt, instantia mea quotidiana, solicitudo omniũ Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus, & Pater Dñi no-

ſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſæcula, ſcit quòd non mentior. Damaſci præpoſitus Gentis Aretæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum vt me comprehenderet: & per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum ſuper murum, &
Cap. 12. ſic effugi manus eius. Si gloriari oportet (non expedit quidem:) veniam autem ad viſiones, & reuelationes Domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quattuordecim, ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptũ huiuſmodi vſque ad tertium cælum. Et ſcio huiuſmodi hominem ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit: quoniam raptus eſt in Paradiſum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor niſi in infirmitatibus meis. Nam & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatẽ enim dicam: parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogaui vt diſcederet à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Graduale.

Pſ. 82 Sciant Gẽtes, quoniam nomẽ tibi Deus: tu ſolus Altiſsimus ſuper omnem terrã. ℣. Deus meus pone illos vt rotam: & ſicut ſtipulam ante faciem venti.

Pſ. 59 Tractus. Commouiſti Domine terrã, & cõturbaſti eam. ℣. Sana contritiones eius, quia mota eſt. ℣. Vt fugiant à facie arcus: vt liberentur dilecti tui.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tẽpore, Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Ieſum, dixit per ſimilitudinem: Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum diſcipuli eius, quæ eſſet hæc parabola. Quibus ipſe dixit: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, ceteris autem in parabolis; vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Eſt autem hęc parabola: Semen eſt verbum Dei. Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiãt. Nam qui ſupra petram: qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinas cecidit: hi ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi ſunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum

afferunt

afferunt in patientia. Credo. Offert.
Psal. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. Inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te Domine. Secreta.

OBlatum tibi Domine sacrificium viuificet nos semper, & muniat. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica quarta post octauam Epiphaniæ, nisi fuerit ante Purific. vt dictum est. Communio.

Psal. 42. Introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. Postcomm.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus; vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica quarta post octauam Epiph. nisi fuerit ante Purific. vt dictum est.

## DOMINICA QVINQVAG.

Statio ad S. Petrum. Introitus.

Psal. 30.
ESto mihi in Deum protectorem: & in locum refugij, vt saluum me facias. Quoniã fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuũ dux mihi eris, & enutries me. Psal. In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. ℣. Gloria Patri. Oratio.

PReces nostras quæsumus Domine clementer exaudi: atque à peccatorum nostrorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ orationes, vt in Dominica iiij. post octa. Epiph. 42. nisi fuerit ante Purific. vt dictum est in Dominica in Septuag.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Si linguis hominum loquar, & angelorũ, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalũ tinniens. 1. Cor. 13.
Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est: Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas numquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, charitas: tria hæc, maior autem horum est charitas. Graduale.

Tu es Deus, qui facis mirabilia solus. Psal. 76.

Notam fecisti in gentibus virtutẽ tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph.

Psal. 99. Tractus. Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia. ℣. Intrate in con spectu eius, in exultatione. Scitote quod Dominus ipse est Deus. ℣. Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 18.

IN illo tempore, Assũpsit Iesus duodecim discipulos suos, & ait illis: Ecce ascẽdimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sũt per prophetas de Filio hominis. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horũ intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quę dicebantur. Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens: Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cũ appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudẽ Deo. Credo. Offert.

Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas. In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Psal. 118. Secreta.

HÆc hostia quæsumus Domine emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica quarta post oct. Epiphaniæ, nisi fuerit ante Purificat. vt dictum est. Communio.

Manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desideriũ eorum attulit eis Dñs: non sunt fraudati à desiderio suo. Psal. 77. Postcom.

QVæsumus omnipotens Deus; vt qui cęlestia alimenta percepimus, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum,

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica quarta post octa. Epiphan. nisi fuerit ante Purific. vt dictum est.

## FERIA IIII. CINERVM.

Ante Missam benedicuntur Cineres facti de ramis oliuæ benedictis præteriti anni hoc modo: Sacerdos indutus Pluuiali violaceo, & ministri in albis: (vel vbi Pluuialis eiusdem coloris non sit, omnes sint in albis:) stans ad cornu Epistolæ; & ad eius dexteram diaconus, ad sinistram subdiaconus, habensque super altare Cineres, dicit ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. ℣. Domine exaudi. ℣. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Omni-

Mnipotens sempiterne Deus, qui misereris omnium, & nihil odisti eorum quæ fecisti; dissimulans peccata hominum propter pænitentiam; qui etiam subuenis in necessitate laborantibus; bene ✠ dicere, & sanctifi ✠ care hos cineres dignare, quos causa sanctæ humilitatis & sanctæ religionis ad emundanda delicta nostra super capita nostra ferre constituisti, more Niniuitarum: & da per inuocationẽ tui nominis, vt omnes qui eos ad deprecandam misericordiam tuam super capita sua tulerint, à te mereãtur omnium delictorum suorum veniam accipere: & hodie sic eorũ ieiunia sancta inchoare, vt in die Resurrectionis purificatis mentibus ad sanctum mereantur accedere Pascha; & in futuro perpetuam accipere gloriam. Per Christum Dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus parce pœnitentibus; propitiare supplicantibus: & mittere digneris sãctum angelum tuum de cælis, qui bene ✠ dicat, & sancti ✠ ficet hos cineres: vt sint remedium salubre omnibus nomẽ sanctũ tuũ humiliter implorantibus, ac semetipsos pro consciẽtia delictorũ suorũ accusantibus, atque ante conspectum diuinæ clementiæ tuæ facinora sua deplorantibus, vel serenissimam pietatẽ tuam suppliciter obnixeque flagitantibus: & præsta per inuocationẽ sanctissimi nominis tui; vt quicumq; eos super se asperserint, pro redẽptione peccatorum suorum corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Dominum.

Deinde aspergat cineres aqua benedicta, dicens: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℞. Amẽ. Cõpleta cinerũ benedictione, cãtor incipiat Añam, Exaudi nos Dñe, & cãtet, ℣. Gloria Patri, & reincipiat Añam, atq; incipiat alias Añas Choro prosequẽte. Aña. Exaudi nos Domine, quoniã benigna est misericordia tua: secundũ multitudinẽ miserationum tuarum respice in nos Domine. Psal. 68
Ps. Saluũ me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animã meã. ℣. Gloria Patri, repetitur Exaudi nos. Alia Aña. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes, & ministri Dñi: & dicẽt: Parce Domine, parce populo tuo: & ne claudas ora canentiũ te Dñe. Alia Aña. Immutemur habitu in cinere, & cilicio: ieiunemus, & ploremus ante Dominum: quia multũ misericors est dimittere peccata nostra Deus noster. Si necesse fuerit, repetantur prædictæ Antiphonæ. Ioel 2.

¶ Dum Antiphonæ cantãtur, sacerdos genuflexus ante altare, accipiat cineres à primo sacerdote; vel à Priore, si nõ facit ipse officium: & si non fuerit alius sacerdos, ipsemet sacerdos sibi ipsi genibus flexis, cineres imponat. Deinde imponat cineres illi sacerdoti, qui sibi imposuit: deinde ministris omnibus altaris genibus flexis: ac postea ceteris alijs Fratribus binis, & binis venientibus, incipientibus à senioribus: vltimo sæcularibus.

¶ Cineres imponendi sunt sup. caput in modũ crucis: dicente sacerdote singulis: Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et ille qui recipit cineres, sit genuflexus, & capite discoopertus. Completa cinerum datione dicitur Dñs vobiscum. Oremus. Oratio. Gen. 3.

Concede nobis Domine præsidia militiæ Christianæ sanctis

inchoare ieiunijs: vt contra spirituales nequitias pugnaturi, continentiæ muniamur auxilijs. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

DEINDE DICITVR MISSA.

Statio ad Sanctam Sabinam. Introitus.

Sap. 11. Isereris omnium Domine, et nihil odisti eorum, quæ fecisti: dissimulans peccata hominum propter pęnitētiā, & parcēs illis, quia tu es Dn̄s Deus noster. Psalm. Ps. 56 Miserere mei Deus, miserere mei: quoniā in te confidit anima mea. ℣. Gloria Patri. Dicto Dn̄s vobiscū, & Oremus, Diaconus flectendo genua, dicat.

Flectamus genua. & tunc ministri, & cōuētus (nō autē sacerdos) flectāt genua: & statim subdiaconus dicat.



Leuate. & tunc surgant omnes: & sacerdos orationem prosequatur: ad quam solum Conuentus, & non ministri genuflectunt. Sic seruatur in Missis de feria vsque ad Cænam Domini.

¶ In Missis priuatis sacerdos dicit Flectam⁹ genua, & tūc genuflectit: & sine mora surgens, dr̄ à ministro, Leu. Orō.

PRæsta Dn̄e fidelibus tuis; vt ieiuniorū venerāda sollēnia, & cōgrua pietate suscipiant, & secura deuotione percurrant. Per Do. Ab hac die vsq; ad Dn̄icā de Passione, post orōnē diei dn̄r duæ sequentes orōnes, nisi in festis dup. ac nisi in proprijs locis aliter signetur.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Orō.

Cunctis nos, quæsumus Dn̄e, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata, & gloriosa, semperque virgine Dei genitrice Maria cum omnibus sanctis, salutē nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Pro viuis, & defunctis, Oratio.

OMnipotens sempiterne De⁹, qui viuorū dominaris simul, & mortuorū, omniumque misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prænoscis; te supplices exoramus; vt pro quibus effundere preces decreuimus; quosque vel præsens sæculū adhuc in carne retinet, vel futurum iā exutos corpore suscepit; intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequātur. Per.

Si occurrat aliqua commemoratio, dicatur in secundo loco: & pro tertia dicatur oratio, A cūctis, quæ terminatur sic, Per eumdē Dominum. & sic terminatur Postcommunio: Secreta vero terminatur sic, Per Dominum.

Lectio Ioelis Prophetæ.

Æc dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro Cap. 2. in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Et scindite corda vestra, & non vestimēta vestra, & cōuertimini ad Dominū Deū vestrū: quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Quis scit si conuertat, & ignoscat, & relinquat post se benedictionē, sacrificium, & libamen Dn̄o Deo vestro? Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum,

congregate

congregate populum, sanctificate ecclesiã, coadunate senes, congregate paruulos, & sugẽtes vbera: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Dñi: & dicent: Parce Dñe, parce populo tuo: & ne des hereditatẽ tuam in opprobrium vt dominẽtur eis nationes. Quare dicũt in populis: Vbi est Deus eorũ? Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo. Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittã vobis frumentũ, & vinũ, & oleum, & replebimini eis: & non dabo vos vltra opprobrium in Gentibus.

Psal. 56. Graduale. Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Misit de cęlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Tract.

Psal. 102. Dñe non secũdum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundũ iniquitates

Psal. 78. nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.

Cum dr̃ sequens versus, genuflectitur, vsque ad salutaris noster: similiter fiat quoties Ferijs secundis, quartis, & sextis dicitur in Tractu. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui Dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

Ca. 6. IN illo tempore, Docebat Iesus discipulos suos dicens: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. extermināt enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo, & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Offertorium.

Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Psal. 29. Secreta.

FAc nos, quęsumus Domine, his muneribus offerẽdis conueniẽter aptari: quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus exordium. Per Dominum.

Alię Secr. vsque ad Dominicã Passionis.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramẽti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiã tribuens in præsenti, & gloriam in futuro.

DEus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus; tribue, quæsumus; vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, & omnium fidelium nomina beatæ prædestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum.

Præfatio. Qui corporali ieiunio. Et dicitur in Ferijs ad Missam de ieiunio tantum, vsque ad Dominicam Passionis.

Comm. Qui meditabit in lege Domini Psal. 1.

die ac nocte, dabit fructũ suum in tempore suo. Postcommunio. Ad hanc orationem Chorus genuflectat.

PErcepta nobis Domine præbeant sacramenta subsidium: vt tibi grata sint nostra ieiunia, & nobis proficiãt ad medelam. Per Dom. Aliæ Postcommuniones, vsque ad Dominicam Passionis.

MVndet, & muniat nos, q̃sumus Dñe, diuini sacramenti munus oblatũ: & intercedẽte beata virgine Dei genitrice Maria cum oĩbus sanctis, à cũctis nos reddat & peruersitatib⁹ expiatos, & aduersitatibus expeditos.

PVrificent nos, quæsumus omnipotens, & misericors Deus, sacramenta, quæ sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis præsta; vt hoc tuum sacramentũ non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum, atque mortuorum fideliũ remissio omnium delictorum. Per Dñm. Deinde sacerdos absolutè dicit: Oremus. Postea diaconus (si in officio diaconatus seruiat) dicit:




alioquin ipse sacerdos. Sequitur super populum Oratio: ad quã tantum Chorus inclinet.

INclinantes se Domine maiestati tuæ propitiatus intẽde: vt qui diuino munere sunt refecti, cælestibus semper nutriantur auxilijs. Per Dominum.

Et hic modus dicendi orationem super populum seruatur tãtummodo in Missa de feria vsque ad quartam Feriam maioris hebdomadæ, excepto Sabbato Quattuor temporum. Benedicamus Domino. ℞. Deo gratias.

¶ Prædictæ genuflexiones feriales, & inclinationes semper fiant in omnibus Missis ferialibus Quadrag. siue dicantur in ferijs, siue in festis.

---

## FERIA QVINTA.

Statio ad S. Georgium. Introitus.

DVm clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi: & humiliauit eos, qui est ante sæcula, & manet in æternum. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Psalmus. Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. ℣. Gloria Patri. Psal. 54.

Oratio.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte. Per Dominum.

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

IN diebus illis, ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: & introiuit ad eũ Isaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciẽ suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonũ est in oculis tuis fecerim. Cap. 38.

Et fle-

Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum eſt verbum Dñi ad Iſaiam, dicens: Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationẽ tuam, & vidi lacrymas tuas: ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos: & de manu regis Aſſyriorum eruã te, & ciuitatẽ iſtam, & protegã eam.

Pſ.54 Graduale. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocẽ meã ab his, qui appropinquant mihi.

Graduale reiteretur.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Cap. 8.

IN illo tempore, Cum introiſſet Ieſus Capharnaũ, acceſsit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum. Et reſpondens Centurio, ait: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & ſeruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentiũ. Et dixit Ieſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.



Offertorium. Ad te Domine leuaui animã meã: Deus meus in te confido, non erubeſcam: Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi, qui te expectant, non confundentur. Pſ.24

Secreta.

SAcrificijs præſentibus Dñe quæſumus intende placatus: vt & deuotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per Dñm.

Aliæ Secretæ, vt in feria quarta Cinerũ.

Communio. Acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta ſuper altare tuum Domine. Pſ.50

Poſtcommunio.

CÆleſtis doni benedictione percepta ſupplices te Deus omnipotens deprecamur; vt hoc idem nobis & ſacramenti cauſa ſit, & ſalutis. Per Dominũ.

Aliæ Poſtcommunio. vt in feria quarta Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

PArce Domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret. Per Do.

## FERIA SEXTA.

Statio ad Sanctos Ioannem, & Paulum.

Introitus.

AVdiuit Dominus, & miſertus eſt mei: Dominus factus eſt adiutor meus. Pſ.29 Pſal. Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. ℣. Gloria Patri.

Oratio.

INchoata ieiunia quęſumus Domine benigno fauore proſequere: vt obſeruantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam ſinceris exercere valeamus. Per Dominum.

A[illegible] vt in feria [illegible] Cinerũ. 52.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 58. ÆC dicit Dominus Deus: Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocẽ tuam, & annũcia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quærũt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quæ iustitiã fecerit, & iudiciũ Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hãc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerẽ sternere? numquid istud vocabis ieiuniũ & diem acceptabilem Dño? Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus disrũpe. Frange esuriẽti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuã iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dñs exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum. Graduale.

Ps. 26. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Dñi. ℣. Vt videã voluptatem Dñi, & protegar à templo sancto eius. Tractus. Domine non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secũdum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui Domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ps. 102 Ps. 78

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dicebat Iesus discipulos suos dicens: Audistis quia dictũ est: Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderũt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cęlis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur Cap. 5. Cap. 6.

centur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscõdito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

Psal. 118. Offertorium. Domine viuifica me secundum eloquium tuum, vt sciam testimonia tua. Secreta.

SAcrificium Dñe obseruantiæ quadragesimalis, quod offerimus, præsta quæsumus, vt tibi & mentes nostras reddat acceptas; & cõtinētiæ promptioris nobis tribuat facultatem. Per Dñm.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

Psal. 2. Comm. Seruite Dño in timore: & exultate ei cum tremore. Apprehēdite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Postcõ.

SPiritũ nobis Domine tuæ charitatis infunde: vt quos vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

Alię Postcom. vt in feria quarta Cinerũ.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

TVere Domine populum tuum, et ab omnibus peccatis clementer èmunda: quia ei nulla nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per Dominum nostrum.

---

## SABBATO.

Statio ad sanctum Triphonem. Intr.

Ps. 29. AVdiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus. Psal. Exaltabo te Domine quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria Patri. Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris; & concede; vt hoc sollemne ieiunium, quod animabus corporibusque curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per Dominum nostrum.

Aliæ orõnes, vt in feria iiij. Cinerum. 52.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dominus Deus: Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod nõ prodest. Cum effuderis esuriēti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficiēt aquæ. Et ædificabuntur in te deserta sæculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem. Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem: Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui: os enim Domini locutum est. Graduale. Cap. 58.

VNam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. Ps. 26

℣. Vt videam voluptatem Domini, & protegar à templo sancto eius.

Graduale reiteratur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

Cap. 6.

IN illo tẽpore, Cum sero esset, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Et videns discipulos laborantes in remigando, (erat enim ventus contrari⁹ eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: et volebat pręterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebãt: nõ enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum. Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. Cumque egressi essent de naui, continuo cognouerũt eum: & percurrẽtes vniuersam regionem illam, cæperunt in grabatis eos, qui se male habebant, circumferre, vbi audiebant eum esse. Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebãt infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

Psal. 118. Offertorium. Domine viuifica me secũdum eloquium tuum, vt sciam testimonia tua. Secreta.

PRæpara nos, quæsumus Dñe, huius abstinentiæ festiuis officijs: vt hæc sacrificia veneranda sobrijs semper mentibus celebremus. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

Comm. Seruite Dño in timore: & exultate ei cum tremore. Apprehẽdite disciplinã, ne pereatis de via iusta. Ps. 2. Postcom.

CÆlestis vitæ munere vegetati quæsumus Domine, vt quod est nobis in præsenti vita mysterium, fiat æternitatis auxilium. Per Dominum.

Alię Postcom. vt in feria quarta Cinerũ.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

FIdeles tui Deus per tua dona firmentur: vt eadem & percipiẽdo requirant, & quærendo sine fine percipiant. Per Dominum nostrum.

---

## DOMINICA PRIMA Quadragesimæ.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introitus.

INuocabit me, & ego exaudiam eum: eripiã eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum adimplebo eum. Psal. Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. ℣. Gloria Patri. Ps. 90 Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas; præsta familiæ tuæ; vt quod à te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per Dominum.

Aliæ orõnes. vt in feria iiij. Cinerũ. 52.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Adiuuantes exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis 2. Cor. 6.

adiuui

adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: vt seductores, & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tãquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Psal. 90. Grad. Angelis suis Deus mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabũt te: ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.

Psal. 90. Tractus. Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli cõmorabitũ. ℣. Dicet Dño: Susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum. ℣. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis. ℣. Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno. ℣. A sagitta volante per diẽ, à negotio perambulante in tenebris: à ruina, & dæmonio meridiano. ℣. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: tibi autem non appropinquabit. ℣. Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnquã offendas ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem. ℣. Quoniam in me sperauit liberabo eum: & protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. ℣. Inuocabit me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiã eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum adimplebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus: Rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eũ diabolus in montẽ excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hęc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana: Scriptum est enim: Cap. 4.

Dñm

Dñm Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Tũc reliquit eũ diabolus: & ecce angeli accesserũt, & ministrabãt ei. Credo.

Psal. 90. Offert. Scapulis suis obũbrabit tibi Dominus: & sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius. Secreta.

SAcrificiũ quadragesimalis initij sollemniter immolamus, te Dñe deprecantes; vt cum epularũ restrictione carnalium, à noxijs quoque voluptatibus temperemur. Per Dñm. Aliæ Secr. vt in Feria iv. Cinerum. 55. Præfatio cõis.

Psal. 90. Comm. Scapulis suis obũbrabit tibi Dominus: & sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius. Postcomm.

TVi nos Domine sacramenti libatio sancta restauret: & à vetustate purgatos, in mysterij salutaris facias trãsire consortium. Per Dominum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

---

## FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Petrum ad vincula. Intr.

Psal. 122. SIcut oculi seruorũ in manibus dominorũ suorũ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrũ donec misereatũ nostri. Miserere nostri Domine, miserere nostri. Psal. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. ℣. Gloria Patri. Oratio.

COnuerte nos Deus salutaris noster: & vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat, mẽtes nostras cęlestibus instrue disciplinis. Per Dominum.

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio Ezechielis Prophetæ.

Cap. 34. HÆc dicit Dñs Deus: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregẽ suũ in die, quando fuerit in medio ouiũ suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus disperſę fuerãt in die nubis, & caliginis. Et educã eas de populis, & cõgregabo eas de terris, & inducã eas in terrã suam: & pascam eas in mõtibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terrę. In pascuis vberrimis pascã eas, & in mõtibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas: & ego eas accubare faciã, dicit Dominus Deus. Quod perierat requirã, & quod abiectũ erat reducam, & quod confractũ fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat consolidabo, & quod pingue, & forte custodiam: & pascam illas in iudicio. Grad.

Protector nr̃ aspice Deus: & respice super seruos tuos. ℣. Domine Deus virtutum, exaudi preces seruorum tuorum. Psal. 83.

Tractus. Domine non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secũdum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Psal. 102. Psal. 78.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Respondens Iesus discipulis suis, dixit illis: Cum venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc Cap. 25.

co, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet oues quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. Tūc dicet rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere erã, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicētes: Domine, quādo te vidimus esurientem, & pauimus te: sitiētem, & dedimus tibi potū? quando autē te vidimus hospitē, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? aut quādo te vidimus infirmum, aut in carcere: & venimus ad te? Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his, qui à sinistris eius erunt: Discedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius: esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quādo te vidimus esurientem, aut sitientē, aut hospitē, aut nudū, aut infirmū, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respōdebit illis dicens. Amen dico vobis: Quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in suppliciū æternum: iusti autē in vitam æternam.

Offert. Leuabo oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua Domine, vt doceas me iustitias tuas. Da mihi intellectum, & discam mandata tua. Psal. 118. Secreta.

MVnera tibi Domine oblata sanctifica: nosq; à peccatorū nostrorum maculis emunda. Per Dñm. Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum. Comm. Voce mea ad Dñm clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo. Non timebo millia populi circumdãtis me. Ps. 3. Postc.

SAlutaris tui Domine munere satiati, supplices exoramus; vt cuius lætamur gustu, renouemur effectu. Per Do. Aliæ Postcom. vt in feria iiij. Cinerum.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo.

ABsolue quæsumus Dñe nostrorū vincula peccatorū: & quidquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per.

---

FERIA TERTIA.

Statio ad S. Anastasiam. Introitus.

DOmine, refugium factus es nobis à generatione in generationem: à sæculo & in sæculum tu es. Ps. 89 Ps. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: à sæculo & vsque in sæculum tu es Deus. ℣. Gloria Patri. Oratio.

REspice Domine familiam tuã; & præsta; vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Per Dominum. Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cinerū. 52.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

IN diebus illis, Locutus est Isaias propheta, dicens: Quærite Dominū, dū inueniri potest: in- Cap. 55.

uocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dñm, & miserebitur eius, & ad Deũ nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus. Quia sicut exaltãtur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terrã, & infundit eã, & germinare eã facit, & dat semen serenti, & panẽ comedẽti: sic erit verbũ meũ, quod egredietur de ore meo: nõ reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quæcumq; volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.

Psal. 140. Graduale. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo Domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 21.

IN illo tempore, Cũ intrasset Iesus Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in templũ Dei, & eijciebat omnes vendẽtes, & ementes in templo, & mẽsas nummulariorum, & cathedras vendẽtium columbas euertit: & dicit eis: Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autẽ fecistis illã speluncam latronũ. Et accesserũt ad eũ cæci, & claudi in tẽplo: & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotũ, & Scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei: Audis, quid isti dicunt? Iesus autẽ dixit eis: Vtiq;. Numquã legistis: Quia ex ore infantiũ, & lactentium perfecisti laudẽ? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem, in Bethaniam: ibique mansit. Offertor.

In te speraui Domine: dixi: Tu es Deus meus, in manibus tuis tẽpora mea. Secr. Psal. 30.

OBlatis quæsumus Domine placare muneribus, & à cũctis nos defende periculis. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

Communio. Cum inuocarem te, exaudisti me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mihi Domine, & exaudi orationem meam. Postcom. Ps. 4.

PRæsta quæsumus oĩpotens Deus; vt illius salutaris capiamus effectũ; cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per Dominum.

Aliæ Postcom. vt in Feria iiij. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

AScendant ad te Domine preces nostræ: & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per Dominum.

---

## FERIA QVARTA
### Quattuor temporum Quadrag.

Statio ad S. Mariam maiorẽ. Introitus.

REminiscere miserationũ tuarum Domine, & misericordiæ tuæ, quæ à sæculo sunt. Ne vmquam dominentur nobis inimici nostri. Libera nos Deus Israel ex omnibus angustijs nostris. Ps. 24

Psalm. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido,

non

non erubeſcã. ℣. Gloria Patri. poſt Kyrie eleiſon, non dr̃ Dñs vobiſcum, ſed Oremus, & Flectamus genua: & poſtquam ſubdiaconus dixerit Leuate, ſtent fratres verſis vultibus ad altare. Oratio.

PReces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi: & contra cuncta nobis aduerſantia dexteram tuæ maieſtatis extende. Per Dominum.

Lectio libri Exodi.

Cap. 24. IN diebus illis, Dixit Dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in montem, & eſto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ ſcripſi: vt doceas filios Iſrael. Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius: aſcendenſque Moyſes in montem Dei, ſenioribus ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiſcum: ſi quid natũ fuerit quæſtionis, referetis ad eos. Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus: ſeptimo autem die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem mõtis in conſpectu filiorum Iſrael. Ingreſſuſq; Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Graduale.

Pſal. 24. Tribulationes cordis mei dilatatæ ſunt: de neceſsitatibus meis erue me Domine. ℣. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuerſa delicta mea. Graduale non reiteretur. Hic dr̃ Dñs vobiſcum. Oremus, & Flectamus genua. Ad hãc orõnẽ fratres genuflectant. Orõ.

DEuotionẽ populi tui q̃s Dñe benignus intẽde: vt qui per abſtinẽtiã macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per Do. Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis, Venit Elias in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerũ ſuum, & perrexit in deſertum, viam vnius diei. Cũque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum, petiuit animę ſuæ vt moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neq; enim melior ſum, quàm patres mei. Proiecitque ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum: & dixit illi: Surge, & comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſuſque eſt Angelus Domini ſecundò, & tetigit eum, dixitque illi: Surge, comede: grandis enim tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb. Graduale. 3 Reg. 19.

DE neceſsitatibus meis eripe me Domine. Vide humilitatem meam, et laborem meum: & dimitte vniuerſa delicta mea. ℣. Ad te Domine leuaui animã meam: Deus meus in te cõfido, non erubeſcam: Neque irrideant me inimici mei: ℣. Etenim vniuerſi, qui te expectant, non confundentur. Confundantur omnes facientes vana. Tractus. Pſal. 24.

DOmine non ſecundũ peccata noſtra, quę fecimus nos: neque ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. Pſal. 102. Pſal. 78.

nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 12.
IN illo tempore, Responderunt Iesu quidam de Scribis & Pharisæis, dicentes: Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis: Generatio mala, & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pęnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & nõ inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est. Offertorium.

Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi Psal. 118.
valde. Et leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Secreta.

HOstias tibi Domine placationis offerimus: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum.

Aliæ Secr. vt in feria iv. Cinerũ. Comm.

Intellige clamorẽ meum. Intende voci Ps. 5.
orationis meæ, rex meus, & Deus meus. Quoniã ad te orabo Domine. Postcom.

TVi Domine perceptione sacramẽti & à nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

MEntes nostras quæsumus Dñe lumine tuæ claritatis illustra: vt videre possimus, quæ agẽda sunt: & quę recta sunt, agere valeamus. Per Dñm.

---

## FERIA QVINTA.

Statio ad S. Laurentium in Paneperna.

Introitus.


COnfessio, & pulchritudo Psal. 95.
in conspectu eius: sanctitas, & magnificentia in sanctificatione eius. Psalm. Cantate Domino canticum nouum: cantate Domino

omnis

omnis terra. ℣. Gloria Patri. Oratio.

ADesto Dñe supplicationibus nřis: & sperãtes in tua misericordia, cęlesti protege benignus auxilio. Per Do. Aliæ orones, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio libri Nehemiæ Prophetæ.

2. Esd. cap. 1. IN diebus illis, Orabat Esdras ante faciẽ Dei cæli, & dixit: Quæso Dñe Deus cæli fortis, magne atq; terribilis, qui custodis pactũ & misericordiam cũ his qui te diligunt, & custodiũt mãdata tua: fiant aures tuæ auscultãtes, & oculi tui aperti vt audias orationẽ serui tui, quam ego oro corã te hodie nocte & die pro filijs Israel seruis tuis: & confiteor pro peccatis filiorũ Israel, quibus peccauerunt tibi: ego, & domus patris mei peccauimus, vanitate seducti sumus, & nõ custodiuimus mandatum tuum, & ceremonias, & iudicia quæ pręcepisti Moysi famulo tuo. Memento verbi, quod mãdasti Moysi seruo tuo dicens: Cum transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos: & si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea; etiã si abducti fueritis ad extrema cęli, inde congregabo vos, & reducam in locum, quẽ elegi vt habitaret nomẽ meum ibi. Et ipsi serui tui, & populus tuus: quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. Obsecro Dñe, sit auris tua attendens ad orationẽ serui tui, & ad orationẽ seruorum tuorũ, qui volunt timere nomen tuum: & dirige seruum tuũ hodie, & da ei misericordiam.

Psal. 16. Graduale. Custodi me Domine, vt pupillam oculi. Sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant ęquitatem. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Dicebat Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Cap. 8. Respõderunt ei: Semen Abrahę sumus, & nemini seruiuimus vmquã: quomodo tu dicis: Liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amen, amẽ dico vobis: quia omnis, qui facit peccatũ, seruus est peccati. Seruus autẽ non manet in domo in æternũ: filius autẽ manet in ęternum. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus nõ capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrẽ meũ, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrũ, facitis. Responderunt, & dixerũt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autẽ quæritis me interficere hominem, qui veritatẽ vobis locutus sum, quã audiui à Deo: hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione nõ sumus nati: vnum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset: diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo processi, & veni: neq; enim à meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ stetit: quia

non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.

Psal. 33. Offertorium. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos. Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus. Secreta.

SAcrificia Domine quæsumus, propitius ista nos saluent: quæ medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per Do.

Aliæ Secretæ, vt in feria iv. Cinerum.

Ioan. 6. Commun. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Postcomm.

TVorum nos Domine largitate donorum & tẽporalibus attolle prę sidijs, & renoua sempiternis. Per Dom.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

DA quæsumus Domine, populis Christianis, & quæ profitentur agnoscere; & cæleste munus diligere quod frequentant. Per Dominum.

---

## FERIA SEXTA

Quattuor temp. Quadrag.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

Psal. 24. DE necessitatibus meis eripe me Domine. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea.

Psalm. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria Patri. Oratio.

ESto Domine propitius plebi tuæ, & quam tibi facis esse deuotam, benigno refoue miseratus auxilio. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio Ezechielis Prophetæ.

Cap. 18. HÆc dicit Dominus Deus: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quã operatus est, viuet. Numquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secũdum omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid viuet? omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: in præuaricatione, qua præuaricatus est, & in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis: Non est æqua via Domini. Audite ergo domus Israel: Numquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? Cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia, quã operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam: ipse animã suam viuificabit. Considerans enim, & auertẽs se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet, & non morietur. Graduale.

Saluum fac seruum tuum, Deus meus, Psal. 85.

sperann-

ſperantem in te. ℣. Auribus percipe Domine orationem meam. Tractus.

Pſal. 102. Domine non ſecundũ peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundũ iniqui-
Pſ. 78 tates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Ca. 5.

IN illo tẽpore, Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam. Eſt autem Ieroſolymis Probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraice Bethſaida, qnque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cęcorum, claudorum, aridorum expectãtium aquæ motum. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam: et mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cum vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: dum venio enim ego, alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſus: Surge, tolle grabatũ tuum,



& ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi, qui ſanatus fuerat: Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus enim declinauit à turba cõſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis, quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

Offertorium. Benedic anima mea Do- Pſal. 102.
mino: & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Et renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua. Secreta.

SVſcipe quęſumus Domine munera noſtris oblata ſeruitijs: & tua propitius dona ſanctifica. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Feria iv. Cinerum.

Comm. Erubeſcãt, & conturbẽtur om- Pſal. 6.
nes inimici mei: auertantur retrorſum, & erubeſcant valde velociter. Poſtcom.

PEr huius Domine operationẽ myſterij & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria compleantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Aliæ Poſtcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

EXaudi nos miſericors Deus: & mentibus noſtris gratię tuę lumen oſtende. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

## SABBATO
### Quattuor temp. Quadrag.

Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

Psal. 87. INtret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuã ad precem meam Domine. Psalm. Dñe Deus salutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te. ℣. Gloria Patri.

Quinque orationes sequentes dicuntur sine Dominus vobiscum, sed ante vnãquãque dicitur Oremus, & Flectamus genua: & dicto à subdiacono Leuate, postquam Fratres se erexerint, stent versis vultibus ad altare. Oratio.

POpulum tuũ, quæsumus Domine propitius respice: atque ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer auerte. Per.

Lectio libri Deuteronomij.

Cap. 26. IN diebus illis, Locutus est Moyses ad populũ Israel: Quãdo cõpleueris decimã cunctarum frugum tuarũ, anno decimarũ tertio dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduę, vt comedãt intra portas tuas, & saturentur: loquerisq; in cõspectu Domini Dei tui: Respice de sanctuario tuo, & de excelso cælorũ habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & Terræ, quã dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ lacte & melle mananti. Hodie Dñs Deus tuus pręcepit tibi, vt facias mandata hęc, atque iudicia: & custodias, & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius, & custodias ceremonias illius, & mãdata, atq; iudicia, & obedias eius imperio. Et Dñs elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius: & faciat te excelsiorẽ cunctis gentibus quas creauit, in laudem, & nomẽ, & gloriam suam: vt sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

Graduale. Propitius esto Domine peccatis nostris: nę quando dicant gentes: Psal. 78.
Vbi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Domine libera nos.

Graduale non reiteretur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuatę. Oratio.

DEus, qui nos in tãtis periculis cõstitutos, pro humana scis fragilitate nõ posse subsistere; da nobis salutẽ mẽtis & corporis: vt ea q̃ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis, Dixit Moyses filijs Israel: Si custodieritis mãdata quę ego pręcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominũ Deum vestrũ, & ambuletis in oĩbus vijs eius, adhęrẽtes ei, disperdet Dñs omnes gẽtes istas ante faciẽ vestrã, & possidebitis eas, quæ maiores, & fortiores vobis sunt. Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & à Libano, à flumine magno Euphrate vsq; ad mare occidentale erũt termini vestri. Nullus stabit cõtra vos: terrorẽ vestrũ, et formidinẽ dabit Dñs Deus vester super oẽm terrã, quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis. Cap. 11.

Grad. Protector noster aspice Deus: & Psal. 83.
respice super seruos tuos. ℣. Dñe Deus virtutũ exaudi preces seruorũ tuorum.

Graduale non reiteretur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRotector noster aspice Deus: vt qui malorum nostrorum pondere premi-

premimur, percepta miſericordia tua libera tibi mente famulemur. Per Dñm.

Lectio libri Machabæorum.

1.Ca. 1. IN diebus illis, Orationem faciebãt omnes ſacerdotes, dum cõſummaretur ſacrificiũ, Ionatha inchoante, ceteris autẽ reſpondentibus. Et Nehemiæ erat oratio hũc habens modum: Domine Deus omniũ creator, terribilis, & fortis, iuſtus, & miſericors, qui ſolus es bonus rex, ſolus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotẽs, & æternus, qui liberas Iſrael de omni malo, qui feciſti patres electos, & ſanctificaſti eos: accipe ſacrificium pro vniuerſo populo tuo Iſrael, & cuſtodi partẽ tuã, & ſanctifica. Congrega diſperſionem noſtram, libera eos, qui ſeruiũt Gentibus, & contemptos & abominatos reſpice: vt ſciant Gentes quia tu es Deus noſter. Affligе opprimẽtes nos, & contumeliã faciẽtes in ſuperbia. Conſtitue populũ tuum in loco ſancto tuo.

Pſal. 89. Graduale. Conuertere Domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine, refugium factus es nobis à generatione in generationem.

Graduale non reiteretur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

ADeſto quæſumus Domine ſupplicationibus noſtris: vt eſſe te largiẽte mereamur & inter proſpera humiles, & inter aduerſa ſecuri. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 36. MIſerere noſtri Deus omnium, & reſpice nos, & oſtẽde nobis lucem miſerationum tuarũ: & immitte timorem tuum ſuper Gentes, quæ non exquiſierunt te, vt cognoſcant quia nõ eſt Deus niſi tu, & enarrent magnalia tua. Alleua manũ tuam ſuper Gentes alienas, vt videant potentiã tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ſic in conſpectu nr̃o magnificaberis in eis, vt cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus quoniam nõ eſt Deus præter te Domine. Innoua ſigna, & immuta mirabilia. Glorifica manum, & brachium dextrum. Excita furorem, & effunde iram. Tolle aduerſarium, & afflige inimicum. Feſtina tẽpus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua.

Graduale. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo Domine. Pſal. 140. ℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Graduale non reiteretur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

ACtiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præueni, & adiuuãdo proſequere: vt cũcta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Dominum noſtrum.

Sequens lectio à Diacono legatur.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis: Angelus Domini Ca. 3. deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacẽ: & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Et effundebatur flamma ſuper fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Et non tetigit eos oĩno ignis, neque contriſtauit, nec quidquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes.

Tractus, ſiue Hymnus ſeque à à duobus cantetur, Choro reſpondente ſingulis verſibus.

Dan. 3. BEnedictus es Domine Deus patrũ nostrorum: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

℟ Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

℣. Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum. ℟. Et laudabile, & superexaltatum in omnibus sæculis.

℣. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. ℟. Et superlaudabilis, & supergloriosus in sæcula.

℣. Benedictus es in throno regni tui.

℟. Et superlaudabilis, & superexaltatus in sæcula.

℣. Benedictus es, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim. ℟. Et laudabilis, & superexaltatus in sæcula.

℣. Benedictus es in firmamento cæli.

℟. Et laudabilis & gloriosus in sęcula.

℣. Benedicant te oẽs angeli, & sancti tui.

℟ Laudabilem, & gloriosum in sæcula.

℣. Benedicant te cæli, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt. ℟. Laudabilem, & gloriosum in sæcula.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spũi sancto.

℟. Laudabili, & glorioso in sæcula.

℣. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sęcula sæculorum, Amen.

℟. Laudabili, & glorioso in sæcula.

℣. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. ℟. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Finito Tractu, siue Hymno, sacerdos dicat, Dominus vobiscum, Oremus, & Flectamus genua: & ad hãc orationem Fratres genuflectant. Oratio.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium; concede propitius; vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum.

Aliæ orões, vt in [illegible] Cinerum. 52.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

ROgamus vos fratres, corripite 1.c.5.
inquietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonũ est sectamini in inuicẽ, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite: hęc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autẽ probate: quod bonũ est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autẽ Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduẽtu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Tractus.

Laudate Dñm omnes Gentes: laudate Psal. 116.
eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Assumpsit Iesus Petrũ, Cap. 17.
& Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et resplẽduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cũ eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis,

ſi vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde. Et acceſsit Ieſus, & tetigit eos: dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat. Offertorium.

Pſal. 87. Domine Deus ſalutis meę: in die clamaui, & nocte coram te. Intret oratio mea in conſpectu tuo Domine. Secreta.

PRęſentibus ſacrificijs q̄ſumus Domine ieiunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruantia noſtra profitetur exterius, interius operetur. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Feria iv. Cinerum.

Pſ. 7. Commun. Domine Deus meus in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me. Poſtcomm.

SAnctificationibus tuis omnipotens Deus & vitia noſtra curentur, & remedia nobis æterna proueniãt. Per Do.

Aliæ Poſtcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Oro ſuper populum hac die nõ dicitur.

DOMINICA II. QVADRAG.

Statio ad S. Mariam in Dominica. Intr.

Pſal. 24. REminiſcere miſerationũ tuarũ Dñe, & miſericordiæ tuæ, q̄ à ſeculo ſunt. Ne vnquã dominentur nobis inimici noſtri. Libera nos Deus Iſrael ex oĩbus anguſtijs noſtris. Pſal. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui, interius, exteriuſque cuſtodi: vt ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Do.

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

FRatres: Rogamus vos, & obſecramus in Dño Ieſu, vt quemadmodũ accepiſtis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis vt abũdetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dñm Ieſum. Hæc eſt enim volũtas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrũ vas ſuũ poſsidere in ſanctificatione, & honore: non in paſsione deſiderij, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum: & ne quis ſupergrediatur, neque circũueniat in negotio fratrẽ ſuum: quoniã vindex eſt Dñs de his omnibus, ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. Grad. 1. c. 4.

Pſal. 24. De neceſsitatib⁹ meis eripe me Domine. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuerſa delicta mea. ℣. Ad te Domine leuaui animã meam: Deus meus in te cõfido, non erubeſcam: Neque irrideant me inimici mei. Tract.

Matt. 15. Dixit Dñs mulieri Chananęæ: Non eſt bonũ ſumere panem filiorũ: & mittere canibus ad manducãdum. ℣. At illa dixit: Etiam Dñe: nam & catelli edunt de micis, quæ cadũt de menſa dominorum ſuo-

suorum. ℣. Ait illi Iesus: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi, sicut petisti.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 15.
IN illo tempore, Egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit dicẽs ei: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit; Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Credo. Offertorium.

Psal. 118. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde. Et leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Secreta.

SAcrificijs præsentibus Dñe quæsumus intẽde placatus: vt & deuotioni nostræ proficiant & saluti. Per Dñm.

Alię Secrętę, vt in feria quarta Cinerum.

Præfatio communis. Communio.

Ps. 5. Intellige clamorẽ meum. Intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus. Quoniam ad te orabo Dñe. Postcom.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus, vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

---

## FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Clementem. Introitus.

REdime me Domine, & miserere mei. Pes enim meus stetit in via recta: in ecclesijs benedicã Dominum. Psal. 25. Psal. Iudica me Domine, quoniã ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans nõ infirmabor. ℣. Gloria Patri. Oratio.

PRæsta q̃sumus omnipotens Deus, vt familia tua, quæ se affligẽdo carnem ab alimentis abstinet, sectando iustitiam à culpa ieiunet. Per Dominum.

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis, Orauit Daniel Dominum Deum, & dixit: Dñe Deus noster, qui eduxisti populum tuum de Terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomẽ secundum diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus, Domine in omnem iustitiã tuam: auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalẽ, & à monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalẽ, et populus tuus in opprobrium sunt omnium per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est propter temetipsum. Inclina Deus meus aurẽ tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem, super quam inuocatum est nomen tuum; neque enim in Ca. 9. iustifi-

iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine: attende, & fac: ne moreris propter temetipſum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem, & ſuper populum tuum.

Pſal. 69. Graduale. Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne tardaueris.

℣. Confundantur, & reuereantur inimici mei, qui quærunt animam meam.

Pſal. 102. Tract. Domine nō ſecundū peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

Pſal. 78. ℣. Dn̄e ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipēt nos miſericordię tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Cap. 8. IN illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iudæorum: Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quò ego vado, vos non poteſtis venire. Dicebant ergo Iudæi: Numquid interficiet ſemetipſum, quia dixit: Quò ego vado, vos non poteſtis venire? Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis veſtris: ſi enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Ieſus: Principium, qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare. Sed qui me miſit, verax eſt: & ego quę audiui ab eo, hęc loquor in mundo. Et non cognouerūt quia Patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Ieſus: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum, & à meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor: & qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum: quia ego quę placita ſunt ei, facio ſemper. Offertorium.
Benedicam Dominum, qui tribuit mihi Pſal. 15.
intellectum: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Secreta.

HÆc hoſtia Domine placationis & laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per Dominum.

Aliæ Secr. vt in feria iv. Cinerū. Comm.
Domine Dn̄s noſter, quàm admirabile Pſal. 8.
eſt nomen tuū in vniuerſa terra! Poſtcō.

HÆc nos cōmunio Domine purget à crimine, & cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per Dominum.

Poſtcomm. vt in feria quarta Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

ADeſto ſupplicationib' noſtris omnipotens Deus: & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, conſuetæ miſericordię tribue benignus effectum. Per Dominum noſtrum.

## FERIA TERTIA.

Statio ad S. Balbinam. Introitus.

TIbi dixit cor meum: Quę- Pſal. 26.
ſiui vultū tuum: vultum tuū Domine requiram. Ne auertas faciem tuam à me. Pſalmus. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem time-

timebo? ℣. Gloria Patri. Oratio.

PErfice q̃ſumus Domine benignus in nobis obſeruantiæ ſanctæ ſubſidium: vt quæ te auctore faciẽda cognouimus, te operante impleamus. Per Do.

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio libri Regum.

3. Regũ 17. IN diebus illis, Factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſbiten, dicens: Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te. Surrexit, & abijt in Sarephta. Cumque veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi paululũ aquæ in vaſe, vt bibam. Cumque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicẽs: Affer mihi, obſecro, & buccellam panis in manu tua. Quæ reſpondit: Viuit Dominus Deus tuus, quia nõ habeo panem, niſi quãtum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quã Elias ait: Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti: verumtamen mihi primum fac de ipſa farinula ſubcineritium panẽ paruulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies poſtea. Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael: Hydria farinę nõ deficiet, nec lecythus olei minuetur vſque ad diẽ, in qua Dominus daturus eſt pluuiã ſuper faciem terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbum Elię: & comedit ipſe, & illa, & domus eius: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus, iuxta verbũ Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ.

Graduale. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi. Pſal. 54

Graduale reiteretur.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore, Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Capit. 23. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite: ſecundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia Magiſter veſter vnus, eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Offertorium.

Miſerere mei Domine ſecundum magnam miſericordiam tuam: dele Domine iniquitatem meam. Pſal. 50.

SAnctificationem tuam nobis Domine his myſterijs operare placatus:

quæ

quæ nos & à terrenis purget vitijs, & ad cælestia dona perducat. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iv. Cinerum.

Psal. 9. Comm. Narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime. Postcommunio.

VT sacris Domine reddamur digni muneribus, fac nos tuis quæsumus semper obedire mandatis. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris, & animarum nostrarum medere languoribus: vt remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur. Per Dominum.

---

## FERIA QVARTA.

Statio ad S. Cæciliam. Introitus.

Psal. 37. NE derelinquas me Dñe Deus meus: ne discedas à me. Intende in adiutorium meum, Dñe, virtus salutis meæ. Psal. Dñe ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. ℣. Gloria Patri. Oratio.

POpulum tuũ, quæsumus Dñe, propitius respice: & quos ab escis carnalibus præcipis abstinere, à noxijs quoque vitijs cessare concede. Per Dominum.

Aliæ orões, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Esther. Lectio libri ~~Hester~~.

Cap. 13. IN diebus illis, Mardocheus deprecatus est Dominũ, memor omnium operum eius, & dixit: Domine Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuę resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti cælum & terram, & quidquid cæli ambitu continetur. Dñs oĩum tu es, nec est qui resistat maiestati tuæ. Et nunc Dñe rex, Deus Abrahã miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hęreditatẽ tuam delere. Ne despicias partẽ tuam, quam redemisti tibi de Ægypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrũ in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium. Graduale. Saluum fac populum tuũ Domine, & benedic hęreditati tuæ. ℣. Ad te Domine clamaui, Deus meus ne sileas à me, & ero similis descendentibus in lacum. Psal. 27.

Tractus. Domine non secundũ peccata nostra, quę fecimus nos: neque secũdum iniquitates nostras retribuas nobis. Psal. 102.

℣. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarũ, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Psal. 78.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis: Ecce ascẽdimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filio- Cap. 24.

rum

rum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam, redēptionem pro multis. Offertorium.

Psal. 24. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Secreta.

HOstias, quæsumus Domine, quas tibi offerimus, propitius respice: & per hæc sancta commercia, vincula peccatorū nostrorum absolue. Per Do.

Aliç Secretę, vt in feria quarta Cinerum.

Psal. 10. Cōmun. Iustus Dn̄s, & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Postcom.

SVmptis, Domine, sacramentis, ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiamus augmentum. Per Dominum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

DEus innocētiæ restitutor, & amator, dirige ad te tuorum corda seruorum: vt Spiritus tui feruore concepto, & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces. Per Dominum. *In unitate eiusdem.*

---

## FERIA QVINTA.

Statio ad S. Mariam Trans Tiberim.

Introitus.

DEus in adiutoriū meum intēde: Domine ad adiuuādum me festina. Confundantur, & reuereātur inimici mei, qui quærunt animam meam. Psalm. Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria Patri. Psal. 69. Oratio.

PRæsta nobis quæsumus Domine, auxilium gratiæ tuæ: vt ieiunijs, & orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis & corporis. Per Dominum nostrum.

Aliæ orationes, vt in feria iv. Cinerū. 52.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine, et ponit carnē brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cū venerit bonū: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis, & inhabitabili. Benedictus vir, qui cōfidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quasi lignū quod transplantatur super aquas, quod ad humorē mittit radices suas: & non timebit cū venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit solicitū, nec aliquando Cap. 17.

desinet

desinet facere fructum. Prauum est cor hominis ~~omniũ~~, & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego Dñs scrutans cor, & probans renes: qui do vnicuique iuxta viã suam, & iuxta fructũ adinuẽtionum suarum.

Psal. 78. Grad. Propitius esto Dñe peccatis nřis, ne quando dicant gentes: Vbi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui Domine libera nos. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 16.

IN illo tempore, Dixit Iesus Pharisæis: Homo quidam erat diues, et ~~qui~~ induebat purpura, & bysso: & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiẽs saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autẽ & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abrahã à longe, & Lazarũ in sinu eius: & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremũ digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt hinc trãsire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen, & prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pęnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen, & prophetas nõ audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Offertorium. Precatus est Moyses in cõspectu Domini Dei sui, & dixit: Quare Domine irasceris in populo tuo? Parce iræ animæ tuæ. Memento Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti dare terrã fluentem lac & mel. Et placatus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. Exo. 32.

Secreta.

PRæsenti sacrificio nomini tuo nos Dñe ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectu. Per Dom.

Aliæ Secretæ, vt in Feria iv. Cinerum.

Comm. Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem, in me manet, & ego in illo, dicit Dominus. Ioan. 6.

Postcom.

GRatia tua nos, quęsumus Dñe, nõ derelinquat: quæ nobis opem tuę largitatis semper acquirat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

ADesto Dñe famulis tuis, & perpetuam benignitatẽ largire poscẽtibus: vt ijs, qui te auctore, & gubernatore gloriantur, & congregata restaures, et restaurata conserues. Per Dominum.

FE-

FERIA SEXTA.

Statio ad sanctum Vitalem. Introitus.

Psal. 16. Go autem cũ iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor, dum manifestabitur gloria tua. Psalmus. Exaudi Domine iustitiã meam: intende deprecationem meam. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DA quęsumus omnipotens Deus: vt sacro nos purificante ieiunio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per Dominum,

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio libri Genesis,

Cap. 37. N diebus illis, Dixit Ioseph ad fratres suos: Audite somnium meum quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro: & quasi cõsurgere manipulũ meum, & stare, vestrosq; manipulos circũstantes adorare manipulum meum. Rñderunt fratres eius: Nũquid rex noster eris? aut subijciemur ditioni tuæ? Hęc ergo causa somniorũ atq; sermonũ, inuidię & odij fomitẽ ministrauit. Aliud quoque vidit somnium, quod narrãs fratribus, ait: Vidi per somnium, quasi solem, & lunã, & stellas vndecim adorare me. Quod cũ patri suo, & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebãt ei igitur fratres sui: pater vero rem tacitus considerabat. Cumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eũ Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo respõdente, Præsto sum, ait ei: Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi quid agatur. Missus de Valle Hebron, venit in Sichẽ: inuenitq; eũ vir errantem in agro, & interrogauit quid quęreret. At ille rñdit: Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges. Dixitq; ei vir: Recesserunt de loco isto: audiui autẽ eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain. Qui cũ vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere: & mutuo loquebantur: Ecce somniator venit: venite, occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem: dicemusque: Fera pessima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorũ, & dicebat: Non interficiatis animam eius, nec effundatis sanguinem: sed proijcite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manusque vestras seruate innoxias: hoc autẽ dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.

Graduale. Ad Dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Psal. 119.

Tractus. Domine non secundũ peccata nostra, quę fecimus nos: neque secũdum iniquitates nostras retribuas nobis. Psal. 102.

℣. Domine ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum, cito anticipẽt nos misericordiæ tuę: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Psal. 78.

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 21.

IN illo tempore, Dixit Iesus principibus sacerdotum, & senioribus populi parabolam hanc: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ, apprehensis seruis eius, alium cæciderũt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est heres, venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineę, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet: & vineã suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructũ temporibus suis. Dicit illis Iesus: Numquam legistis in Scripturis: Lapidem, quẽ reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris: ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti faciẽti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istũ, confringetur: super quẽ vero ceciderit conteret eum. Et cum audissẽt principes sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius, cognouerũt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eũ tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

Offertorium. Domine in auxiliũ meum respice. Confundantur & reuereantur simul, qui quærunt animam meam vt auferant eam. Psal. 39.

Secreta.

HÆc in nobis sacrificia Deus, & actione permaneant, & operatione firmentur. Per Dominum.

Alię Secr. vt in feria iv. Cinerũ. Cõmun. Tu Dñe seruabis nos: & custodies nos à generatione hac in æternũ. Psal. 11.

Postcom.

FAc nos q̃s Dñe accepto pignore salutis æternæ, sic tendere congruenter, vt ad eam peruenire possimus. Per.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

DA q̃sumus Dñe populo tuo salutem mentis, & corporis: vt bonis operibus inhærendo, tuæ semper virtutis mereatur protectione defendi. Per.

---

## SABBATO.

Statio ad sanctos Marcellinum, & Petrum. Introitus.

LEx Dñi irreprehensibilis, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam pręstans paruulis. Psal. Cæli enarrant gloriã Dei, & opera manuũ eius annunciat firmamentũ. ℣. Gloria Patri. Oro. Psal. 18.

DA quęsumus Domine nostris effectũ ieiunijs salutarem: vt castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per.

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio

Lectio libri Genesis.

Cap. 27. IN diebus illis, Dixit Rebecca filio suo Iacob: Audiui patrẽ tuum loquentẽ cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Dño antequàm moriar. Nunc ergo fili mi, acquiesce consilijs meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciã ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cũ intuleris, & comederit, benedicat tibi, priusquam moriatur. Cui ille respõdit: Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducã super me maledictionẽ pro benedictione. Ad quẽ mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tãtum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abijt, & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrẽ illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasq; hędorum circũdedit manibus, & colli nuda protexit. Deditq; pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit: Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixitque Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit, vt citò occurreret mihi, quod volebam. Dixitque Isaac: Accede huc, vt tãgam te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidẽ, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius meus Esau? Respõdit, Ego sum. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculum, fili mi. Accessit, & osculatus est eũ. Statimque vt sensit vestimẽtorum illius fragrantiã, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiã frumenti & vini. Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, venit Esau, coctosque de venatione cibos intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitque illi Isaac: Quis enim es tu? Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehementi: & vltra quam credi potest, admirans, ait: Quis igitur ille est, qui dudũ captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires? benedixiq; ei, & erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno: & consternatus, ait: Benedic etiam & mihi, pater mi. Qui ait: Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.

At

At ille subiunxit: Iuste vocatũ est nomẽ eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice: primogenita mea ante tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meã. Rursumq; ad patrẽ: Nunquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? Respondit Isaac: Dñm tuũ illũ cõstitui, & oẽs fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc, fili mi, vltra quid faciam? Cui Esau: Num vnã, inquit, tantum benedictionem habes, pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, motus Isaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua. Graduale.

Ps. 91 Bonũ est confiteri Dño: & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Ad annũciandũ mane misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 15.

IN illo tempore, Dixit Iesus Scribis, & Pharisæis: Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abijt, & adhęsit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat. In se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus, ego autem hic fame pereo! Surgam, & ibo ad patrẽ meũ, & dicam ei: Pater peccaui in cælum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrẽ suũ. Cum autẽ adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrẽs cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primã, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat autẽ filius eius senior in agro: & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniã, & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulũ saginatũ, quia saluum illum recepit. Indignatus est autẽ, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respõdens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi, & numquã mãdatum tuum præteriui, & numquã dedisti mihi hœdũ, vt cum amicis meis epularer: sed postquã filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suã cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi:

Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

Psal. 12 Offertorium. Illumina oculos meos ne vmquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus: Præualui aduersus eum. Secreta.

HIs sacrificijs Domine cõcede placatus; vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

Luc. 15. Commun. Oportet tè fili gaudere, quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Postcommunio.

SAcramenti tui Domine diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: & sui nos participes potenter efficiat. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iiij. Cinerũ.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

FAmiliam tuam quæsumus Domine continua pietate custodi: vt quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, cælesti etiam protectione muniatur. Per.

---

## DOMINICA TERTIA Quadragesimæ.

Statio ad sanctum Laurentium extra muros. Introitus.

Psal. 24 OCuli mei semper ad Dominũ: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me, & miserere mei: quia vnicus, & pauper sum ego. Ps. Ad te Domine leuaui animã meã: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria. Oratio.

QVæsumus omnipotens Deus, vota humilium respice: atque ad defensionem nostram dexteram tuę maiestatis extende. Per Dominum.

Aliæ orones, vt in feria iiij. Cinerum. 52.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquiũ, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes: quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorũ seruitus, non habet hęreditatẽ in regno Christi, & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis enim aliquando tenebrę: nunc autẽ lux in Domino. Vt filij lucis ambulate: fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Graduale. Cap. 5.

Psal. 9. Exurge Dñe, non præualeat homo: iudicentur Gentes in conspectu tuo. ℣. In conuertẽdo inimicũ meũ retrorsum: infirmabuntur, & peribunt à facie tua.

Psal. 122. Tractus. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. ℣. Ecce sicut oculi seruorũ, in manibus dominorũ suorũ. ℣. Sicut oculi ancillę in manib⁹ dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis Domine, miserere nobis.

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. ii.



IN illo tempore, Erat Iesus eijciēs dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domū cadet. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eijcio dæmonia: profecto peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt ea, quæ possidet. Si autē fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, cōtra me est: & qui non colligit mecum dispergit. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniēs dicit: Reuertar in domū meā vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatā. Tunc vadit, & assumit septē alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autē, cum hæc diceret: extollens vocē quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter: qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. At ille dixit; Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Credo. Offertorium.

Iustitiæ Dñi rectæ, lætificantes corda: & iudicia eius dulciora super mel, & fauū. Nam & seruus tuus custodit ea. Secreta. Ps. 18

HÆc hostia quæsumus Domine emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorū tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Do.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

Præfatio communis. Communio.

Passer inuenit sibi domum: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos. Altaria tua Dñe virtutū: rex meᵘˢ, & Deus meus. Beati, qui habitant in domo tua Dñe: in sæculum sæculi laudabunt te. Postcō. Ps. 83

ACūctis nos q̄s Dñe reatibus & periculis propitiatus absolue: quos tāti mysterij tribuis esse participes. Per Do.

Aliæ Postcōm. vt in feria iiij. Cinerum.

---

## FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Marcum. Introitus.

IN Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem, in Deo speraui; non timebo quid faciat mihi homo. Psal. Miserere mei Deus, quoniam cōculcauit me homo: tota die impugnās tribulauit me. ℣. Gloria Patri. Oratio. Ps. 55

COrdibus nostris quæsumus Domine gratiam tuam benignus infunde: vt sicut ab escis corporalibus abstinemus, ita sensus quoq; nostros à noxijs retrahamus excessibus. Per Dñm.

[illegible] orōnes, vt in feria iiij. Cinerū. 52.

Lectio libri Regum.

4. Reg. 5. IN diebus illis, Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suũ, & honoratus: per illũ enim dedit Dominus salutẽ Syriæ: erat autem vir fortis & diues, sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrũculi, & captiuam duxerant de Terra Israel puellã paruulã, quæ erat in obsequio vxoris Naaman, quæ ait ad dominã suã: Vtinam fuisset dñs meus ad prophetam, qui est in Samaria: profecto curasset eũ à lepra, quã habet. Ingressus est itaque Naaman ad dñm suũ, & nunciauit ei, dicẽs: Sic & sic locuta est puella de Terra Israel. Dixitque ei rex Syriæ: Vade, & mittã litteras ad regem Israel. Qui cũ profectus esset, & tulisset secum decẽ talenta argenti, & sex millia aureos, & decẽ mutatoria vestimentorũ, detulit litteras ad regẽ Israel, in hæc verba: Cum acceperis epistolã hanc, scito quòd miserim ad te Naamã seruũ meũ, vt cures eũ à lepra sua. Cumq; legisset rex Israel litteras, scidit vestimenta sua, & ait: Nũquid Deus ego sum, vt occidere possim, & viuificare, quia iste misit ad me, vt curẽ hominẽ à lepra sua? animaduertite, & videte, quod occasiones quærat aduersũ me. Quod cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eũ, dicẽs: Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel. Venit ergo Naamã cũ equis, & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei: misitque ad eum Eliseus nuncium dicẽs: Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mũdaberis. Iratus Naamã recedebat, dicens. Putabã quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Dñi Dei sui, & tãgeret manu sua locũ lepræ, & curaret me. Nũquid nõ meliores sunt Abana & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & munder? Cũ ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserũt ad eũ serui sui, & locuti sunt ei: Pater, & si rẽ grandẽ dixisset tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi: Lauare, & mundaberis? Descẽdit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonẽ viri Dei, & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est. Reuersusque ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait: Vere scio quòd non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel. Graduale.

Deus, vitã meã annunciaui tibi, posuisti lacrymas meas in cõspectu tuo. ℣. Miserere mei Deus, quoniã cõculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Ps. 55

Tractus. Domine non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Psal. 102. Ps. 78

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorũ: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum: quãta audiuimꝰ facta in Caphar- Cap. 4.

Capharnaũ, fac & hic in patria tua. Ait autẽ: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mẽsibus sex: cũ facta esset fames magna in omni terra: & ad nullã illarum missus est Elias, nisi in Sarephta Sidoniæ, ad mulierẽ viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naamã Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quẽ ciuitas illorum erat ædificata vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Offertorium.

Ps. 54 Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. Secreta.

MVn⁹, quod tibi Domine nostræ seruitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum. Per Dñm. Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

Ps. 13 Communio. Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. Postcommunio.

PRæsta quæsumus omnipotens, & misericors Deus; vt quod ore contingimus, pura mẽte capiamus. Per Do. Aliæ Postcomm. vt in feria iiij. Cinerũ.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

SVbueniat nobis Dñe misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorũ nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per Do.

Miss. Carm.

## FERIA TERTIA.

Statio ad sanctam Pudentianam. Intr.

EGo clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuã mihi, & exaudi verba mea. Custodi me Domine, vt pupillam oculi. Sub vmbra alarũ tuarũ protege me. Psalm. Exaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. ℣. Gloria Patri. Oratio. Ps. 16

EXaudi nos omnipotens & misericors Deus: & continentiæ salutaris propitius nobis dona concede. Per Do. Aliæ or̃ones, vt in feria iiij. Cinerũ. 52.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis, Mulier quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Dñm: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus: Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Nõ habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo vngar. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nõ pauca. Et ingredere, & claude ostiũ tuũ, cum intrinsecus fueris tu, & filij tui: & mitte inde in oĩa vasa hæc: & cum plena fuerint, tolles. Iuit itaq; mulier, & clausit ostiũ sup se, & sup filios suos: illi offerebant vasa, & illa infundebat. Cũque plena fuissẽt vasa, dixit ad filium suũ: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitq; oleũ. Venit autẽ illa, & indicauit homini Dei. Et ille, Vade, inquit, vende 4. Reg. 4.

oleum, & redde creditori tuo: tu autem, & filij tui viuite de reliquo. Graduale.

Psal. 18. Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati: tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 18. IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnũ, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testiũ stet omne verbum. Quòd si non audierit eos: dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terrã, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies. Offertorium.

Psal. 117. Dextera Domini fecit virtutẽ: dextera Domini exaltauit me. Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini. Secr.

PEr hæc sacramenta quæsumus Domine veniat nostræ redemptionis effectus: qui nos & ab humanis retrahat semper excessibus, & ad salutaria dona perducat. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

Communio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Postcom. Psal. 14.

SAcris Domine mysterijs expiati, & veniam quæsumus consequamur, et gratiam. Per Dominum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iiij. Cinerũ.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

TVa nos Domine protectione defende: & ab omni semper iniquitate custodi. Per Dominum.

---

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctum Xystum. Introitus.

EGo autẽ in Domino speraui: exultabo, & lætabor in misericordia tua. Quia respexisti humilitatem meam. Psal. In te Domine speraui, non confundar in æternũ: in iustitia tua libera me. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio. Psal. 30.

PRæsta nobis quæsumus Domine; vt salutarib⁹ ieiunijs eruditi, à noxijs quoque vitijs abstinentes, propitiationẽ tuam facilius impetremus. Per Dñm.

Aliæ orones, vt in feria iiij. Cinerũ. 52.

Lectio libri Exodi.

INN diebus illis, Locutus est Dominus cunctos sermones hos: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longeuus super terram: quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mœchaberis. Cap. 20.

Non

Non furtum facies. Non loqueris cōtra proximum tuū falſum teſtimoniū. Non concupiſces domū proximi tui: nec deſiderabis vxorē eius, non ſeruū, non ancillā, non bouē, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & ſonitum buccinæ, mōtemque fumantem, & perterriti ac pauore concuſsi, ſteterunt procul, dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Et ait Moyſes ad populū: Nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. Stetitque populus de longe. Moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat Deus. Dixit præterea Dominus ad Moyſen: Hæc dices filijs Iſrael. Vos vidiſtis quòd de cælo locutus ſim vobis. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.

Pſ. 6. Graduale. Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: ſana me Domine. ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea: & anima mea turbata eſt valde.

Pſal. 102. Tractus. Domine non ſecundum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas

Pſ. 78 nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Cap. 15. IN illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum ab Ieroſolymis Scribæ, & Phariſæi, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionē ſeniorum? non enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Ipſe autem reſpondens ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit: Honora patrem, & matrē; &: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur: Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, Munus, quodcumque eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrē ſuum, aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colūt me, docentes doctrinas, et mandata hominum. Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite, & intelligite. Nō quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tūc accedētes diſcipuli eius, dixerunt ei: Scis quia Phariſæi audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens ait: Omnis plantatio, quā non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur. Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum: cæcus autē ſi cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Reſpondens autē Petrus dixit ei: Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit: Adhuc

& vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitũ? Quæ autẽ procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt, quæ coinquinãt hominẽ. Nõ lotis autẽ manibus manducare, nõ coinquinat hominẽ.

Psal. 108. Offertorium. Domine fac mecum misericordiam tuam propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. Secreta.

SVscipe quæsumus Domine preces populi tui cum oblationibus hostiarũ: & tua mysteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per. Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum. Cõm.

Ps. 15. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cũ vultu tuo Domine. Postc.

SAnctificet nos Domine, qua pasti sumus, mensa cælestis: & à cunctis erroribus expiatos, supernis promissionibus reddat acceptos. Per Dominum. Aliæ Postcom. vt in feria iiij. Cinerum.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati à malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per.

---

FERIA QVINTA.

Statio ad SS. Cosmã, & Damianũ. Intr.

SAlus populi ego sum, dicit Dominus: de quacũque tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: & ero illorum Dñs

Ps. 77 in perpetuum. Psal. Attendite popule meus legẽ meã: inclinate aurem vestrã in verba oris mei. ℣. Gloria Patri. Orõ.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt ieiuniorum nobis sancta deuotio, & purificationem tribuat, & maiestati tuæ nos reddat acceptos. Per. Aliæ orones, vt in feria iiij. Cinerũ. 52.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

IN diebus illis, Verbum factum est ad Ieremiam à Domino, dicens: Sta in porta domus Dñi, & prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbũ Dñi omnis Iuda, qui ingredimini ꝑ portas has, vt adoretis Dñm. Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israel: Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templũ Dñi, templũ Dñi, templũ Dñi est. Quoniã si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudiciũ inter virũ & proximum eius, aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniã, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscũ in loco isto: in terra, quam dedi patribus vestris à sæculo & vsque in sæculum. Graduale. Cap. 6.

Oculi omnium in te sperãt Domine: & tu das illis escam in tẽpore opportuno. Psal. 144.
℣. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Grad. reite.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Surgens Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & roga- Cap. 4.

rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam imperauit febri: & dimiſit illam. Et continuo ſurgens, miniſtrabat illis. Cum autem ſol occidiſſet: omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eũ. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei: & increpãs nõ ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die egreſſus ibat in deſertum locum, & turbæ requirebant eũ, & venerunt vſque ad ipſum: & detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ. Offertorium.

Pſal. 137. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Dñe: & ſuper irã inimicorum meorum extendes manum tuam, & ſaluũ me faciet dextera tua. Secreta.

EFficiatur hæc hoſtia q̃ſumus Domine ſollemnibus grata ieiunijs: & vt tibi fiat acceptior, purificatis mentibus immoletur. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cin. Comm.

Pſal. 118. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Poſtcõ.

SAcramenti tui Domine veneranda perceptio, & myſtico nos mundet effectu, et perpetua virtute defendat. Per.

Aliæ Poſtcõm. vt in feria iiij. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

SVbiectum tibi populum quęſumus Domine propitiatio cæleſtis amplificet: & tuis ſemper faciat ſeruire mandatis. Per Dominum noſtrum.

## FERIA SEXTA.

Statio ad S. Laurẽtium in Lucina. Intr.

FAc mecum Domine ſignum in bonum, vt videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Dñe adiuuiſti me, & conſolatus es me. Pſ. Inclina Domine aurẽ tuã, & exaudi me: qm̃ inops, & pauper ſum ego. ℣. Gloria. Oratio. Pſ. 85

IEiunia noſtra quæſumus Domine, benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore, ita à vitijs ieiunemus in mente. Per Dñm.

Aliæ orõnes, vt in feria iiij. Cinerũ. 52.

Lectio libri Numeri.

IN diebus illis: Conuenerunt filij Iſrael aduerſum Moyſen & Aaron: & verſi in ſeditionem dixerunt: Vtinam perijſſemus inter fratres noſtros coram Dño. Cur eduxiſtis Eccleſiã Domini in ſolitudinem, vt & nos & noſtra iumẽta moriamur? Quare nos feciſtis aſcẽdere de Ægypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſsimum, qui ſeri nõ poteſt, qui nec ficũ gignit, nec vineas, nec malogranata, inſuper & aquã non habet ad bibendum? Ingreſſuſque Moyſes & Aaron, dimiſsa multitudine, tabernaculũ fæderis, corruerunt proni in terrã, clamaueruntq; ad Dñm, atq; dixerunt: Dñe Deus audi clamorẽ huius populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt ſatiati, ceſset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini ſuper eos. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs: Tolle virgam, & congrega populum tu, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram corã eis, & Cap. 20.

illa

illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquã de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu Dñi, sicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitque eis: Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cumque eleuasset Moyses manum percutiẽs virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: Quia nõ credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis.

Graduale.

Ps.27 In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum. Et refloruit caro mea: & ex volũtate mea cõfitebor ei. ℣. Ad te Dñe clamabo, Deus me⁹ ne sileas, ne discedas à me.

Psal. 102. Tractus. Domine nõ secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Ps.78 ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 4.

IN illo tempore, Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquã. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. (Discipuli enim eius abierant in ciuitatẽ vt cibos emerent.) Dicit ergo ei mulier illa Samaritana? Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquã viuã. Dicit ei mulier: Dñe, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquã viuam? Nũquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Oĩs, qui biberit ex aqua hac, sitiet iterũ: qui autẽ biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Dicit ad eũ mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam: neque veniã huc haurire. Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virũ. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti, & nunc, quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in mõte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quãdo neq; in monte hoc, neq; in Ierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est.

Sed

Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nã & Pater tales quærit, qui adorent eũ. Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio qa Messias venit, (qui dicitur Christus:) cum ergo venerit ille, nobis annunciabit oĩa. Dicit ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecũ. Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quęris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, et abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & videte hominẽ, qui dixit mihi omnia quæcũque feci: numquid ipse est Christus? Exierũt ergo de ciuitate, & veniebant ad eũ. Interea rogabant eũ discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autẽ dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quẽ vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Numquid aliquis attulit ei manducare? Dicit ei Iesus: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quòd adhuc quattuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedẽ accipit, & congregat fructũ in vitam æternam: vt, & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verũ: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorũ introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorũ, propter verbum mulieris testimonium perhibẽtis: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci. Cũ venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt in eũ propter sermonẽ eius. Et mulieri dicebant: Quia iã nõ propter tuam loquelã credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi.

Offertorium. Intẽde voci orationis meę, rex meus & Deus meus. Quoniam ad te orabo Domine. Psal.

Secreta.

RESpice quæsumus Domine propitius ad munera, quæ sacramus: vt tibi grata sint, & nobis salutaria semper existant. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cin. Comm.

Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, (dicit Dominus Samaritanæ) fiet in eo fons aquę saliẽtis in vitã æternam. Ioan. 4.

Postc.

HVius nos Domine perceptio sacramenti mũdet à crimine, & ad cælestia regna perducat. Per Dominũ.

Aliæ Postcomm. vt in feria iiij. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

PRæsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per Dominum.

---

SABBATO.

Statio ad sanctam Susannam. Introitus.

VErba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ, ℟ Rex meus & Deus meus. ℣. Gloria Patri. Psal.

Ψ Psal. Quoniam te orabo Domine mane exaudies vocem meam.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui se, affligendo carnem,

ab alimentis abstinent, sectando iustitiam à culpa ieiunent. Per Dominum.

Aliæ orones, vt in feria iiij. Cinerū. 52.

Lectio Danielis Prophetæ.

Cap. 13. IN diebus illis, Erat vir habitans in Babylone, et nomen eius Ioakim. Et accepit vxorem nomine Susannam, filiam Helciæ pulchram nimis, & timentem Deum: parentes enim illius, cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. Erat autem Ioakim diues valde, & erat ei pomarium vicinum domui suæ: & ad ipsum confluebant Iudæi, eo quòd esset honorabilior omnium. Et constituti sunt de populo duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est Dominus: Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioakim, & veniebant ad eos omnes, qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius: & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, neque recordarētur iudiciorum iustorum. Factum est autem, cum obseruarent diē aptum, ingressa est aliquando sicut heri & nudiustertius, cum duabus solis puellis, voluitque lauari in pomario: æstus quippe erat: & non erat ibi quisquam, præter duos senes absconditos, & contemplātes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, & smigmata, & ostia pomarij, claudite, vt lauer. Cū autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerūt: Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, & commiscere nobiscū. Quòd si nolueris, dicemus contra te testimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ sunt mihi vndique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem nō egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini. Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt autem & senes aduersus eam. Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit. Cum ergo audissent clamorē famuli domus in pomario irruerunt per posticum, vt viderent quidnam esset. Postquā autem senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia numquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cumque venisset populus ad Ioakim virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannā, vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helcię vxorem Ioakim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput eius. Quæ flens suspexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis: & clau-

:& clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitque ad eã adolescens, qui erat abscõditus, & cõcubuit cũ ea. Porro nos cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatẽ, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter cõmisceri. Et illum quidem non quiuimus comprehẽdere, quia fortior nobis erat, & apertis ostijs exiliuit: hanc autẽ cũ apprehendissemus, interrogauimus, quisnã esset adolescens, & noluit indicare nobis: huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortẽ. Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit: Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cũ nihil horũ fecerim, quæ isti malitiose cõposuerunt aduersum me. Exaudiuit autem Dominus vocem eius. Cumque duceretur ad mortẽ, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomẽ Daniel: & exclamauit voce magna: Mũdus ego sum à sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum, dixit: Quis est iste sermo, quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Israel, non iudicãtes, neque quod verũ est cognoscentes, cõdemnastis filiã Israel? Reuertimini ad iudiciũ, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem procul, & dijudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierũ malorum, nunc venerũt peccata tua, quæ operabaris prius: iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino: Innocentẽ & iustũ nõ interficies. Nunc ergo si vidisti eã, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait: Sub schino. Dicit autẽ Daniel: Recte mẽtitus es in caput tuũ: Ecce enim Angelus Dei accepta sentẽtia ab eo, scindet te medium. Et, amoto eo, iussit venire alium, & dixit ei: Semen Chanaan, & nõ Iuda, species decepit te, & concupiscẽtia subuertit cor tuum: sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis: sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestrã. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: Sub prino. Dixit autẽ ei Daniel: Recte mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladium habẽs, vt secet te medium, & interficiat vos. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deũ, qui saluat sperãtes in se. Et cõsurrexerũt aduersus duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore falsum dixisse testimoniũ) feceruntq; eis sicut male egerant aduersus proximum, vt facerẽt secundum legẽ Moysi: & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innoxius in die illa.

Grad. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, nõ timebo mala: qm̃ tu mecum es Domine. ℣. Virga tua, & baculꝰ tuus: ipsa me consolata sunt. Grad. reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Iesus perrexit in montem Oliueti: & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedẽs docebat Cap. 8.

bat eos. Adducunt autē Scribæ, & Pharisæi mulierē in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehēsa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrū, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. Audientes autem, vnus post vnum exibāt, incipiētes à senioribus: & remāsit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autē se Iesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt, q te accusabāt? nemo te cōdemnauit? Quæ dixit: Nemo Dn̄e. Dixit autē Iesus: Nec ego te cōdemnabo. Vade, & iā amplius noli peccare.

Psal. 118. Offertorium. Gressus meos dirige Domine secundum eloquium tuum: vt nō dominetur mei omnis iniustitia. Secreta.

CONcede q̄s omnipotens Deus; vt huius sacrificij munus oblatū, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, & muniat. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

Ioan. 8. Cōm. Nemo te condemnauit, mulier? Nemo, Domine. Nec ego te condemnabo. Iam amplius noli peccare. Postcom.

QVæsumus omnipotens Deus; vt inter eius membra numeremur, cuius corpori communicamus, & sanguini. Qui tecum viuit.

Aliæ Postcom. vt in feria iiij. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

PRætende Domine famulis, & famulabus tuis dexteram cælestis auxilij: vt te toto corde perquirāt, & quæ digne postulant, consequi mereantur. Per Do.

## DOMINICA QVARTA Quadragesimæ.

Statio ad S. Crucē in Ierusalē. Introitus.

LÆtare Ierusalē, & conuentū facite omnes qui diligitis eā: gaudete cum lætitia, qui in tristitia fuistis: vt exultetis, & satiemini ab vberibus consolationis vestræ. Psal. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus. Esa. 66. Psal. 121.

℣. Gloria Patri. Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Per Dominum.

Aliæ orōnes, vt in feria iiij. Cinerū. 52.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Galatas.

FRatres: Scriptum est: Quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secūdum carnē natus est: qui autem de libera, per repromissionē: quæ sūt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidē in monte Sina, in seruitutem generās: quæ est Agar: Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filijs suis. Illa autē, quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Scriptū est enim: Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ nō parturis: quia multi filij desertæ, magis quā eius, quæ habet virum. Nos autem fratres secundum Cap. 4.

dum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnē natus fuerat, persequebatur eum, qui secundū spiritū: ita & nunc. Sed quid dicit Scriptura? Eijce ancillā, & filiū eius: non enim heres erit filius ancillæ cū filio liberæ. Itaq; fratres, nō sumus ancillę filij, sed liberæ: qua libertate Christ⁹ nos liberauit.

Psal. 121. Graduale. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Tractus.

Psal. 124. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. ℣. Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in sæculū.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 6. In illo tēpore, Abijt Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximū Pascha dies festus Iudæorum. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes nō sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces: sed hęc quid sunt inter tātos? Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multū in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantū volebāt. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite, quæ superauerunt fragmēta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signū, dicebant: Quia hic est vere propheta, qui vēturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Credo.

Offertorium. Laudate Dominum, quia benignus est: psallite nomini eius, quoniā suaue est. Omnia quæcumque voluit, fecit in cælo, & in terra. Psal. 134. Secreta.

Sacrificijs præsentib⁹ Domine quæsumus intende placatus: vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Do.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

Præfatio communis. Communio.

Ierusalē, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dñi: ad confitendum nomini tuo Domine. Psal. 121. Postcom.

Da nobis quæsumus misericors Deus; vt sancta tua, quibus incessanter explemur, sinceris tractemus obsequijs, & fideli semper mente sumamus. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcōm. vt in feria iiij. Cinerum.

FERIA SECVNDA.
Statio ad Sanctos quattuor coronatos. Introitus.

Psal. 53
Eus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationẽ meam. Ps. Qm̃ alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam. ℣. Gloria Patri. Oratio.

PRæsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dominum.

Aliæ oṙones, vt in feria iiij. Cinerum. 52.

Lectio libri Regum.

3. Cap. 3. IN diebus illis, Venerunt duæ mulieres meretrices ad regem Salomonẽ, steteruntq; corã eo, quarum vna ait: Obsecro, mi dñe: ego & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo. Tertia autẽ die postquã ego peperi, peperit & hæc: & eramus simul, nullusque aliꝰ nobiscũ in domo, exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eũ. Et consurgens intẽpestæ noctis silẽtio, tulit filiũ meũ de latere meo ancillæ tuæ dormiẽtis, & collocauit in sinu suo: suũ autẽ filiũ, q erat mortuus, posuit in sinu meo. Cũque surrexissẽ mane, vt darẽ lac filio meo, apparuit mortuus: quẽ diligẽtius intuens clara luce, deprehẽdi non esse meũ quẽ genuerã. Respõditq; altera mulier: Non est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autẽ viuit. Econtrario illa dicebat: Mẽtiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. Atque in hũc modũ contendebãt corã rege. Tũc rex ait: Hæc dicit, Filius meꝰ viuit, & filius tuus mortuus est. Et ista respondet, Nõ, sed filius tuus mortuꝰ est, meus autẽ viuit. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladiũ. Cumque attulissent gladiũ corã rege. Diuidite, inqt, infantẽ viuũ in duas partes, & date dimidiã partem vni, & dimidiã partẽ alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus ad regẽ: (cõmota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro dñe, date illi infantẽ viuum, & nolite interficere eum. Ecõtrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur. Respondit rex, & ait: Date huic infantem viuum, & nõ occidatur: hæc est enim mater eius. Audiuit itaque omnis Israel iudiciũ, quod iudicasset rex, & timuerunt regẽ, vidẽtes sapientiã Dei esse in eo ad faciendum iudicium. Graduale.

Esto mihi in Deũ protectorẽ: & in locũ refugij, vt saluum me facias. Ps. 30 ℣. Deus in te speraui Dñe, nõ confundar in æternũ. Ps. 70

Tractus. Domine nõ secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Psal. 102.
℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuũ. Ps. 78

Sequentia S. Euangelij secundũ Ioãnẽ.

IN illo tempore, Prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam: & inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & nummularios sedentes. Et Cap. 2.

cum

cum fecisset quasi flagellũ de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque, & boues, & nũmulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his, qui colũbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domũ negotiationis. Recordati sunt vero discipuli eius quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. Respõderunt ergo Iudęi, et dixerũt ei: Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudęi: Quadraginta & sex annis ædificatũ est templũ hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autẽ dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni, quẽ dixit Iesus. Cum autẽ esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi crediderũt in nomine eius, vidẽtes signa eius, quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei nõ erat, vt quis testimoniũ perhiberet de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine.

Psal. 99. Offertorium. Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lętitia. Intrate in conspectu eius, in exultatione: Quia Dominus ipse est Deus. Secreta.

OBlatum tibi Dñe sacrificium viuificet nos semper, & muniat. Per.

Alię Secretæ, vt in feria iv. Cinerũ. Cõm.

Psal. 18. A b occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo. Postcom.

SVmptis Dñe salutaribus sacramentis, ad redemptionis æternæ quæsumus proficiamus augmentum. Per.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum: Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

TVeatur quæsumus Domine dextera tua populum tuũ deprecantem, & purificatum dignanter erudiat: vt consolatione præsenti ad futura bona proficiat. Per Dominum.

---

## FERIA TERTIA.

Statio ad sanctum Laurentium in Damaso. Introitus.

EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationẽ meam: intende mihi, & exaudi me. Psal. 54. Psalm. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. ℣. Gloria Patri. Oratio.

SAcrę nobis quęsumus Domine obseruationis ieiunia, & piæ conuersationis augmentum, & tuę propitiationis continuum præstent auxilium. Per.

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio libri Exodi.

IN diebus illis, Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, descende: peccauit populus tuus, quem eduxisti de Terra Ægypti. Cap. 32. Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis: feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt: atque immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Ægypti. Rursumque ait Dominus ad Moysen: Cerno, quòd populus iste duræ ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens:

Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de Terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robosta? Ne quæso dicant Ægyptij: Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abrahã, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & posidebitis eam semper. Placatusque est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum.

Psal. 43. Grad. Exurge Domine, fer opem nobis: & libera nos propter nomen tuum.

℣. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 7. IN illo tempore, Iam die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. Quià semetipso loquitur, gloriam propriam quęrit: qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legẽ: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnũ opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: (nõ quia ex Moyse est, sed ex patribus) & in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, vt nõ soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secũdum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis: Nonne hic est, quem quærunt interficere? Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid vere cognouerunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis: & à me ipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum. Offertorium.

Expectans expectaui Dominum, & respexit me. Et exaudiuit deprecationem Psal. 39.
meam. Et immisit in os meum canticum nouum, hymnum Deo nostro. Secreta.

HÆc hostia quæsumus Domine emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrãdum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Do. Alię Secretæ, vt in feria iv. Cinerũ. Cõm.

Lætabimur in salutari tuo: & in nomi- Psal. 19.

ne

ne Dei nostri magnificabimur. Postcō.

HVius nos Domine perceptio sacramēti mundet à crimine: & ad cęlestia regna perducat. Per Dominum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

MIserere Dñe populo tuo: & continuis tribulationibus laborantem, propitius respirare concede. Per.

---

FERIA QVARTA.

Statio ad S. Paulum. Introitus.

Ezec. 36. CVm sanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuersis terris. Et effundam super vos aquā mūdam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et

Psal. 33. dabo vobis spiritū nouum. Psal. Benedicam Dominū in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri.

Non dicitur Dñs vobiscum, sed Oremus, & Flectamus genua. & postquā subdiaconus dixerit Leuate, stent fratres versis vultibus ad altare. Oratio.

DEus, qui & iustis præmia meritorum, & peccatoribus per ieiuniū veniā præbes, miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio indulgentiam percipere valeat delictorum. Per Dñm.

Lectio Ezechielis Prophetæ.

Cap. 36. HÆc dicit Dñs Deus: Sanctificabo nomen meum magnum: vt sciāt Gentes, quia ego Dñs, cum sanctificatus fuero in vobis corā eis: Tollam quippe vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducā vos in terrā vestram. Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouū, & spiritū nouum ponā in medio vestri: & auferam cor lapideū de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Et spiritū meū ponam in medio vestri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

Graduale. Venite filij, audite me: timo- Psal. 33.
rem Domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestrę non confundentur.

Grad. non reiteretur. Hic dicit Dñs vobiscum, Oremus, & Flectamus genua. Ad hāc orōnē Fratres genuflectāt. Orō.

PRęsta quęsumus omnipotēs Deus; vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lętificet, vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęlestia capiamus. Per Dominum.

Aliæ orōnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dominus: Lauamini, Cap. 1.
mūdi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerse, discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Graduale.

Beata gens, cuius est Dñs, Deus eius: po- Psal. 32.
pulus, quē elegit Dñs in hęreditatē sibi. ℣. Verbo Domini cæli firmati sunt: &

ſpiritu oris eiuſ omnis virtus eorum.

Pſal. 102. Tract. Domine non ſecundum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis.

Pſal. 78. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordię tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Cap. 9.

IN illo tẽpore, Prætereiẽs Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate: & interrogauerũt eum diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Reſpondit Ieſus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt: venit nox, quando nemo poteſt operari: quãdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Hæc cum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe (quod interpretatur Miſſus.) Abijt ergo, & lauit, & venit videns. Itaque vicini, & qui viderant eum prius quia mẽdicus erat, dicebant: Nonne hic eſt, qui ſedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic eſt. Alij autem: Nequaquam, ſed ſimilis eſt ei. Ille vero dicebat: Quia ego ſum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit: Ille homo, qui dicitur Ieſus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, & laua. Et abij, laui, & video. Et dixerunt ei: Vbi eſt ille? Ait: Neſcio. Adducunt eum ad Phariſęos, qui cęcus fuerat. Erat autem ſabbatum quãdo lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Phariſęi quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Alij autẽ dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, q aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta eſt. Non crediderũt ergo Iudęi de illo, quia cæcus fuiſſet & vidiſſet, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat: & interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nũc videt? Reſponderunt eis parẽtes eius, & dixerunt: Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cęcus natus eſt: quomodo autem nũc videat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate: ætatem habet, ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebãt Iudęos: iam enim conſpirauerãt Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo eis ille: Si peccator eſt, neſcio: vnum ſcio, quia cęcus cum eſſem, modo video.

Dixe-

Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerũt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos: scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hũc exaudit. A sæculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo Domine.

Hic genu flectitur. *Et procidens adorauit eum.*

Offertorium. Benedicite Gentes Deum nostrum: & obaudite vocem laudis eius. Psal. 65. Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit commoueri pedes meos. Benedictus Dominus, qui non amouit deprecationẽ meam, & misericordiam suam à me. Secreta.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus, vt his sacrificijs peccata nostra mundentur: quia tunc veram nobis tribuis & mentis, & corporis sanitatem. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iv. Cinerum.

Miss. Carm.

Comm. Lutũ fecit ex sputo Dominus: Ioan. 9. & liniuit oculos meos. Et abij, laui, & vidi: & credidi Deo. Postcomm.

SAcramẽta q̃ sumpsimus, Dñe Deus nr̃, & spũalibus nos repleãt alimẽtis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per.

Aliæ Postcom. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

PAteant aures misericordię tuæ Domine precibus supplicantium: & vt petentibus desiderata concedas, fac eos quæ tibi sunt placita postulare. Per Do.

---

## FERIA QVINTA.

Statio ad ss. Siluestrũ, & Martinum. Intr.

LÆtetur cor quærentium Psal. 104. Dominum. Quęrite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper. Psal. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter Gentes opera eius. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cælestia capiamus. Per Dominum.

Aliæ orõnes, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis, Venit mulier Su- 4. c. 4. namitis ad Eliseum in montem Carmeli: cũque vidisset eam vir Dei ecõtra, ait ad Giezi puerũ suum: Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei: Recte ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respõdit: Recte. Cumque venisset ad virum Dei in mõtem, apprehẽdit pe-

des eius: & accessit Giezi vt amoueret eã. Et ait homo Dei: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dñs celauit à me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi: Nũquid petiui filiũ à Domino meo? numquid non dixi tibi: Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi: & pones baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait: Viuit Dominus, & viuit anima tua, nõ dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam. Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & nõ erat vox, neque sensus: reuersusq; est in occursum eius, & nũciauit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domum, et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusq; clausit ostiũ super se, & super puerum: & orauit ad Dominum. Et ascẽdit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo, semel huc, atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies, aperuitque oculos. Et ille vocauit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidem hanc. Quę vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filiũ tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram: tulitque filium suum, & egressa est, & Eliseus reuersus est in Galgala. Graduale.

Psal. 73. Respice Domine in testamentũ tuum: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge Dñe, & iudica causam tuã: memor esto opprobrij seruorum tuorum. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tẽpore, Ibat Iesus in ciuitatẽ, quę vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, et turba copiosa. Cũ autẽ appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. (Hi autẽ, qui portabant, steterunt.) Et ait, Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cępit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam. Cap. 7.

Offert. Dñe, in auxilium meum respice. Psal. 39.
Confundãtur, & reuereant̃, qui quærũt animam meam, vt auferãt eam. Secreta.

PVrifica nos misericors Deus: vt Ecclesię tuę preces, quę tibi gratę sunt, pia munera deferẽtes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Feria iv. Cinerum.

Comm. Domine memorabor iustitiæ Psal. 70.
tuæ solius: Deus docuisti me à iuuentute mea. Et vsque in senectam, & senium Deus ne derelinquas me. Postcomm.

CÆlestia dona capientibus quæsumus Domine, non ad iudicium prouenire patiaris, quæ fidelibus

tuis ad remedium prouidisti. Per Dom.
Aliæ Postcomm. vt in feria iv. Cinerum.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo.

POpuli tui, Deus institutor, & rector, peccata quibus impugnatur expelle: vt semper tibi placitus, & tuo munimine sit securus. Per Dominum.

---

FERIA SEXTA.

Statio ad sanctum Eusebium. Introitus.

Psal. 18. MEditatio cordis mei in cõspectu tuo semper: Domine adiutor meus, & redẽptor meus. Psalm. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis, præsta quęsumus; vt Ecclesia tua & æternis proficiat institutis, & temporalibus non destituatur auxilijs. Per Dominum.

Aliæ orões. vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio libri Regum.

3. c. 17 IN diebus illis, Ægrotauit filius mulieris matris familias, & erat lãguor fortissimus ita vt nõ remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliã: Quid mihi, & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meę, & interficeres filiũ meum? Et ait ad eam Elias: Da mihi filiũ tuum. Tulitque eũ de sinu eius, et portauit in cęnaculum, vbi ipse manebat, & posuit super lectulũ suum. Et clamauit ad Dominũ, & dixit: Domine Deus meus, etiã ne viduã, apud quã ego vtcumq; sustentor, afflixisti, vt interficeres filiũ eius? Et expandit se, atq; mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominũ, & ait: Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit Dominus vocem Elię: & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & deposuit eum de cęnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ, & ait illi: En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Eliam: Nunc in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

Grad. Bonũ est cõfidere in Dño, quàm cõfidere in homine. ℣. Bonũ est sperare in Dño, quàm sperare in principibus. Psal. 117.

Tractus. Domine non secundũ peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Psal. 102.
℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordię tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Psal. 78.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tẽpore, Erat quidã languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis eius. (Maria autem erat, quæ vnxit Dñm vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) Miserũt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quẽ amas infirmatur. Audiens autẽ Iesus dixit eis: Infirmitas hęc non est ad mortẽ, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam. Diligebat autẽ Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit Cap. 11.

diuit quia infirmabatur, tūc quidē mansit in eodē loco duobus diebus. Deinde post hæc dixit discipulis suis: Eamus in Iudęā iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterū vadis illuc? Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horę diei? Si quis ambulauerit in die, nō offendit, quia lucem huius mūdi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Hæc ait: & post hæc dixit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autē Iesus de morte eius: illi autē putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniā nō eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo. Venit itaque Iesus: & inuenit eū quattuor dies iam in monumento habētem. (Erat autem Bethania iuxta Ierosolymā quasi stadijs quindecim.) Multi autem ex Iudæis venerāt ad Martham, & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio qa resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio, & vita. Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternū. Credis hoc? Ait illi: Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Et cū hæc dixisset, abijt & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum: nondum enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudęi ergo, qui erant cū ea in domo, & consolabantur eā, cum vidissent Mariā quia cito surrexit, & exijt, secuti sunt eam dicentes: Quia vadit ad monumētum, vt ploret ibi. Maria ergo, cū venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudęos, qui venerāt cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni, & vide. Et lacrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cęci nati, facere vt hic nō moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat: Domine, iam fętet, quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi quoniā si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem: Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniā audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circūstat, dixi: vt credant, quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna cla-

clamauit: Lazare veni foras. Et statim prodijt q fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudęis, qui venerãt ad Mariam, & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderũt in eum.

Psal. 17. Offertorium. Populum humilem saluum facies Domine: & oculos superborum humiliabis. Quoniam quis Deus præter te Domine? Secreta.

MVnera nos Domine quæsumus oblata purificent: & te nobis iugiter faciant esse placatum. Per Dom.

Alię Secr. vt in feria iv. Cinerũ. Comm.

Ioan. 11. Videns Dñs flentes sorores Lazari ad monumentũ, lacrymatus est coram Iudæis: & clamauit: Lazare veni foras. Et prodijt ligatus manibus, & pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcom.

HÆc nos quæsumus Dñe participatio sacramẽti & à proprijs reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum.

Aliæ Postcomm. vt in feria iv Cinerum.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo.

DA quæsumus omnipotens Deus; vt qui infirmitatis nostrę conscij, de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus. Per Dominum.

---

## S A B B A T O.

Statio ad S. Nicolaum in carcere. Intr.

Isa. 55. SItientes venite ad aquas, dicit Dñs: & qui non habetis pretium, venite, & bibite cum lætitia. Psalm.

Psal. 77. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria. Oratio.

FIat quęsumus Domine per gratiam tuam fructuosus nostrę deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia, si tuæ sint placita pietati. Per Dominum nostrum.

Aliæ orões, vt in feria iv. Cinerum. 52.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dominus: In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te, & dedi te in fędus populi, vt suscitares terram, & possideres hęreditates dissipatas: vt diceres his, qui vincti sunt: Exite: & his, qui in tenebris: Reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorũ reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi. Laudate cæli, & exulta terra, iubilate mõtes laudem: quia consolatus est Dominus populũ suum, & pauperum suorũ miserebitur. Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt nõ misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. Cap. 49.

Graduale. Tibi Domine derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Vt quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione? Dum superbit impius, incenditur pauper. Psal. 9.

Graduale reiteretur.

Sequen-

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Cap. 8.

IN illo tempore, Locutus eſt Ieſus turbis Iudæorum, dicens: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumē vitæ. Dixerunt ergo ei Phariſæi: Tu de teipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum. Reſpõdit Ieſus, & dixit eis: Et ego ſi teſtimoniū perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimoniū meum: quia ſcio vnde veni, & quò vado: vos autē neſcitis vnde venio, aut quò vado. Vos ſecundū carnem iudicatis: ego non iudico quemquam: & ſi iudico ego, iudiciū meum verū eſt, quia ſolus non ſum: ſed ego, & qui miſit me, Pater. Et in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorū hominum teſtimoniū verum eſt. Ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de meipſo: & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me, Pater. Dicebant ergo ei: Vbi eſt Pater tuus? Reſpondit Ieſus: Neque me ſcitis, neque Patrem meū: ſi me ſciretis, forſitan & Patrem meū ſciretis. Hęc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio, docens in tēplo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

Pſal. 17. Offert. Factus eſt Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Sperabo in eum. Secreta.

OBlationibus noſtris quęſumus Domine placare ſuſceptis, & ad te noſtras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in feria iv. Cinerum.

Pſal. 22. Communio. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuę ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me. Poſtcommunio.

TVa nos quęſumus Domine ſancta purificent: & operationis ſuę remedio tibi faciant eſſe placatos. Per Dom.

Aliæ poſtcomm. vt in feria iv. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

DEus, qui ſperantibus in te misereri potius eligis, quàm iraſci; da nobis digne flere mala, quę fecimus; vt tuæ conſolationis gratiam inuenire mereamur. Per Dominum.

---

## DOMINICA de Paſsione.

Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.

IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab homine iniquo, & doloſo eripe me. Quia tu es Deus fortitudo mea. Pſalm. Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerūt in montem ſanctū tuum, & in tabernacula tua. Iudica. Pſal. 42.

Non dicitur Gloria Patri. ad Introitum vſque ad Paſcha, in Miſsis de tempore: ſed finito Pſalmo, abſolute repetitur Introitus vſque ad Pſalmum. Oratio.

QVæſumus omnipotens Deus; familiam tuam propitius reſpice: vt te largiente regatur in corpore, & te ſeruante cuſtodiatur in mente. Per Dominum noſtrum.

Ab hac die vſque ad feriam quintam in Cœna Domini dicuntur ſequentes orationes, niſi fuerit duplex, vel niſi in proprijs locis aliter ſignetur.

Contra

Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.

ECclesiæ tuæ q̃sumus Dñe preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate.

Pro peccatis. Oratio.

EXaudi quęsumus Domine supplicum preces, & confitentiũ tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgẽtiam tribuas benignus, & pacem. Per Dom.

Si occurrat aliqua Cõmem. dr̃ in secũdo loco: & pro tertia dr̃ Orõ Ecclesiæ tuæ: quæ terminatur sic, Per Dominum. Sic terminantur Secreta, & Postcõmunio.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Cap. 9. FRatres: Christus assistens pontifex futurorũ bonorum, per amplius & perfectius tabernaculũ nõ manufactũ, id est, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum, aut vitulorũ, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorũ, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatũ Deo, emundabit cõscientiam nostrã ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hęreditatis. Grad.

Psal. 142. Eripe me de inimicis meis Domine: doce me facere voluntatem tuam. ℣. Libe-
Psal. 17. rator meus Domine de gentibus iracundis. Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me. Tractus.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Psal. 128. ℣. Dicat nunc Israel: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. ℣. Etenim nõ potuerunt mihi. Supra dorsum meũ fabricauerũt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem suam. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare nõ creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium nõ habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quęrat, & iudicet. Amen, amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerũt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dęmoniũ habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ: & tu dicis: Si quis sermonẽ meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus vester est, & non cogno-

cognouiſtis eum: ego autem noui eum: Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Dixit eis Ieſus: Amen, amen dico vobis, antequàm Abraham fieret, ego ſum. Tulerũt ergo lapides, vt iacerent in eum: Ieſus autẽ abſcondit ſe, & exiuit de templo. Credo.

Pſal. 118. Offertoriũ. Confitebor tibi Dñe in toto corde meo. Retribue ſeruo tuo, vt viuã: & cuſtodiã ſermones tuos. Viuifica me ſecundum verbum tuum Dñe. Secreta.

HÆc munera quęſumus Domine & vincula noſtræ prauitatis abſoluant, & tuæ nobis miſericordiæ dona cõcilient. Per Dominum. Aliæ Secretæ.

PRotege nos Domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur & mente.

HOſtias tibi Domine placationis & laudis offerimus: vt & delicta noſtra miſeratus abſoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum.

Præfatio de Cruce, Qui ſalutem.

Et dicitur quotidie, vſque ad Cœnam Domini incluſiue, niſi in Miſsis propriam Præfatiõnem habentibus.

1. Co ri. 11 Commun. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Hic calix noui teſtamenti eſt in meo ſanguine, dicit Dñs. Hoc facite quotieſcumque ſumitis, in meam commemorationem. Poſtcom.

ADeſto nobis Dñe Deus noſter: & quos tuis myſterijs recreaſti, perpetuis defende ſubſidijs. Per Dominum.

Aliæ Poſtcommuniones.

QVæſumus Domine Deus noſter; vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis.

PRęſta nobis ęterne Saluator; vt percipientes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per.

Benedicamus Dño. ℞. Deo gratias.

---

## FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Chryſogonum. Introitus.

MIſerere mei Deus, quoniã conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Pſalm. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me. Miſerere mei. Pſal. 55. Oratio.

SAnctifica quęſumus Dñe noſtra ieiunia: & cũctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per.

Alię orõnes, vt in Dñica Paſsionis. 107.

Lectio Ionæ Prophetæ.

IN diebus illis, Factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundò, dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas, & abijt in Niniuen iuxta verbum Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere triũ dierum. Et cępit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, et Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitę in Deum: & prædicauerunt ieiuniũ, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbũ ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimen- Cap. 3.

ſtimen-

ſtimentũ ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit; & dixit in Niniue ex ore regis & principũ eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quidquã: nec paſcãtur, & aquã non bibant. Et operiãtur ſaccis homines, & iumenta, & clament ad Dñm in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus: & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi sũt de via ſua mala: & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat vt faceret eis: & non fecit. Graduale.

Pſal. 53. D eus exaudi orõnem meã: aurib' percipe verba oris mei. ℣. Deus in noĩe tuo ſal uum me fac: & in virtute tua iudica me.

Pſal. 102. Tract. D omine non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neque ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis.

Pſal. 78. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriã nominis tui Dñe libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

S equẽtia S. Euãgelij ſecundũ Ioannem.

Cap. 7. IN illo tempore, Miſerunt principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderẽt Ieſum. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicũ tempus vobiſcum ſum: & vado ad eum, qui me miſit. Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos: Quò hic iturus eſt, quia non inueniemus eum? numquid in diſperſionẽ gentium iturus eſt, & docturus Gentes? Quis eſt hic ſermo, quem dixit: Quęretis me, & non inuenietis: & vbi ſum ego, vos nõ poteſtis venire? In nouiſsimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Hoc autẽ dixit de Spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. Offertorium.

D omine conuertere, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Pſal. Secreta.

C Oncede nobis Domine Deus noſter; vt hæc hoſtia ſalutaris & noſtrorum fiat purgatio delictorum, & tuę propitiatio maieſtatis. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica Paſsionis. Præfatio, Q ui ſalutem. Communio.

D ñs virtutũ ipſe eſt rex glorię. Poſtcom. Pſal. 23.

S Acramenti tui quæſumus Dñe participatio ſalutaris, & purificationem nobis tribuat, & medelam. Per Dom.

Aliæ Poſtcõ. vt in Dominica Paſsionis.

Super populum. O remus.

Humiliate capita veſtra Deo.

D A quæſumus Dñe populo tuo ſalutem mẽtis, & corporis: vt bonis operibus inhęrendo, tua ſemper mereatur protectione defendi. Per Dom.

---

FERIA TERTIA.

Statio ad S. Cyriacum. Introitus.

E Xpecta Dominũ, viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Pſal. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? E xpecta. Oratio. Pſal. 26.

N oſtra

NOstra tibi Domine quęsumus sint accepta ieiunia: quę nos expiando gratia tua dignos efficiant, & ad remedia perducant æterna. Per Dominum.

Aliæ orationes, vt in Dñica Passionis. 107.

Lectio Danielis Prophetæ.

Cap. 14. IN diebus illis, Cógregati Babylonij aduersum regem, dixerút: Iudęus factus est rex: Bel destruxit, draconē interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerút cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex quòd irruerent in eũ vehementer: & necessitate cópulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacũ leonum, & erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. Erat autē Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmētum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret messoribus. Dixitq; Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine, Babylonē non vidi, & lacum nescio. Et apprehendit eũ Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel: Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel comedit. Porro Angelus Domini restituit Habacuc cófestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit voce magna rex, dicēs: Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonũ. Porro illos, qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo.

Grad. Discerne causam meã Domine, ab homine iniquo, & doloso eripe me. Psal. 42.
℣. Emitte lucem tuam & veritatē tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctũ tuum. Grad. reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tēpore, Ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autē in proximo dies festus Iudæorum, Scenopegia. Dixerũt autem ad eum fratres eius: Trãsi hinc, & vade in Iudęam, vt & discipuli tui videant opera tua, quę facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quęrit ipse in palam esse: si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius credebãt in eum. Dixit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos: me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala sunt. Vos ascēdite ad diem festum hunc, ego autem non ascēdam ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad

dit ad diem feſtum non manifeſte, ſed quaſi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Vbi eſt ille? Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebāt: Quia bonus eſt. Alij autē dicebant: Non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum. Offert.

Pſal. 9. Sperēt in te oēs qui nouerūt nomen tuū: qm̄ non derelinquis quærentes te Dn̄e. Pſallite Dn̄o, qui habitat in Sion: qm̄ nō eſt oblitus clamorem pauperum. Secr.

HOſtias tibi Domine deferimus immolandas, quæ temporalem conſolationem ſignificent: vt promiſſa non deſperemus æterna. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica Paſsionis. Præfatio, Qui ſalutem. Communio.

Pſal. 24. Redime nos Deus Iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. Poſtcommunio.

DA quęſumus omnipotens Deus; vt quæ diuina ſunt, iugiter exequentes, donis mereamur cæleſtibus propinquare. Per Dominum.

Alię Poſtcom. vt in Dominica Paſsionis. Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

DA nobis q̄s Dn̄e perſeuerantem in tua volūtate famulatum: vt in diebus noſtris & merito, & numero populus tibi ſeruiens augeatur. Per Dn̄m.

---

FERIA QVARTA.

Statio ad S. Marcellum. Introitus.

Pſal. 17. LIberator meus de gentibus iracundis. Et ab inſurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me Domine.

Pſal. Diligam te Domine fortitudo mea: Dn̄s firmamentū meū, & refugiū meū, & liberator meus. Liberator. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio, Deus tuorum corda fidelium miſerator illuſtra: & quibus deuotionis præſtas affectum, præbe ſupplicantibus pium benignus auditum. Per Dominum.

Alię orōnes, vt in Dn̄ica Paſsionis. 107.

Lectio libri Leuitici.

Cap. 19. IN diebus illis, Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad omnem cœtum filiorum Iſrael, & dices ad eos: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter. Non facietis furtum. Non mētiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. ego Dominus. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane. Non maledices ſurdo, nec coram cæco pones offendiculū: ſed timebis Dominum Deum tuum, quia ego ſum Dominus. Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſte iudicabis. Non cōſideres perſonam pauperis, nec honores vultū potentis. Iuſte iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec ſuſurro in populo. Non ſtabis cōtra ſanguinē proximi tui. Ego Dominus. Non oderis fratrē tuum in corde tuo, ſed publice argue eū, ne habeas ſuper illo peccatū. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicū tuum ſicut teipſum. Ego Dn̄s. Leges meas cuſtodite.

Pſal. 19. Grad. Exaltabo te Dn̄e quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. ℣. Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me. Domine abſtraxiſti

ab

ab inferis animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum.

Psal. 102. Tractus. Domine non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas

Psal. 78. nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 10.

IN illo tempore, Facta sunt Encęnia in Ierosolymis: & hiems erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Circũdederunt ergo eũ Iudæi, & dicebãt ei: Quousq; animã nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam. Respõdit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hęc testimonium perhibent de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meę vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego, & Pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudęi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorũ opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra: quia, Ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura: quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre.

Offertorium. Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me Domine. Psal. 58.

Secreta.

ANnue nobis misericors Deus; vt hostias placationis, & laudis, sincero tibi deferamus obsequio. Per Dom.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica Pasionis.

Præfatio, Qui salutem.

Communio. Lauabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine: Vt audiam vocem laudis tuæ, & enarrem vniuersa mirabilia tua. Psal. 25.

Postcomm.

CÆlestis doni benedictione percepta, supplices te Deus omnipotens deprecamur; vt hoc idẽ nobis & sacramẽti causa sit, & salutis. Per Dominum.

Aliç Postcom. vt in Dominica Pasionis.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

ADesto supplicationib' nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandę pietatis indulges, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

FE-

FERIA QVINTA.

Statio ad S. Apollinarem. Introitus.

Dan. 3. Mnia, quæ feciſti nobis Domine, in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis nõ obediuimus: ſed da gloriam nomini tuo, & fac nobiſcum ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ.

Pſ.47 Pſ. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. O mnia. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotẽs Deus; vt dignitas cõditionis humanæ per immoderantiam ſauciata, medicinalis parſimoniæ ſtudio reformetur. Per Dominum noſtrum.

Aliæ orõnes, vt in Dñica Paſsionis. 107.

Lectio Danielis Prophetæ.

Cap 3. N diebus illis, Stans Azarias orauit ſic: Dñe Deus, ne quæſumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne diſsipes teſtamentũ tuum: neque auferas miſericordiam tuã à nobis propter Abrahã dilectũ tuũ, & Iſaac ſeruũ tuum, & Iſrael ſanctũ tuum: quibus locutus es, pollicẽs quòd multiplicares ſemẽ eorũ ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenã, quæ eſt in littore maris: quia Dñe imminuti ſumus plus quã omnes gẽtes, ſumuſque humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra. Et non eſt in tẽpore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificiũ, neque oblatio, neque incenſum, neq; locus primitiarum coram te, vt poſsimus inuenire miſericordiã tuã: ſed in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Sicut in holocauſto arietũ, & taurorum, & ſicut in millibus agnorũ pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in cõſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non eſt confuſio confidentibus in te. Et nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos: ſed fac nobiſcũ iuxta mãſuetudinẽ tuã, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Dñe: & confundãtur omnes, qui oſtendunt ſeruis tuis mala, confundantur in omni potentia, et robur eorũ conteratur: & ſciant quia tu es Dñs Deus ſolus, & glorioſus ſuper orbem terrarum.

Graduale. Tollite hoſtias, & introite in atria eius: adorate Dominum in aula ſancta eius. ℣. Reuelabit Dominus condẽſa: & in templo eius omnes dicent gloriam. Graduale reiteretur. Pſ.95 Pſ.28

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore, Rogabat Ieſum quidã de Phariſæis, vt manducaret cũ illo. Et ingreſſus domum Phariſæi, diſcubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quòd Ieſus accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti: & ſtãs retro ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Phariſæus, qui vocauerat eum, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſt mulier, quæ tãgit eum: quia peccatrix eſt. Reſpondens Ieſus, Cap. 7.

dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fęneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eũ plus diligit? Respondens Simõ dixit: Æstimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierẽ? Intraui in domum tuam, aquã pedibus meis non dedisti: hæc autẽ lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autẽ ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accũbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierẽ: Fides tua te saluam fecit, vade in pace. Offertorium.

Psal. 136. Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus: cũ recordaremur Sion. Secr.

DOmine Deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostræ subsidium cõdidisti, tuo quoque nomini munera iussisti dicanda cõstitui; tribue quæsumus; vt & vitæ nobis præsentis auxilium, & æternitatis efficiant sacramentum. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica Passionis.

Præfatio. Qui salutem. Communio.

Psal. 118. Memento verbi tui seruo tuo Dñe, in quo mihi spem dedisti. Hęc me consolata est in humilitate mea. Postcommun.

QVod ore sumpsimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per Dominum.

Aliæ Postcomm. vt in Dñica Passionis.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

ESto quæsumus Domine propitius plebi tuæ: vt quæ tibi non placẽt respuentes, tuorũ potius repleãtur delectationibus mandatorum. Per Dominum.

---

## FERIA SEXTA.

Statio ad sanctum Stephanum in Cælio monte. Introitus.

MIserere mei Dñe qm̃ tribulor libera me. Et eripe me de manibus inimicorum meorũ, & à persequentibus me. Domine nõ cõfundar, quoniã inuocaui te. Ps. 30 Ps. In te Dñe speraui, non cõfundar in ęternũ: in iustitia libera me. Miserere. Oro.

COrdibus nostris quęsumus Domine gratiã tuã benignus infunde: vt peccata nostra castigatione volũtaria cohibentes, temporaliter poti⁹ maceremur, quàm supplicijs deputemur ęternis. Per.

Aliæ orõnes, vt in Dñica Passionis. 107.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

IN diebus illis, Dixit Ieremias: Cap. 17. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundẽtur: recedẽtes à te, in terra scribẽtur: quoniã dereliquerunt venam aquarũ viuentiũ Dominũ. Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbũ Domini? veniat. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: & diem ho-

hominis non deſideraui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs meis, rectũ in conſpectu tuo fuit. Non ſis tu mihi formidini, ſpes mea tu in die afflictionis. Confundãtur, qui me perſequuntur, & non cõfundar ego: paueant illi, & non paueã ego: induc ſuper eos diẽ afflictionis, & duplici cõtritione contere eos. Graduale.

Pſ.34 Pacifice loquebãtur mihi inimici mei: & in ira moleſti erant mihi. ℣. Vidiſti Dñe Deus meus, ne ſileas: ne diſcedas à me.

Pſal. 102. Tractus. Domine, non ſecundum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas

Pſ.78 nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Cap. 11 IN illo tẽpore, Collegerũt Põtifices & Phariſæi cõciliũ, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eũ ſic, omnes credẽt in eũ: & veniẽt Romani, & tollẽt noſtrũ locũ, & gentẽ. Vnus autẽ ex ipſis Caiphas nomine, cum eſſet Põtifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quidquam, nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatᷣ homo pro populo, & nõ tota gẽs pereat. Hoc autem à ſemetipſo nõ dixit: ſed cũ eſſet Põtifex anni illius, prophetauit, quòd Ieſus moriturus erat pro gẽte, et nõ tantũ pro gẽte, ſed vt filios Dei, qui erãt diſperſi, cõgregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Ieſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem: & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. Offertor.

Benedictus es Dñe: doce me iuſtificationes tuas: & non tradas me calũmniãtibus me ſuperbis. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum. Pſal. 118. Secreta.

PRæſta nobis miſericors Deus; vt digne tuis ſeruire ſemper altaribus mereamur: & eorum perpetua participatione ſaluari. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica Paſsionis. Præfatio. Qui ſalutem. Communio.

Ne tradideris me Dñe in animas perſequẽtiũ me: qm̃ inſurrexerũt in me teſtes iniqui, et mentita eſt iniquitas ſibi. Pſ.26 Poſtc.

SVmpti ſacrificij Domine perpetua nos tuitio non derelinquat: & noxia ſemper à nobis cuncta depellat. Per Do.

Aliæ Poſtcomm. vt in Dñica Paſsionis.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

COncede q̃s omnipotens Deus; vt qui protectionis tuę gratiam quærimus, liberati à malis omnibus, ſecura tibi mente ſeruiamus. Per Dominum.

---

## SABBATO.

Statio ad ſanctum Ioannem ante portam Latinam. Introitus.

Iſerere mei Dñe, quoniã tribulor: libera me, & eripe me de manibꝰ inimicorum meorum, & à perſequentibus me. Domine non confundar, quoniam inuocaui te. Pſalm. In te Domine ſperaui, non Pſ.30

confundar in æternum: in iustitia tua libera me. Miserere. Oratio.

DA nobis quæsumus Domine obseruātiam legitima deuotione perfectam: vt cum refrenatione carnalis alimoniæ, sancta tibi conuersatione placeamus. Per Dominum nostrum.

Aliæ orones, vt in Dñica Passionis. 107.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

Cap. 18. IN diebus illis: Dixerunt impij Iudæi adinuicem: Venite, & cogitemus contra iustū cogitationes: non enim peribit lex à sacerdote, neq; consiliū à sapiēte, nec sermo à propheta: venite, & percutiamus eū lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende Domine ad me, & audi vocē aduersariorū meorū. Numquid redditur pro bono malū, quia foderunt foueā animæ meæ? Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterē indignationē tuā ab eis. Propterea da filios eorum in famē, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorum absq; liberis, & viduæ: & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorum cōfodiātur gladio in prælio. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronē repente: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autē Domine scis omne cōsiliū eorū aduersum me in mortē: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua nō deleatur: fiāt corruētes in conspectu tuo, in tēpore furoris tui abutere eis.

Ps. 34. Graduale. Pacifice loquebātur mihi inimici mei: & in ira molesti erant mihi. ℣. Vidisti Domine Deus meus, ne sileas: ne discedas à me. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tēpore, Subleuatis Iesus oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica filiū tuum, vt filius tuus clarificet te: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: Vt cognoscant te, solum Deum verum, & quē misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus cōsummaui, quod dedisti mihi vt faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quā habui prius, quā mūdus esset, apud te. Manifestaui nomē tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonē tuū seruauerunt. Nūc cognouerūt quia omnia, quæ dedisti mihi abs te sunt: quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperūt, & cognouerūt vere quia à te exiui, et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: Nō pro mūdo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis: Etiā nō sum in mūdo, & hi in mūdo sunt, & ego ad te venio. Cap. 17.

Offertorium. Benedictus es Dñe: doce me iustificationes tuas: & nō tradas me calumniantibus me superbis. Et respondebo exprobrantibus mihi verbū. Secr. Psal. 118.

A Cunctis nos quæsumus Domine reatibus et periculis propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica Passionis.

Præ-

Præfatio. Qui salutem. Communio.
Pc. 16 Ne tradideris me Domine in animas persequentium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati q̃s Domine Deus noster; vt huius semper participatione viuamus. Per Do. Aliæ Postcomm. vt in Dñica Passionis. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Conserua Domine populũ tuum: & ab omnibus, quæ meretur, aduersis redde securum: vt deuota tibi mẽte deseruiat. Per Dominum nostrum.

---

## IN DIE PALMARVM.

Completa Tertia, & facta aspersione aquæ more solito, Prior seu ille qui facit officium indutus pluuiali albo, & ministri cum paramentis albis, vel vbi non sit pluuiale, oẽs in albis, procedunt ad altare: stansque sacerdos inter ministros, ramos ad cornu Epistolæ super gradus à sacrista positos, benedicat hoc modo. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terrã. ℣. Sit nomẽ Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sęculum. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus, qui dispersa congregas, & congregata conseruas, qui populis obuiam Iesu ramos palmarum portãtibus benedixisti; bene ✠ dic etiam hos ramos Palmarũ, & Oliuarũ, quos tui famuli ad gloriã nominis tui fideliter suscipiunt: vt in quocumq; loco fuerint introducti, bene ✠ dictio tua subsequat: & omni aduersa valetudine fugata, dextera tua protegat, quos redemit Iesus Chrs filius tu⁹ Dñs nr̃. Qui tecũ. Postea aspergantur rami aqua bñdicta: & incensentur: deindeq facit officiũ dicat Oremus. sine Dñs vobiscũ. Orõ.

Deus, qui per Oliuæ ramum pacẽ terris columbam nunciare iussisti, præsta quæsumus; vt hos oliuæ, aliarumque arborum ramos cælesti benedictione ✠ sanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad salutẽ. Per Christum. Deinde cantor genuflexus offerat ramũ faciẽti officium, incipiendo Añam Pueri Hebræorũ: quã chorus prosequat Aña. Pueri Hebræorum tollentes ramos oliuarum, obuiauerunt Dño clamantes, & dicentes: Hosanna in excelsis. Statim cantor incipiat sequẽtem Antiphonam, choro prosequẽte, Aña. Pueri Hebræorum vestimenta prosternebant in via, & clamabant, dicentes: Hosanna Filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini. Et si necesse fuerit, repetantur.

Dum supradictæ Antiph. cantãtur, faciẽs officiũ, stãs ante altare versus populum distribuat ramos: primo ministris altaris, deinde ceteris Fratribus, binis post seniores venientibus: qui omnes dũ ramũ accipiũt, genuflectãt & manũ sacerdotis osculentur, atque eodẽ ordine reuertantur. Postea idem sacerdos, vel sacrista, aut alij distribuant sæcularibus.

Distributis ramis, & finitis Antiphonis, cãtore incipiẽte Añam Occurrunt, exeat processio, hoc ordine. Primo procedant duo accolythi, quorum alter portet aquam benedictam, & alter thuribulum cum incenso: deinde ceroferarij medium habentes cruciferum apparatum ex dignioribus saltem accolythis cum cruce, discooperta: postea procedat non

Conuentus, binis Fratribus post iuniores incedentib⁹: vltimo sacerdos medius inter ministros. Processio fiat per claustrum, vel ambitum iuxta ecclesiā, cum quattuor stationibus: & hic ordo seruatur in omnibus processionibus cum ministris apparatis pro sacerdote. Antiph. Occurrunt turbæ cū floribus, & palmis Redēptori obuiā: & victori triumphanti digna dant obsequia. Filium Dei ore gentes p̄dicāt: & in laudes Christi voces
Ioan. 11. tonāt per nubila: Hosanna. Aña. Collegerūt Pōtifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, oēs credent in eū: ne fortè veniāt Romani, & tollant nostrum locum, et gentem. ℣. Vnus autē ex ipsis Caiphas nomine, cū esset Pontifex anni illius, prophetauit, dicens: Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gēs pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum, dicentes. Quid facimus. Et dū supradicta Antiph. cantatur, fiat processio: ita vt in quarta statione, terminetur repetitio Antiphonæ, Collegerunt. Qua finita, Sacerdos voce mediocri genuflectendo cantet Aue. & statim surgat. Chorus genuflectendo respondeat Rex noster. & statim surgat. Iterū sacerdos altius, & genuflectendo dicat Aue. Chorus similiter genuflectendo respondeat. Rex noster. Iterumque sacerdos altius, & genuflectēdo dicat Aue. Chorusque eodem modo genuflectendo respondeat Rex noster. Quo dicto surgāt, & totam Añam prosequēdo, cantad ianuā ecclesiæ. Aña. Aue, Rex noster, Fili Dauid, Redemptor mundi: quē Prophetæ prædixerūt, Saluatorē Deū Israel esse venturū. Te enim ad salutarē victimā Pater misit in mundum: quem expectabant oēs sancti ab origine mundi, & nunc. Hosanna Filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini, hosanna in excelsis. Cum peruētum fuerit ad ianuā ecclesię diaconus petat benedictionem à faciēte officiū, & finita Aña cantet sequens Euāgelium, subdiacono stante cum cruce retro librū inter ceroferarios: thuriferarius vero habeat thuribulum præparatum pro Euangelio.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tēpore, Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis, & venisset Bethphage ad Mōtem oliueti: tūc misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellū, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatā, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi: & siquis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur, quod dictū est per Prophetā dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinā, & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinā, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autē turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autē cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via: turbę autē, quæ, pręcedebant, & quę sequebantur, clamabant, dicētes: Hosan-

Cap. 21.

na filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini. Circa finem Euangelij, duo Fratres ecclesiã intrent, & clauso ostio, stantes versus ostium; statim post Euangelium cantent Vers. Gloria, laus, & honor tibi sit Rex Christe Redẽptor: Cui puerile decus prõpsit: Hosanna piũ. Chorus repetat idem Gloria, laus. Deinde ijdem duo Fratres in ecclesia cantent versũ. Israel es tu, Rex Dauidis, & inclyta proles: Noĩe qui in Dñi Rex benedicte venis. Chorus repetat Gloria, laus. Illi duo Fratres ℣. Cœtus in excelsis te laudat cælicus oĩs: Et mortalis homo, & cũcta creata simul. Chorus repetat Gloria, laus. Illi duo Fratres ℣. Plebs Hebræa tibi cũ palmis obuiam venit: Cum prece, voto, & hymnis adsumus ecce tibi. Chorus repetat Gloria, laus. Quo finito, duo illi Fratres aperiant ostium ecclesiæ: quo aperto, faciens officiũ incipit ℟. Ingrediẽte: & statim ordine, quo venerãt, intrãt ecclesiã, cantando. ℟. Ingrediente Dño in sanctã ciuitatẽ, Hebræorũ pueri resurrectionẽ vitæ pronunciantes, Cum ramis palmarũ, Hosanna clamabãt in excelsis. ℣. Cum audisset populus, quia venit Iesus Ierosolymã, exierunt obuiam ei Cum ramis. Et non dicitur Gloria Patri. Finito ℟. et ℣. accolythi dicant ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgẽtibus in me libera me. Qui facit officium sine Dñs vobiscũ, õmisso Oremus, dicat orõnẽ.

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem nostrũ carnẽ sumere, & crucem subire fecisti; concede propitius; vt & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eumdẽ Chrm Dñm nostrum. ℟. Amẽ. Deinde dr Missa cũ paramentis violaceis, & rami tenentur in manibus vsque in finẽ.

---

## DOMINICA IN PALMIS.

Statio ad S. Ioannem in Laterano. Intr.

Domine ne longe facias auxilium tuum à me: ad defensionem meam aspice. Libera me de ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Ps. Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum. Domine ne. Ps. 21

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitãdum humilitatis exemplum, Saluatorem nostrũ carnem sumere, & crucem subire fecisti; concede propitius; vt & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eumdem Dominum. Et hæc oratio tantũ dicitur.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Fratres: Hoc sentite in vobis, qđ & in Christo Iesu: qui cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo: sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. Humiliauit semetipsũ factus obediens vsq; ad mortẽ, mortem autẽ crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, qđ est super omne nomen: vt in nomine Iesu *omne genu flectatur* cælestium, terrestriũ, & Cap. 2. Hic genuflecti tur.

& infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Graduale.

Pſ. 72 Tenuiſti manũ dexterã meã, & in volũtate tua deduxiſti me, et cũ gloria aſſumpſiſti me. ℣. Quàm bonus Iſrael Deus rectis corde! Mei autẽ pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei. Quia zelaui ſup iniquos pacẽ peccatorũ vidẽs.

Pſ. 21 Tractus. Deus Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? ℣. Longe à ſalute mea verba delictorum meorum. ℣. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi. ℣. Tu autẽ in ſancto habitas, Laus Iſrael. ℣. In te ſperauerunt patres nři, ſperauerunt, & liberaſti eos. ℣. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, & nõ ſunt confuſi. ℣. Ego autẽ sũ vermis, et non homo: opprobriũ hominum, & abiectio plebis. ℣. Omnes qui me videbãt, deriſerũt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. ℣. Sperauit in Dño, eripiat eum: ſaluum faciat eũ, quoniam vult eum. ℣. Ipſi vero conſiderauerunt & inſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meã miſerunt ſortẽ. ℣. Libera me de ore leonis: & à cornibus vnicorniũ humilitatẽ meam. ℣. Qui timetis Dñm laudate eũ: vniuerſum ſemẽ Iacob magnificate eũ. ℣. Annunciabitur Dño generatio ventura: & annunciabũt cæli iuſtitiam eius. ℣. Populo qui naſcetur, quẽ fecit Dñs.

Paſsio Domini incipitur abſolute: non petitur benedictio: non deferuntur luminaria, nec incenſum: non dicitur **Dominus vobiſcũ**, nec reſpõdetur **Gloria tibi Domine:** quod & in alijs diebus ſeruatur, quando legitur Paſsio.

Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Matthæum.

Cap. 26. IN illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; ✠ Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur. C Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & conſilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: S Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. C Cum autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſsit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt dicentes: S Vt quid perditio hæc? Potuit enim iſtud venundari multo, & dari pauperibus. C Sciens autem Ieſus, ait illis: ✠ Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me. Nã ſemper pauperes habetis vobiſcum: me autẽ non ſemper habetis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum: ad ſepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc euãgelium in toto mundo, dicetur, & quòd hæc fecit in memoriam eius. C Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebat̃ Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotum: & ait illis: S Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradã? C At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde q̃rebat opportunitatẽ vt eum traderet. Prima autẽ die Azymorũ acceſſerunt diſcipuli

puli ad Ieſum, dicentes: S Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? C At Ieſus dixit: ✠ Ite in ciuitatẽ ad quemdam, & dicite ei: Magiſter dicit: Tẽpus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cũ diſcipulis meis. C Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. Veſpere autẽ facto, diſcũbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis, dixit: ✠ Amẽ dico vobis, quia vnꝰ veſtrum me traditurus eſt. C Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: S Nũquid ego ſum Dñe? C At ipſe reſpõdens, ait: ✠ Qui intingit mecũ manum in paropſide, hic me tradet. Filius quidẽ hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: væ autem homini illi, per quẽ Filius hominis tradetur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. C Reſpondens autẽ Iudas, qui tradidit eum, dixit: S Nũquid ego ſum Rabbi? C Ait illi: ✠ Tu dixiſti. C Cænantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: ✠ Accipite, & comedite: hoc eſt corpus meum. C Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis, dicens: ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundet̃ in remiſſionẽ peccatorũ. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis vſque in diem illum cum illud bibã vobiſcum nouum in regno Patris mei. C Et hymno dicto, exierunt in Montem oliueti. Tunc dicit illis Ieſus: ✠ Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Scriptũ eſt enim: Percutiã paſtorẽ, & diſpergentur oues gregis. Poſtquã autem reſurrexero, præcedã vos in Galilæam. C Reſpondens autem Petrus, ait illi: S Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego numquã ſcãdalizabor. C Ait illi Ieſus: ✠ Amen dico tibi, quia in hac nocte antequã Gallus cantet, ter me negabis. C Ait illi Petrus: S Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. C Similiter et omnes diſcipuli dixerũt. Tũc venit Ieſus cum illis in villã, quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis: ✠ Sedete hic donec vadã illuc, & orem. C Et aſſumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cæpit contriſtari & mæſtus eſſe. Tunc ait illis: ✠ Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate mecum. C Et progreſſus puſillum, procidit in faciẽ ſuã, orans, & dicens: ✠ Pater mi, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Verumtamen nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu. C Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: ✠ Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ infirma. C Iterum ſecundo abijt, & orauit, dicens: ✠ Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua. C Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio, eumdẽ ſermonẽ dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: ✠ Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. C Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs, & fuſtibus, miſsi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus

po-

populi. Qui autem tradidit eũ, dedit illis signum, dicens: S Quęcumque osculatus fuero, ipse est tenete eum. C Et confestim accedens ad Iesum, dixit: S Aue Rabbi. C Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: ✠ Amice, ad quid venisti? C Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his, qui erant cũ Iesu, extendens manum exemit gladiũ suũ, & percutiens seruum principis sacerdotũ amputauit auriculã eius. Tunc ait illi Iesus. ✠ Conuerte gladium tuum in locũ suũ. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia nõ possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? C In illa hora dixit Iesus turbis: ✠ Tãquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me, quotidie apud vos sedebã docens in templo, & non me tenuistis. C Hoc autẽ totum factum est, vt adimplerentur Scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant. Petrus autẽ sequebatur eum à longe, vsque in atriũ principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cũ ministris, vt videret finem. Principes autẽ sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: & non inuenerũt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: S Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. C Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: S Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? C Iesus autẽ tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: S Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. C Dicit illi Iesus: ✠ Tu dixisti. Verumtamẽ dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientẽ in nubibus cæli. C Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: S Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiã: quid vobis videtur? C At illi respõdentes dixerũt: S Reus est mortis. C Tunc expuerunt in faciẽ eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autẽ palmas in faciem eius dederunt, dicentes: S Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? C Petrus vero sedebat foris in atrio: & accessit ad eũ vna ancilla, dicens: S Et tu cum Iesu Galilæo eras. C At ille negauit coram omnibus, dicens: S Nescio quid dicis. C Exeunte autẽ illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi: S Et hic erat cum Iesu Nazareno. C Et iterum negauit cum iuramento: Quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: S Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. C Tunc cœpit detestari, & iurare qa nõ nouisset hominẽ. Et cõtinuo gallus cãtauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. Mane autẽ facto, consilium inierũt omnes principes sacerdotũ, & seniores populi aduersus Iesum, vt eũ morti traderent. Et vinctũ adduxerunt

eum,

eum, & tradiderũt Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus, dicens. S Peccaui, tradens sanguinem iustum. C At illi dixerunt: S Quid ad nos? tu videris. C Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit. Principes autẽ sacerdotum, acceptis argẽteis, dixerunt: S Non licet eos mittere in corbonã: quia pretium sanguinis est. C Consilio autem inito, emerũt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletũ est quod dictum est per Ieremiã prophetã, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerũt à filijs Israel: & dederunt eos in agrũ figuli, sicut constituit mihi Dominus. Iesus autẽ stetit ante præsidẽ, & interrogauit eum præses, dicens: S Tu es Rex Iudæorum? C Dicit illi Iesus: ✠ Tu dicis. C Et cum accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit: Tunc dicit illi Pilatus: S Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? C Et non respondit ei ad vllum verbũ, ita vt miraretur præses vehementer. Per diẽ autẽ sollemnẽ cõsueuerat præses populo dimittere vnũ vinctũ, quẽ voluissent. Habebat autẽ tũc vinctũ insignem, qui dicebatur Barabbas. Cõgregatis ergo illis, dixit Pilatus: S Quem vultis dimittam vobis: Barabbã, an Iesum, qui dicitur Christus? C Sciebat enim quòd per inuidiã tradidissent eũ. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: S Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. C Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populis, vt peterẽt Barabbam, Iesum vero perderent. Respondẽs autem præses, ait illis: S Quem vultis vobis de duobus dimitti? C At illi dixerunt: S Barabbam. C Dicit illis Pilatus: S Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christ⁹? C Dicũt omnes: S Crucifigatur. C Ait illis præses: S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant dicentes: S Crucifigatur. C Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo dicens: S Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. C Et respondens vniuersus populus, dixit: S Sanguis eius super nos, & super filios nostros. C Tũc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætoriũ, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: S Aue rex Iudæorum. C Et expuẽtes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod

est

est Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophetã dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus Rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum mouẽtes capita sua, & dicẽtes: S Vah qui destruis templũ Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. C Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis, & senioribus dicebant: S Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei: confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum: dixit enim, Quia filius Dei sum. C Idipsum autẽ, & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autẽ hora tenebræ factæ sunt super vniuersã terram vsque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: ✠ Eli, Eli, lamma sabacthani? C Hoc est: ✠ Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me? C Quidã autem illic stantes, & audientes, dicebant: S Eliã vocat iste. C Et continuo currens vnus ex eis acceptã spongiã impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant: S Sine videamus, an veniat Elias liberans eum. C Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur.

Et ecce velum tẽpli scissum est in duas partes à summo vsque deorsum. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumẽtis post resurrectionẽ eius, venerunt in sanctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis. Centurio autẽ, & qui cũ eo erant, custodientes Iesum, viso terręmotu, & his, quę fiebãt, timuerunt valde, dicentes: S Vere Filius Dei erat iste. C Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quę secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipul⁹ erat Iesu. Hic accessit ad Pilatũ, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnũ ad ostium monumenti, & abijt. Erat autem ibi Maria Magdalene, et altera Maria, sedentes contra sepulchrum. ✳

Ltera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerũt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatũ, dicẽtes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuẽs: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diẽ tertiũ: ne forte veniant discipuli eius, & furentur eũ, & dicãt plebi: Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis

Pi-

✳ Rubr. in Missis solemnibus celebrans, et Ministri inclinant se ad eum modum, quo solent [illegible] Euangelia canen[illegible] se componere: et [illegible] quod sequitur, Diaconus tono Euangelij ca[illegible] absolute, [illegible] titulo illud [illegible], nec [illegible], nec [illegible] signans: et in[illegible] non ipse signat, celebrans osculatur librum, [illegible] incensatur. Quæ omnia [illegible] alijs Passionibus seruantur.

Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidē, cum cuſtodibus. Credo. Offertorium.

Pſ. 68 Improperium expectauit cor meum, & miſeriā. Et ſuſtinui qui ſimul cōtriſtaretur, & nō fuit: conſolantē me quæſiui, & nō inueni. Et dederūt in eſcā meam fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto. Secr.

COncede queſumus Dñe; vt oculis tuę maieſtatis munus oblatum, & gratiā nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per.

Matt. 26. Communio. Pater mi, ſi non poteſt hic calix trāſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua. Poſtcommunio.

PEr huius Domine operationem myſterij, & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria compleantur. Per Dñm.

---

## FERIA SECVNDA.

Statio ad ſanctam Praxedem. Introitus.

Pſ. 34 IVdica Domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehēde arma & ſcutum: & exurge in adiutorium meum, Domine virtus ſalutis meæ. Pſalm. Effunde frameam, & conclude aduerſus eos, qui perſequuntur me: dic animæ meæ: Salus tua ego ſum. Iudica. Oratio.

DA q̄s omnipotens Deus; vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus, intercedēte Vnigeniti filij tui paſsione reſpiremus. ~~Per eumdē Do.~~ X Qui tecum viuit, et regnat

Aliæ orōnes, vt in Dñica Paſsionis. 107.

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

Cap. 50. IN diebus illis: Dixit Iſaias Dominus Deus aperuit mihi aurē: ego autē nō contradico: retrorsū nō abij. Corpus meū dedi percutiētibus, & genas meas vellentibus: faciē meā nō auerti ab increpātibus, & cōſpuentibus in me. Dñs Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus: ideo poſui faciē meā vt petrā duriſsimā, & ſcio, q̄m nō cōfundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me, quis contradicet mihi? ſtemus ſimul, quis eſt aduerſarius meus? accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus: q̄s eſt qui condemnet me? Ecce omnes quaſi veſtimentum cōterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dñm, audiens vocem ſerui ſui? qui ambulauit in tenebris, & nō eſt lumē ei, ſperet in nomine Dñi, & innitatur ſuper Deum ſuum. Grad.

Exurge Domine, & intende iudicio Pſ. 34
meo: Deus meus, & Dñs meus in cauſā meàm. ℣. Effunde frameam, & concludе aduerſus eos, qui me perſequuntur.

Tractus. Domine non ſecundum pec- Pſal. 102.
cata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniqui- Pſ. 78
tatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

ANte ſex dies Paſchæ Cap. 12.
venit Ieſus Bethaniā, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha miniſtrabat, Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus cum eo.

Ma-

Maria ergo accepit librã vnguẽti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum nõ venijt trecentis denarijs, & datũ est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed qa fur erat, & loculos habẽs, ea, quę mittebãtur, portabat. Dixit ergo Iesus: Sinite illã, vt in die sepulturæ meę seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscũ: me autẽ non semper habetis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est: & venerũt, nõ propter Iesum tãtum, sed vt Lazarum viderent, quẽ suscitauit à mortuis. Cogitauerũt autẽ principes sacerdotum, vt & Lazarũ interficerẽt: quia multi propter illum abibãt ex Iudæis, & credebant in Iesum. In crastinũ autẽ turba multa, quæ venerat ad diẽ festũ, cum audissent quia venit Iesus Ierosolymã: acceperunt ramos palmarum, & processerũt obuiã ei, & clamabãt: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel. Et inuenit Iesus asellũ, & sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Siõ: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinę. Hæc nõ cognouerũt discipuli eius primũ: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo: & hęc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quãdo Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eũ à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eũ abijt. Erãt autẽ quidã Gentiles ex his, qui ascenderãt, vt adorarẽt in die festo. Hi ergo accesserũt ad Philippũ, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabãt eũ, dicẽtes: Dñe, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum, & Philippus dixerũt Iesu. Iesus autẽ respõdit eis, dicens: Venit hora, vt clarificet Filius hominis. Amẽ, amen dico vobis, nisi granum frumẽti cadẽs in terrã, mortuũ fuerit; ipsũ solũ manet. Si autẽ mortuum fuerit, multum fructũ affert. Qui amat animã suã, perdet eam: & qui odit animã suã in hoc mundo, in vitã æternã custodit eã. Si quis mihi ministrat, me sequat: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pater meus. Nũc anima mea turbata est. Et quid dicã? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horã hãc. Pater, clarifica nomẽ tuũ. Venit ergo vox de cælo: Et clarificaui, & iterũ clarificabo. Turba ergo, quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruũ esse factũ. Alij dicebãt: Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit: Nõ propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nũc iudiciũ est mũdi: nũc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsũ. (hoc autẽ dicebat, significãs qua morte esset moriturus.) Respõdit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternũ: & quomodo tu dicis. Oportet exaltari Filiũ hominis? Quis est iste Filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicũ, lumẽ in vobis est. Ambulate dum lucẽ habetis, vt nõ vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dũ lucẽ habetis, credite in

lu-

lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abijt, & abscondit se ab eis.

Psal. 142. Offert. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatẽ tuã, quia Deus meus es tu. Secr.

HÆc sacrificia nos omnipotens Deus potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principiũ. Per Dñm. Aliæ Secretæ, vt in Dominica Paſsionis. Præfatio. Qui salutem.

Ps. 34 Comm. Erubescãt & reuereãtur simul, qui gratulantur malis meis. Induãtur pudore, & reuerentia, qui maligna loquuntur aduersum me. Postcommunio.

PRæbeant nobis Domine diuinum tua sancta feruorẽ: quo eorum pariter & ãctu delectemur, & fructu. Per. Aliæ Postcomm. vt in Dñica Paſsionis.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

ADiuua nos Deus salutaris noster: & ad beneficia recolẽda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per Dominum.

---

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctam Priscam. Introitus.

Gala. 6. NOs autem gloriari oportet in cruce Dñi nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quẽ saluati, et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos autem. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus da nobis ita Dominicæ paſsionis sacramenta peragere; vt indulgẽtiam percipere mereamur. Per eumdem Dñm.

Aliæ orões, vt in Dñica Paſsionis. 107.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

Cap. 11. IN diebus illis: Dixit Ieremias: Dñe demonstrasti mihi, & cognoui: tunc ostendisti mihi studia eorũ. Et ego quasi agnus mãsuetus, qui portatᷣ ad victimã: & nõ cognoui: qa cogitauerunt sup̃ me consilia, dicentes. Mittamus lignũ in panẽ eius, & eradamus eũ de terra viuentiũ, & nomen eius nõ memoretᷣ amplius. Tu autẽ Dñe Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionẽ tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meã. Graduale.

Ps. 34 Ego autem dum mihi molesti essent, induebam me cilicio: & humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur. ℣. Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi. Grad. reit.

Paſsio Domini nostri Iesu Christi secundum Marcum.

Cap. 14. IN illo tempore, Erat Pascha & Azyma post biduũ: et quęrebãt summi sacerdotes, & Scribæ quomodo Iesũ dolo tenerẽt, & occiderent. Dicebant autẽ: S Non in die festo. C Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recũberet: venit mulier habens alabastrũ vnguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes: S Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plus

quàm

quàm trecentis denarijs, & dari pauperibus. C Et fremebant in eā. Ieſus autem dixit: ✠ Sinite eam, quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me. Semper enim pauperes habetis vobiſcū: & cum volueritis, poteſtis illis benefacere: me autē non ſemper habetis. Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in ſepulturam. Amen dico vobis: Vbicūque prædicatū fuerit Euangeliū iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. C Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim abijt ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauiſi ſunt: & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomodo illum opportune traderet. Et primo die Azymorum, quando Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli; S Quo vis eamus, & paremus tibi vt manduces Paſcha? C Et mittit duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis: ✠ Ite in ciuitatē: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, ſequimini eū: & quocumq; introierit, dicite domino domus, quia magiſter dicit: Vbi eſt refectio mea, vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe vobis demonſtrabit cænaculum grande, ſtratum: & illic parate nobis. C Et abierūt diſcipuli eius, & venerunt in ciuitatem: et inuenerunt, ſicut dixerat illis, & parauerunt Paſcha. Veſpere autem facto, venit cum duodecim. Et diſcumbentibus eis, & manducātibus, ait Ieſus: ✠ Amē dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. C At illi cæperūt contriſtari, & dicere ei ſingulatim: S Numquid ego? C Qui ait illis: ✠ Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et Filius quidē hominis vadit ſicut ſcriptū eſt de eo: væ autē homini illi, per quē Filius hominis tradetur. Bonū erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. C Et manducātibus illis, accepit Ieſus panē: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: ✠ Sumite, hoc eſt corpus meū. C Et accepto calice, gratias agēs dedit eis: & biberunt ex illo omnes. Et ait illis: ✠ Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quia iā nō bibam de hoc genimine vitis vſq; in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei. C Et hymno dicto exierūt in Montem oliuarum. Et ait eis Ieſus: ✠ Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptū eſt: Percutiam paſtorē, & diſpergētur oues. Sed poſtquā reſurrexero, præcedā vos in Galilęam. C Petrus autē ait illi: S Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te: ſed non ego. C Et ait illi Ieſus: ✠ Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priuſquā gallus vocē bis dederit, ter me es negaturus. C At ille amplius loquebatur: S Et ſi oportuerit me ſimul cōmori tibi, nō te negabo. C Similiter autem & omnes dicebāt. Et veniūt in prædium: cui nomen Gethſemani. Et ait diſcipulis ſuis: ✠ Sedete hic donec orē. C Et aſſumit Petrū, & Iacobū, & Ioannē ſecū: & cœpit pauere, & tædere. Et ait illis: ✠ Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate. C Et cum proceſsiſſet paululum, procidit ſuper terrā: & orabat, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora: & dixit: ✠ Abba pater, omnia tibi poſsibilia ſunt, transfer calicē hūc à me, ſed nō quod ego volo, ſed quod tu. C Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro. ✠ Simon, dormis? nō potuiſti

vna

vna hora vigilare? Vigilate, & orate vt non intretis in tẽtationem. Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. C Et iterũ abiens orauit eũdem sermonem dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes, (erãt enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertiò, & ait illis: ✠ Dormite iam, & requiescite. Sufficit: venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, prope est. C Et, adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs, & lignis, à summis sacerdotibus, & Scribis, & senioribus. Dederat autem traditor eius signũ eis, dicens: S Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute. C Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait: S Aue Rabbi. C Et osculatus est eũ. At illi manus iniecerunt in eum: & tenuerũt eum. Vnus autẽ quidã de circũstantibus educens gladiũ, percussit seruum summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis: ✠ Tamquàm ad latronem existis cum gladijs, & lignis comprehẽdere me? quotidie eram apud vos in tẽplo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleãtur Scripturæ. C Tunc discipuli eius relinquẽtes eum, omnes fugerunt. Adolescens autẽ quidã sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerũt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerũt Iesum ad summũ sacerdotem: & conuenerunt omnes sacerdotes, & Scribæ, & seniores. Petrus autẽ à longe secutus est eũ vsque intro in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Summi vero sacerdotes, & omne concilium quærebãt aduersus Iesum testimoniũ, vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi enim testimonium falsum dicebãt aduersus eum: & conuenientia testimonia nõ erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes. S Quoniam nos audiuimus eũ dicentem: Ego dissoluam templum hoc manu factum, & post triduum aliud non manu factum ædificabo. C Et non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in mediũ, interrogauit Iesum, dicens: S Non respõdes quidquam ad ea, quæ tibi obijciũtur ab his? C Ille autẽ tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eũ, & dixit ei: S Tu es Christus filius Dei benedicti? C Iesus autem dixit illi: ✠ Ego sum: & videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli. C Summus autem sacerdos scindẽs vestimẽta sua, ait: S Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiã: quid vobis videtur? C Qui omnes cõdemnauerunt eum esse reum mortis. Et cęperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei: S Prophetiza. C Et ministri alapis eum cædebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis, & cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illũ, ait: S Et tu cum Iesu Nazareno eras. C At ille negauit, dicens: S Neque scio, neque noui quid dicas. C Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cępit dicere circumstantibus: S Quia hic ex illis

illis est. C At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: S Vere ex illis es: nam & Galilæus es. C Ille autem cępit anathematizare, & iurare: S Quia nescio hominem istum, quem dicitis. C Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: Prius quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cępit flere.
Cap. 15. Et confestim, mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi: ✠ Tu dicis. C Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens: S Non respondes quidquā? vide in quantis te accusant. C Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis, quemcumque petijssent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, cępit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit: S Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? C Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: S Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? C At illi iterum clamauerunt: S Crucifige eum. C Pilatus vero dicebat illis: S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant: S Crucifige eum. C Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, et imponunt ei plectentes spineam coronam. Et cœperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine: & cōspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum, vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prętereuntē quempiam, Simonem Cyrenęum veniētem de villa, patrem Alexandri, & Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & nō accepit. Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudęorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura, quę dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: S Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reędificas: saluū fac temetipsum descendens de cruce. C Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant: S Alios saluos fecit, seipsum nō potest saluum facere. Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. C Et qui cum eo crucifixi erāt, conuitiabantur ei. Et facta

hora

hora sexta, tenebrę factæ sunt per totam terrã vsque in horã nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicẽs: ✠ Eloi, Eloi, lãma sabacthãni? C Quod est interpretatũ: ✠ Deus meus, De me⁹, vt quid dereliquisti me? C Et quidam de circumstantibus audiẽtes, dicebant: S Ecce Eliam vocat. C Currẽs autẽ vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potũ dabat ei, dicens: S Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum. C Iesus autem emissa voce magna expirauit. Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur. Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum. Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: S Vere hic homo Filius Dei erat. C Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome: & cum esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei, & alię multæ, quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam.

ET cum iam sero esset factũ (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum) venit Ioseph ab Arimathęa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autẽ mirabatur si iam obijsset. Et accersito cẽturione, interrogauit eũ si iam mortuus esset. Et cũ cognouisset à centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autẽ mercatus sindonẽ, & deponẽs eũ inuoluit sindone, & posuit eum in monumẽto, quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

Psal. 139. Offertorium. Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me Domine. Secreta.

SAcrificia nos, quęsumus Dñe, propensius ista restaurẽt, quę medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per Dñm.

Alię Secretæ, vt in Dominica Pasionis.

Præfatio, Qui salutem. Communio.

Psal. 68. Aduersum me exercebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum. Ego vero orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus. In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me. Postcommunio.

SAnctificationibus tuis omnipotens Deus & vitia nrã curentur, & remedia nobis sempiterna proueniant. Per.

Alię Postcom. vt in Dominica Pasionis.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestea Deo.

TVa nos misericordia Deus & ab omni surreptione vetustatis expurget, & capaces sanctæ nouitatis efficiat. Per Dominum.

## FERIA QVARTA.

Statio ad S. Mariam Maiorem. Intr.

Phil. 2. IN nomine Iesu omne genu flectatur cęlestium, terrestrium, & infernorum: quia Dominus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Ideo Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Psalmus. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. In nomine. post Kyrie eleison, dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

¶Ad hanc orationem Fratres stent versis vultibus ad altare. Oratio.

PRæsta quæsumus oĩpotens Deus; vt qui pro nostris excessibus incessanter affligimur, per Vnigeniti filij tui passionem liberemur. Qui tecum viuit.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 62. ÆEc dicit Dñs Deus: Dicite filiæ Sion: Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cũ eo, & opus
Cap. 63. eius coram illo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suę. Ego, qui loquor iustitiã, & propugnator sum ad saluandũ. Quare ergo rubrũ est indumẽtum tuũ, & vestimenta tua sicut calcantiũ in torculari? Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & cõculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumẽta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus redẽptionis meæ venit. Circũspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & nõ fuit, qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum Domini recordabor, laudẽ Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus.

Psal. 68. Graduale. Ne auertas faciem tuã à puero tuo; quoniam tribulor, velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerũt aquæ vsque ad animã meam. Infixus sum in limo profundi: & non est substantia. Graduale non reiteretur. Hic dicitur Dñs vobiscum, Oremus, & Flectamus genua. Ad hanc orationem Fratres genuflectant. Oratio.

DEus, q pro nobis Filium tuũ crucis patibulũ subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatem; concede nobis famulis tuis; vt resurrectionis gratiã consequamur. Per eumdem Do. Aliæ orõnes, vt in Dñica Passionis. 107.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 53. IN diebus illis: Dixit Isaias: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachiũ Domini cui reuelatum est? Et ascẽdet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: nõ est species ei, neque decor: & vidimus eum, & nõ erat aspectus, & desiderauimus eum: Despectum, & nouissimũ virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viã suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omniũ nostrum. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suũ: sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suũ. De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et Dominus voluit

conte-

cõterere eũ in infirmitate: ſi poſuerit pro peccato animã ſuam, videbit ſemen longęuũ, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur: in ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſpertiam ei plurimos: & fortium diuidet ſpolia, pro eo quòd tradidit in mortẽ animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit.

Pſal. 101. Tract. Domine exaudi orationẽ meam: & clamor meus ad te veniat. ℣. Non auertas faciẽ tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. ℣. In quacũque die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣. Quia defecerũt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt. ℣. Percuſſus ſum vt fęnum, & aruit cor meũ: quia oblitus ſum manducare panem meum. ℣. Tu exurgẽs Domine miſereberis Sion: quia venit tempus miſerendi eius.

Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Lucam.

Cap. 22. IN illo tẽpore, Appropinquabat dies feſtus Azymorum, qui dicitur Paſcha: & quærebant principes ſacerdotum, & Scribæ quomodo Ieſum interficerent: timebant vero plebem. Intrauit autem ſatanas in Iudam, qui cognominabatur Iſcariotes, vnum de duodecim. Et abijt, & locutus eſt cum principibus ſacerdotum, & magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopondit. Et quęrebat opportunitatẽ vt traderet illum ſine turbis. Venit autẽ dies Azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit Petrũ, & Ioannem, dicens: ✠ Euntes parate nobis paſcha, vt manducemus. C At illi dixerunt: S Vbi vis paremus? C Et dixit ad eos: ✠ Ecce introeũtibus vobis in ciuitatẽ, occurret vobis homo quidã amphorã aquę portans: ſequimini eũ in domũ, in quã intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magiſter: Vbi eſt diuerſorium, vbi Paſcha cum diſcipulis meis mãducem? Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum: & ibi parate. C Euntes autẽ inuenerũt ſicut dixit illis, & parauerunt paſcha. Et cum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo. Et ait illis: ✠ Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, antequã patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non mãducabo illud, donec impleatur in regno Dei. C Et accepto calice gratias egit, & dixit: ✠ Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis quòd non bibam de generatione vitis, donec regnũ Dei veniat. C Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicẽs: ✠ Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis datur: hoc facite in meam cõmemorationem. C Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, dicens: ✠ Hic eſt calix nouum teſtamẽtum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. Et quidem Filius hominis, ſecũdum quod definitum eſt, vadit; verumtamẽ væ homini illi, per quem tradetur. C Et ipſi cęperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autem & con-

contẽtio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis: ✠ Reges Gentiũ dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autẽ non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recũbit, an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrũ ſum, ſicut qui miniſtrat: vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecum in tẽtationibus meis: & ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnũ, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael. C Ait autem Dominus: ✠ Simon, Simon, ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. C Qui dixit ei: S Domine, tecum paratus ſum & in carcerem, & in mortem ire. C At ille dixit: ✠ Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. C Et dixit eis: ✠ Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamẽtis, nũquid aliquid defuit vobis? C At illi dixerunt: S Nihil. C Dixit ergo eis: ✠ Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniã adhuc hoc, quod ſcriptũ eſt, oportet impleri in me: Et cũ iniquis deputatus eſt. Etenim ea, quæ ſunt de me, finem habent. C At illi dixerunt: S Domine, ecce duo gladij hic. C At ille dixit eis: ✠ Satis eſt. C Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem Oliuarum. Secuti ſunt autẽ illum & diſcipuli. Et cum perueniſſet ad locũ, dixit illis: ✠ Orate, ne intretis in tẽtationem. C Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis: & poſitis genibus orabat, dicens: ✠ Pater ſi vis, transfer calicem iſtum à me: Verumtamen non mea volũtas, ſed tua fiat. C Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia. Et ait illis: ✠ Quid dormitis? ſurgite, orate, ne intretis in tentationem. C Adhuc eo loquente ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos: & appropinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum. Ieſus autem dixit illi: ✠ Iuda, oſculo Filiũ hominis tradis? C Videntes autẽ hi, qui circa ipſum erant, quod futurũ erat, dixerũt ei: S Domine, ſi percutimus in gladio? C Et percuſsit vnus ex illis ſeruũ principis ſacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Reſpondens autem Ieſus, ait: ✠ Sinite vſque huc. C Et cũ tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eũ. Dixit autẽ Ieſus ad eos, qui venerãt ad ſe, principes ſacerdotum, & magiſtratus templi, & ſeniores: ✠ Quaſi ad latronẽ exiſtis cum gladijs, & fuſtibus? Cum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me; ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. C Comprehendentes autẽ eum, duxerunt ad domum principis ſacerdotum: Petrus vero ſequebatur à longe. Accenſo autem igne in medio atrij, & circumſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidiſſet an-

cilla

cilla quædã ſedentem ad lumen,& eum fuiſſet intuita, dixit: S Et hic cũ illo erat. C At ille negauit eũ,dicens: S Mulier,nõ noui illũ. C Et poſt puſillũ alius videns eum,dixit: S Et tu de illis es. C Petrus vero ait: S O homo, non ſum. C Et interuallo facto quaſi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens: S Vere & hic cum illo erat: nam & Galilæus eſt. C Et ait Petrus: S Homo neſcio quid dicis. C Et cõtinuo adhuc illo loquente cantauit gallus. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum. Et recordatus eſt Petrus verbi Domini,ſicut dixerat: Quia prius quàm gallus cantet,ter me negabis. Et egreſſus foras Petrus fleuit amarè. Et viri,qui tenebant illum,illudebant ei,cædentes. Et velauerunt eum,& percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes: S Prophetiza, quis eſt, qui te percuſsit? C Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum. Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis, & principes ſacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in conciliũ ſuum, dicentes: S Si tu es Chriſtus, dic nobis. C Et ait illis: ✠ Si vobis dixero, non credetis mihi: ſi autem & interrogauero, non reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autẽ erit Filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. C Dixerunt autẽ omnes: S Tu ergo es Filius Dei? C Qui ait: ✠ Vos dicitis, quia ego ſum. C At illi dixerunt: S Quid adhuc deſideramus teſtimoniũ? ipſi enim audiuimus de ore eius. C Et ſurgẽs omnis multitudo eorum, duxerũt illum ad Pilatum. Cęperunt autem illum accuſare, dicentes: S Hunc inuenimus ſubuertentem gentẽ noſtram,& prohibentem tributa dare Cęſari,& dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. C Pilatus autem interrogauit eum,dicens: S Tu es rex Iudæorum? C At ille reſpondens ait: ✠ Tu dicis. C Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum, & turbas: S Nihil inuenio cauſę in hoc homine. C At illi inualeſcebant,dicẽtes: S Cõmouit populũ, docẽs per vniuerſam Iudęam,incipiens à Galilęa vſque huc. C Pilatus autem audiens Galilæã, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eũ ad Herodem, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Ieſu,gauiſus eſt valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi rñdebat.Stabant autem principes ſacerdotum,& Scribę conſtanter accuſantes eũ. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo:& illuſit indutum veſte alba,& remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt amici Herodes, & Pilatus in ipſa die: nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem cõuocatis principibus ſacerdotum, & magiſtratibus, & plebe, dixit ad illos: S Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis. Sed neque Herodes: nam remiſi vos ad illũ, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. Emendatum ergo illum dimittam. C Neceſſe autem habebat dimittere eis per diẽ feſtum, vnum. Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens: S Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. C Qui erat propter ſeditionem

tionem quandam factam in ciuitate & homicidiũ, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabãt, dicentes: S Crucifige, crucifige eum. C Ille autem tertiò dixit ad illos: S Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo: corripiam ergo illum, & dimittam. C At illi instabant vocibus magnis postulantes, vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium, & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant, Iesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eũ, apprehẽderunt Simonem quendam Cyrenensem venientẽ de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autẽ illum multa turba populi, & mulierum: quę plangebant, & lamẽtabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: ✠ Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniã ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui nõ genuerũt, & vbera, quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos: & collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? C Ducebantur autẽ & alij duo nequã cum eo, vt interficerentur. Et postquã venerunt in locũ, qui vocatur Caluarię, ibi crucifixerũt eum: & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris. Iesus autem dicebat: ✠ Pater, dimitte illis: non enim sciũt quid faciunt. C Diuidentes vero vestimenta eius, miserũt sortes. Et stabat populus spectans, & deridebant eũ principes cũ eis, dicentes: S Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. C Illudebant autẽ ei & milites accedentes, & acetũ offerẽtes ei, & dicẽtes: S Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. C Erat autẽ & superscriptio scripta super eũ litteris Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. Vnus autẽ de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eũ, dicens. S Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos. C Respondens autẽ alter increpabat eum, dicens: S Neq; tu times Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidẽ iuste; nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. C Et dicebat ad Iesum: S Dñe, memento mei, cum veneris in regnum tuum. C Et dixit illi Iesus: ✠ Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. C Erat autem fere hora sexta; & tenebræ factę sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. Et obscuratus est sol: & velũ templi scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus ait: ✠ Pater, in manus tuas commẽdo spiritum meum. C Et hæc dicens, expirauit. *Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur.* Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: S Vere hic homo iustus erat. C Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe: & mulieres, quæ secutę eum erant à Galilæa hæc videntes.

ET ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus: hic non consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate

- Rubr. sequitur, legitur ... Euangelij: ... fiunt ut supra ... ominica.

uitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu: & depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nōdum quisquam positus fuerat.

Psal. 101. Offert. Domine exaudi orationē meam: & clamor meus ad te veniat. Secreta.

PVrifica nos misericors Deus: vt Ecclesię tuę preces: quę tibi gratę sunt, pia munera deferētes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per Dominum.

Alię Secretæ, vt in Dominica Passionis. Præfatio, Qui salutem. Communio.

Psal. 101. Potū meum cū fletu tēperabā: quia eleuans allisisti me: et ego sicut fęnum arui. Tu autē Domine in ęternum permanes. Tu exurgēs misereberis Sion: quia venit tempus miserendi eius. Postcomm.

LArgire sensibus nostris omnipotēs Deus; vt per temporalem Filij tui mortē, quam mysteria veneranda testantur, vitam te nobis dedisse perpetuā confidamus. Per eumdem Dominum.

Alię Postcom. vt in Dominica Passionis. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

REspice quæsumus Domine super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum. Qui tecum viuit.

---

## FERIA QVINTA in Cœna Domini.

His quattuor diebus sequētibus Prior officium faciat. Hac die Fratres omnes in Missa conuentuali communicent de manu Prælati: & priuatas Missas non celebrent vsque in diem Resurrectionis.

Statio ad S. Ioannem in Laterano ad Missam. Introitus.

NOs autē gloriari oportet in cruce Dñi nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati & liberati sumus. Psal. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos autem. Gal. 6. Psal. 66.

Dicitur Gloria in excelsis; & tunc pulsantur cāpanæ, & deinceps nō amplius, vsque ad Sabbatum sanctum. Oratio.

DEus, à quo & Iudas reatus sui pęnā, & confessionis suæ latro præmium sumpsit; concede nobis tuæ propitiationis effectum; vt sicut in passione sua Iesus Christus Dominus noster diuersa vtrisq; intulit stipēdia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum viuit. Hæc sola oratio dicitur.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cęnam manducare. Vnusquisque enim suam cęnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad mādicandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & cōfunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc nō laudo. Ego enim accepi à Domino, quod et tradidi vobis, quoniā Dñs Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & man- 1. Co. 11.

manducate: hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem, postquam cęnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescũque bibetis, in meã cõmemorationem. Quotiescũque enim mãducabitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis: mortẽ Domini annunciabitis donec veniat. Itaque quicumque mãducauerit panẽ hunc, vel biberit calicẽ Domini indigne: reus erit corporis, & sanguinis Domini. Probet autẽ seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudiciũ sibi mãducat, & bibit: nõ dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Grad.

Phil. 2. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortẽ autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 13.

ANte diẽ festum Paschæ, sciẽs Iesus quia venit hora eius vt trãseat ex hoc mundo ad Patrem: cũ dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eũ Iudas Simonis Iscariotis: sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit à cęna, & ponit vestimenta sua: & cũ accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in peluim, & cępit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autẽ postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respõdit ei Iesus: Si non lauero te, nõ habebis partem mecũ. Dicit ei Simon Petrus: Dñe, non tantum pedes meos, sed & manus, et caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed nõ omnes. Sciebat enim quisnã esset qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: & cũ recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et dicitur Credo.

Offert. Dextera Dñi fecit virtutẽ: dextera Dñi exaltauit me. Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini. Secreta. Psal. 117.

IPse tibi quęsumus Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum; qui discipulis suis in sui commemorationem hoc fieri hodierna traditione monstrauit Iesus Christus filius tuus Dominus noster. Qui tecum viuit, &c.

Præfatio, Qui salutem. Infra actionem.

Com-

COmmunicantes, & diē sacratissimū celebrantes, quo Dñs noster Iesus Christus pro nobis est traditus. Sed & memoriā venerātes, in primis gloriosæ, semperque virginis Mariæ genitricis eiusdem Dei, & Dñi nostri Iesu Christi. Sed & beatorū Apostolorū, ac martyrū tuorum, Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioānis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clemētis, Xysti, Cornelij, & Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Ioannis, & Pauli, Cosmę, & Damiani, & omnium sanctorū tuorum: quorum meritis, precibusq; concedas; vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eūdem Christum Dñm nostrū, Amen.

Sequitur alia infra actionem.

HAnc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cūctæ familiæ tuæ, quā tibi offerimus ob diem, in qua Dñs nr̄ Iesus Christus tradidit discipulis suis corporis, & sanguinis sui mysteria celebranda; quęsumus Domine, vt placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas: atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorū tuorum iubeas grege numerari. Per eumdem Christum Dominum nostrum, Amen.

QVam oblationem, tu Deus, in omnibus, quæsumus, bene✠dictā, ascri✠ptam, ra✠tam, rationabilē, acceptabilemque facere digneris: vt nobis Cor✠pus, & San✠guis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi.

Sequitur alia infra actionem.

QVi pridie, quàm pro nostra, omniumque salute pateretur, hoc est hodie; accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis oculis in cœlum ad te, &c. vt in Canone.

Agnus Dei dicitur: sed pax non datur.

¶ Hodie reseruat Sacerdos loco honesto, ac cōuenienti vnam hostiā ꝯsecratam pro die sequēti, in quo non conficitur: vel etiam plures, si necesse fuerit, pro infirmis: sanguinem vero totum sumit.

¶ Post communionem Sacerdotis, communicentur ministri altaris: deinde ceteri Fratres, incipiēdo à senioribus, postea confratres, familiares, & alij seculares, si communicandi sint.

¶ Quibus omnibus communicatis, dicitur Communio. Dñs Iesus postquam cęnauit cū discipulis suis, lauit pedes eorum: & ait illis: Scitis, quid fecerim vobis ego Dominus, & magister? Exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis.

Dicta Cōmunione, absolute incipiantur Vesperæ, incipiēdo ab Añā Calicē: sine Pater noster, & sine Deus in adiutoriū. Et finita vltima Antiphona, Sacerdos immediate incipiat ad Magn. Añam.

accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis. Post Magn. Sacerdos ~~iterū~~ Añam incipiat, qua cantata, Sacerdos cōuersus ad populū dicat. Dñs vobiscum. Oremus. Postcomm.

REfecti vitalibus alimentis quæsumus Dñe Deus noster; vt quod tempore nostræ mortalitatis cultu exequimur, tuę immortalitatis munere consequamur. Per Dominum. Et dicitur Ite missa est. Datur benedictio. Non dr̄ Salue Regina, hac die, & sequenti: Sed tantū dr̄ Euang. S. Ioannis. In principio; & sic

T cantores | n

& sic Missa, & Vesperę simul finiantur.
¶ Finita Missa, & accensis intortitijs, & alijs p̄paratis, processionaliter defer- cor-pus Dñi: Celebrans genuflectit ante altare, imponit incẽsum in duob' thuribulis & cũ altero incensat ter sacramentũ: deinde de manu diaconi accepto calice cũ sacramento, & cooperto extremitatibus veli, quo eius humeri tegũtur, procedit medius inter diaconum à dextris, & subdiaconũ à sinistris sub baldachino, duobus accolythis sacramentũ continue incẽsantibus vsque ad locũ pręparatum, vbi pro crastino seruandum est. Interea, dum fit processio, cantat̃ Hymn. Pange lingua gloriosi corporis. quo finito, & versu incẽsato, sacerdos cũ ministris denudet altaria, legendo Añam: Diuiserũt sibi vestimenta mea: & super vestem meã miserunt sortem. cum toto Psalmo, Deus Deus meus respice in me.

Post comestionẽ, hora cõpetenti, facto signo cũ tabula cõueniunt Fratres ad faciendũ mãdatum: cum Prælato, & ministris apparatis, ille cũ pluuiali violaceo, & isti in albis cũ stola, & manipulis violaceis. Et cantato Euãgelio à diacono, Ante diem festũ Paschæ, & deosculato, vt moris est; Pręlatus, exutus pluuiali, Fratrũ pedes lauat, extergit, & osculatur: postea lauat pedes ministrorũ: vltimo ministri cũ Superiore de iam ablutis, abluãt pedes Pręlati. Interim hæc scripta cantantur vel oĩa, vel aliqua ex eis. Aña.

Mandatum nouũ do vobis: Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, dicit Dñs. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Et non dr̃ nisi vnus ℣. de quolibet Psalmo: & repetit̃ immediate Aña. Mandatum nouũ. Et sic aliæ Añæ. Aña. Postq̃ surrexit Dñs à cęna, misit aquam in peluim, & cępit lauare pedes discipulorum suorũ: hoc exẽplum reliquit eis. Ps. Deus misereat̃ nostri, & benedicat nobis: illuminet vultũ suũ super nos, & misereatur nostri. Aña. In dieb' illis, Mulier, q̃ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit q̃d Iesus accubuisset in domo Simonis leprosi, attulit alabastrũ vnguenti: & stans retro secus pedes Dñi Iesu, lacrymis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat: & osculabat̃ pedes eius, & vnguẽto vngebat. Ps. Magnus Dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nr̃i, in mõte sancto eius. Aña. Vbi est charitas, & dilectio, ibi Sanctorũ est cõgregatio: ibi nec ira, nec indignatio; sed firma charitas in perpetuũ. Christus descẽdit, mundũ redimere; vt liberaret à morte hoĩem: exẽplũ p̃buit suis discipulis, vt sibi inuicẽ pedes abluerẽt. Psal. Miserere mei Deus, secundũ magnã misericordiã tuã. Aña. Si ego Dñs, & magister vester laui vobis pedes, quãto magis debetis alter alterius lauare pedes? Psal. Quã dilecta tabernacula tua Dñe virtutũ! cõcupiscit, & deficit aĩa mea in atria Dñi. Aña. Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est: & qui diligit fratrẽ suum, ex Deo natus est, & videt Deũ. Psal. Ecce quàm bonũ, & quàm iucundũ: habitare fratres in vnũ. Aña. Maria ergo vnxit pedes Iesu: & extersit capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. ℣. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniã dilexit multũ. Et repetitur aña. Maria. Aña. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli: si dilectionem habueritis ad inuicem. ℣. Dixit Iesus discipulis suis. Et repe-

repetit Aña. In hoc. Aña. Dñe, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Si nō lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei Petrus. Et repetitur Aña. Dñe, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Si non lauero tibi pedes, nō habebis partē mecum. ℣. Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea. Tertio repetitur Aña. Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Si non lauero tibi pedes, non habebis partē mecum. ℣. Dñe, non tātum pedes meos: sed & manus, & caput. Quarto repetitur Aña. Dñe, tu. Aña. Dñs Iesus postquam cęnauit cum discipulis suis, lauit pedes eorum: & ait illis: Scitis, quid fecerim vobis ego Dñs, & magister? Exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis. Psal. Attendite popule meus legē meā: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Et si necesse fuerit aliquę de prædictis Añis repeti possunt. Post lotionem, Prælatus dicat, Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℣. Ostende nobis Dñe misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Suscepimus Deus misericordiam tuam. ℟. In medio templi tui. ℣. Tu mandasti mādata tua Dñe. ℟. Custodiri nimis. ℣. Tu lauasti pedes discipulorum tuorum. ℟. Opera manuum tuarum ne despicias. ℣ Dñe exaudi orationem meam. ℟ Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio

Adesto Domine quæsumus officio seruitutis nostræ: & quia tu discipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne despicias opera manuum tuarum, quę nobis retinenda mandasti: vt sicut hic nobis, & à nobis exteriora abluuntur inquinamenta, sic à te omnium nostrum interiora lauentur peccata: Quod ipse præstare digneris, qui viuis & regnas Deus per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

¶ Deinde Prælatus abluat altaria cum vino, & aqua, & Fratres cantēt ℟. In monte Oliueti, ℟. Circumdederunt, & ℟. Christi Virgo, de B. Virgine: quia Oratoria nostra in eius noīe construuntur.

¶ Finita ablutione Altariū, conueniant in capitulo: vbi diaconus legat Euang. S. Ioānis, Cap. 13. absolute, & sine titulo incipiēdo, Amen, amen dico vobis, non est seruus, &c. vsque ad finem cap. 14. vbi dicit: Surgite, eamus hinc. Vel ipse diaconus sine vestibus sacris in Refectorio ad collationē, in pulpito sedēdo legat prædicta duo capita Euang. S. Ioannis.* *Videatur nouum Ceremoniale Lib. 2. Re 35. de mandato, e ablutione altaris*

## FERIA SEXTA in Parasceue.

Statio ad sanctā Crucem in Ierusalem.

Dum Horæ dicuntur, sacrista superficiem altaris *[, uel acolythi]* vna tantum tobalea cooperiat *[in]*, & crucem, velo coopertam, super altare ponat *[in]*, sine luminibus.

¶ Finita Nona, vnus accolythorum sine titulo legat lectionem sequentem, In tribulatione, in modum lectionis. Et interim Sacerdos, & ministri induti vestimentis nigri coloris procedunt sine luminibus, & incenso: & inclinantes se ante altare, sine Confiteor, eant ad sedendum.

IN

Osee 6.
IN tribulatione sua mane cōsurgent ad me: Venite, & reuertamur ad Dñm: quia ipse cœpit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in cōspectu eius. Sciemus, sequemurq; vt cognoscamus Dñm: quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredietur. Quia misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam Dei plus quàm holocausta. Tract.

Hab. 3.
Dñe audiui auditũ tuum, & timui: cōsideraui opera tua, & expaui. ℣. In medio duorum animaliũ innotesces: dum appropinquauerint anni, cognosceris: dũ aduenerit tēpus, ostēderis. ℣. In eo, dum conturbata fuerit anima mea, in ira, misericordiæ memor eris. ℣. Deus à Libano veniet, & sanctus de monte vmbroso & condenso. ℣. Operuit cælos maiestas eius, & laudis eius plena est terra. Finito Tractu Sacerdos dicit, Oremus.

DEus, à quo & Iudas reatus sui pœnã, & confessionis suę latro pmiũ sumpsit; cōcede nobis tuæ propitiationis effectũ: vt sicut in passione sua Iesus Christus Dñs noster diuersa vtrisq; intulit stipēdia meritorũ, ita nobis ablato vetustatis errore, resurrectionis suę grãm largiatur. Qui tecum viuit. Qua finita cantetur sequens lectio à subdiacono in alba tantum, sine manipulo, & sine titulo, per modum Lectionis, non Epistolæ.

Exo. 12.
DIxit Dñs ad Moysen, & Aaron in Terra Ægypti: Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cętum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Sin autē minor est numerus, vt sufficere posit ad vescēdum agnum, assumet vicinum suum qui iunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum, quæ sufficere possũt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. Et seruabitis eũ vsque ad quartamdecimam diem mēsis huius: immolabitque eũ vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et sumēt de sanguine eius, ac ponēt super vtrumq; postem, & in superliminaribus domorũ, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni: caput cũ pedibus eius, & intestinis vorabitis. Nec remanebit quidquam ex eo vsque mane, si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est enim Phase (idest transitus) Domini.

Psal. 139.
Tract. Eripe me Dñe ab homine malo; à viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malitias in corde, tota die constituebant prælia. ℣. Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labijs eorum. ℣. Custodi me Domine de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis

iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos:abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. ℣. Et funes extenderũt in laqueum,pedibus meis: iuxta iter ſcandalũ poſuerunt mihi. ℣. Dixi Domino: Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecationis meę. ℣. Domine,Domine virtus ſalutis meæ:obumbra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt aduerſum me, ne derelinquas me, ne vmquam exaltentur. ℣. Caput circuitus eorum: labor labiorũ ipſorum operiet eos. ℣. Verumtamen iuſti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

Finito Tractu,Paſsio ſuper nudum pulpitum dicitur abſque titulo, hoc modo.

Cap. 18.

EGreſſus eſt Ieſus cũ diſcipulis ſuis trans Torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius. Sciebat autẽ & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo cum accepiſſet cohortem, & à Pontificibus, & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis,& facibus, & armis. Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum, proceſsit,& dixit eis: ✠ Quẽ quæritis? C Reſpõderunt ei: S Ieſum Nazarenum. C Dicit eis Ieſus: ✠ Ego ſum. C Stabat autẽ & Iudas, qui tradebat eũ, cum ipſis. Vt ergo dixit eis: Ego ſum: abierunt retrorſum,& ceciderunt in terram. Iterũ ergo interrogauit eos: ✠ Quẽ quęritis? C Illi autem dixerunt: S Ieſum Nazarenũ. C Reſpondit Ieſus: ✠ Dixi vobis,quia ego ſum: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire. C Vt impleretur ſermo, quem dixit: Quia quos dediſti mihi,non perdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: & percuſsit pontificis ſeruũ: & abſcidit auriculã eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro: ✠ Mitte gladium tuũ in vaginam. Calicem,quem dedit mihi Pater,non bibam illum? C Cohors ergo,et tribunus,& miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum,& ligauerunt eum. Et adduxerunt eum ad Annam primũ, erat enim ſocer Caiphæ,qui erat põtifex anni illius. Erat autẽ Caiphas, qui conſilium dederat Iudęis: Quia expedit,vnum hominẽ mori pro populo. Sequebatur autẽ Ieſum Simon Petrus,& alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cũ Ieſu in atriũ pontificis. Petrus autẽ ſtabat ad oſtiũ foris. Exiuit ergo diſcipulus alius,qui erat notus pontifici,& dixit oſtiariæ:& introduxit Petrũ. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria: S Numquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? C Dicit ille: S Non ſum. C Stabant autem ſerui, & miniſtri ad prunas: quia frigus erat,& calefaciebant ſe: erat autẽ cum eis & Petrus ſtans,& calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis,& de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: ✠ Ego palam locutus ſum mũdo: ego ſemper docui in ſynagoga,& in templo,quo oẽs Iudæi conueniunt:& in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? interroga eos,qui audierunt quid locutus ſim ipſis: ecce hi ſciunt quæ dixerim ego. C Hæc autem cum dixiſſet,

vnus

vnus aſsiſtens miniſtrorũ dedit alapam Ieſu, dicens: S Sic reſpondes pontifici? C Reſpondit ei Ieſus: ✠ Si male locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cędis? C Et miſit eũ Annas ligatum ad Caipham põtificem. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: S Numquid & tu ex diſcipulis eius es? C Negauit ille, & dixit: S Non ſum. C Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam: S Nonne ego te vidi in horto cum illo? C Iterum ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem mane: & ipſi non introierunt in prætoriũ, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: S Quam accuſationem affertis aduerſus hominẽ hunc? C Reſpõderunt, & dixerunt ei: S Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus: S Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum. C Dixerunt ergo ei Iudæi: S Nobis non licet interficere quemquam. C Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei: S Tu es rex Iudęorum? C Reſpondit Ieſus: ✠ A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? C Reſpondit Pilatus: S Numquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi: quid feciſti? C Reſpondit Ieſus: ✠ Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudęis: nunc autẽ regnum meum nõ eſt hinc. C Dixit itaque ei Pilatus: S Ergo rex es tu? C Reſpondit Ieſus: ✠ Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mũdum, vt teſtimoniũ perhibeam veritati: omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam. C Dicit ei Pilatus: S Quid eſt veritas? C Et cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: S Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſcha: vultis ergo dimittam vobis regem Iudęorum? C Clamauerunt ergo rurſum omnes, dicentes: S Non hunc, ſed Barabbam. C
Erat autẽ Barabbas latro. Tunc ergo ap- Cap. 19.
prehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius: & veſte purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: S Aue rex Iudæorum: C Et dabant ei alapas. Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: S Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis, quia nullã inuenio in eo cauſam. C (Exiuit ergo Ieſus portans coronã ſpineam, & purpureum veſtimentum:) Et dicit eis: S Ecce homo. C Cum ergo vidiſſent eum Pontifices, & miniſtri, clamabant, dicentes: S Crucifige, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus: S Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo cauſam. C Reſponderunt ei Iudæi: S Nos legẽ habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. C Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prętorium iterum: & dicit ad Ieſum: S Vnde es tu? C Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: S Mihi non loque-

loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatē habeo dimittere te? C Respondit Iesus: ✠ Non haberes potestatē aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. C Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudęi autem clamabant dicentes: S Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim, qui se regem facit, cōtradicit Cęsari. C Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithóstrotos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autē parasceue Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Iudæis: S Ecce rex vester. C Illi autem clamabant: S Tolle, tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus: S Regem vestrum crucifigam? C Respōderunt Pōtifices: S Non habemus regem, nisi Cæsarem. C Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum, Hebraice autē Golgotha: vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc, & hinc, medium autē Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum. Hūc ergo titulum multi Iudęorum legerunt: quia prope ciuitatē erat locus, vbi crucifixus est Iesus: Et erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum: S Noli scribere, Rex Iudęorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudęorum. C Respondit Pilatus: S Quod scripsi, scripsi. C Milites ergo cū crucifixissent eum, acceperūt vestimenta eius, (& fecerunt quattuor partes: vnicuiq; militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicē: S Non scindamus eā, sed sortiamur de illa cuius sit. C Vt Scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meā miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucē Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophę, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: ✠ Mulier, ecce filius tuus. C Deinde dicit discipulo: ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciēs Iesus, quia omnia iam consummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dixit: ✠ Sitio. C Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: ✠ Consummatum est. C Et inclinato capite tradidit spiritum.

Hic pausatē aliquātulū, & genuflectitur.

Iudęi ergo, (quoniam Parasceue erat) vt nō remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidē fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit, quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hęc vt Scriptura imple-

retur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. ✠

Rubr. requitur, legitur no Euangelij: et fiant ut supra Dominica.

POst hæc autẽ rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathęa, (eo qđ esset discipulus Iesu, occultus autẽ propter metum Iudęorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autẽ & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nõdum quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

¶ Sacerdos statim orationes prosequatur ad cornu Epistolæ. Dum autem hæ Orationes dicuntur, stent Fratres versis vultibus ad altare.

ORemus dilectissimi nobis

pro Ecclesia sancta Dei: vt eam


Deus & Dominus noster pacifi-


care, adunare, & custodire digne-


tur toto orbe terrarum, subijciens


ei principatus & potestates: det-

que nobis quietam & trãquillã vi-

tam de gentibus, glorificare Deum


Patrem omnipotentem. Oremus.

Diaconus dicit.

Flectamus genua.

Subdiaconus respondet.


Leuate. Oratio.


OMnipotens sempiterne Deus,


qui gloriam tuam omnibus in


Christo gentibus reuelasti; custodi



stodi opera misericordiæ tuæ : vt



Eccle si a tu a toto orbe diffusa,



stabi li fi de, in con fessi o ne



tu i nominis perseue ret. Per



eumdem Dominum. ℞. Amen.

Hic modus seruatur in subsequentibus.

¶ Sede vacante omittuntur sequentes duæ Orationes.

ORemus & pro beatissimo Papa nostro N. vt Deus & Dominus noster, qui elegit eum in ordine episcopatus, saluum atque incolumen custodiat Ecclesiæ suæ sanctæ, ad regendum populum sanctum Dei. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, cuius iudicio vniuersa fundantur; respice propitius ad preces nostras : & electum nobis Antistitem tua pietate conserua: vt Christiana plebs, quæ te gubernatur Auctore, sub tanto Pontifice, credulitatis suæ meritis augeatur. Per Dominum nostrum. ℞. Amen.

¶ Quando Ecclesia caret Pastore, loco prædictarum proxime duarum Orationum, dicantur hæ duæ sequentes.

ORemus Deum Patrem omnipotentem; vt Ecclesiæ suæ sanctę Pastorem eligere dignetur, qui saluum atq; incolumẽ regat populum sanctum Dei. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Moysen, & Dauid famulos tuos, vt præessent populo tuo, eligere dignatus es; te supplices exoramus; vt Ecclesię tuę Pastorem eligere digneris, qui gregem tuum secundum tuam valeat regere voluntatem. Per Dominum. ℞. Amen.

ORemus & pro omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, accolythis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, confessoribus, virginibus, viduis : & pro omni populo sancto Dei. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, cuius Spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur, & regitur, exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratię tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dominum nostrum. ℞. Amen.

¶ Si Imperator non sit, vbi in sequenti Oratione dicitur Imperatore nostro N. dicatur Imperio nostro.

ORemus & pro Christianissimo Imperatore nostro N. vt Deus, & Dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omniũ iura regnorum; respice ad Romanum benignus Imperium : vt gentes, quæ in sua feritate confidunt,

K 2 poten-

potentiæ tuæ dextera comprimantur. Per Dominum nostrum. ℟. Amen.

ORemus & pro cathecumenis nr̃is: vt Deus & Dñs nr̃ adaperiat aures p̃cordiorũ ipsorũ, ianuãq; misericordiæ: vt per lauacrũ regenerationis, accepta remissione omniũ peccatorũ, & ipsi inueniãtur in Christo Iesu Dño nostro. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuã noua semper prole fęcundas; auge fidem, & intellectum catechumenis nostris: vt renati fonte baptismatis, adoptionis tuę filijs aggregentur. Per Dominum. ℟. Amen.

ORemus dilectissimi nobis Deum Patrem omnipotẽtem: vt cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: peregrinantibus reditum: infirmantibus sanitatem: nauigãtibus portum salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotẽs sempiterne Deus, mœstorum consolatio, laborantiũ fortitudo; perueniant ad te preces de quacumque tribulatione clamãtium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per Dominum nostrum Iesum. ℟. Amen.

ORemus & pro hæreticis, & schismaticis: vt Deus & Dñs noster eruat eos ab erroribus vniuersis: & ad sanctam matrẽ Ecclesiam Catholicam, atque Apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, qui saluas omnes, & neminem vis perire; respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni hęretica prauitate deposita, errantium corda resipiscant: & ad veritatis tuæ redeant vnitatem. Per Dominum. ℟. Amen.

ORemus & pro perfidis Iudæis: vt Deus & Dñs noster auferat velamen de cordibus eorum: vt & ipsi agnoscant Iesum Christum Dñm nostrum. Hic non respõdetur Amen: sed statim dicitur Oremus. Non dicitur Flectamus genua: sed statim dicitur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui etiã Iudaicam perfidiam à tua misericordia non repellis; exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcæcatione deferimus: vt agnita veritatis tuæ luce, quæ Christus est, à suis tenebris eruãtur. Per eumdem Dominum. ℟. Amen.

ORemus & pro paganis; vt Deus omnipotens auferat iniquitatem à cordibus eorum: vt relictis idolis suis, cõuertantur ad Deum viuũ, & verum, & vnicũ Filium eius Iesum Christum. Deum & Dominum nostrum: cũ quo viuit & regnat cũ Spiritu sancto Deus, per omnia sæcula sęculorum.

Non respondetur Amen. Sed statim dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus; qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris; suscipe propitius orationem nostram: et libera eos ab idolorum cultura, & aggrega Ecclesiæ tuæ sanctæ, ad laudem & gloriam nominis tui. Per Dominum. ℟. Amen.

¶ Finitis prædictis Orationibus, Sacerdos ad sacristiam cum ministris reuertatur: & ibidem deposita casula, discalciet se cum omnibus ministris: & interim alius Sacerdos indutus sine casula, associet se Sacerdoti qui facit officiũ: & alius Diaco-

Diaconus ſimiliter indutus, aſſociet ſe Diacono officij. Prædicti autem duo Sacerdotes venientes ad gradus altaris, reuerenter ſe inclinent: & ſic accedentes, accipiant crucem altari ſuperpoſitam, & velatam: & tenentes eam inter ſe ad cornu Epiſtolæ, in exteriori parte anguli altaris prope poſteriorem partem eiuſdem, verſi ad [illegible], vno accolythorum eis librum tenente, cantent verſum.

Finito ℣. diſcooperiant pedes crucifixi: & duo prędicti Diaconi iuxta ſiniſtrum cornu altaris verſus crucifixum, immediate reſpondeant **Agios**, &c. Dum ter dicunt **Agios**, ſingulis vicibus ipſi ſoli flectant genua: & dum dicunt **Otheos, iſchiros, athanatos**, ſingulis vicibus ſurgant: ſed poſt **athanatos**, erecti ſtent, donec verſum percantauerint.



Deinde Chorus reſpondeat **Sanctus**, & cetera. Et dum ter cantatur **Sanctus**, ſingulis vicibus Chorus ſolus genua flectat: & dum cantatur **Deus, fortis, & immortalis**, ad has ſingulas dictiones ſurgat, & poſt **immortalis**, erectus ſtet.



San ctus, & immor ta- lis, misere re no bis.

Deinde duo dicti Sacerdotes ad anteriorem partem anguli eiusdem cornu Epistolæ procedentes, cantent versum.

*populũ cõuersi*

Qui a e du xi te per deser tum quadraginta annis, & manna ci baui te, & in troduxi te in terram sa tis optimã, pa ra sti Crucem Salua to ri tu o.

Et post versum, discooperiãt genua crucifixi. Deinde Diaconi, vt prius cantent Agyos, &c. Chorus Sanctus, &c. Rursum Sacerdotes ad medium altaris procedentes, cantent sequentem versum.

*similiter ad populũ conversi*

Quid vl tra de bu i facere ti bi, & non feci? Ego qui dem plan ta ui te vineam me am, fru ctu speci o sis simam: & tu facta es mihi ni mis a mara. A ce to nam que sitim meam po ta sti. Et lan ce a per fo ra sti la tus Salua to ri tu o.

Quo

Quo finito, discooperiãt crucem vsque ad pectus: duo Diaconi, vt prius, cantent **Agios** &c. Chorus **Sanctus** &c. vt sup.

Interim circa finẽ cantus, Sacerdotes totã crucem discooperiant: & terminato cantu, ipsam crucem aliqualiter sursum eleuantes, simul incipiant Antiph. **Ecce lignum**, ad cuius inceptionem Chorus genuflectat: & cãtore incipiente **Crucis:** surgat, & prosequatur Antiphonam.

E cce li gnum Cru cis: in quo Sa lus mundi pepen- dit. Ve ni te, a do- re mus. Psal. Be a ti im- ma cu la ti in via: qui ambu- lant in le ge Domi ni.

Et repetatur Aña. **Ecce lignum**. Sacerdotes autem crucem sistant super tapetum mappa honesta coopertũ, à Sacrista hora conuenienti ad hoc stratum.

❡ Collocata vero Cruce, dum prædicta cantantur, primo adoret Prælatus, siue Sacerdos, qui facit officium: deinde alius Sacerdos: postea Diaconi, & alij ministri: deinceps Conuentus à senioribus incipiendo. Genuflectant ter ante deosculationem, & osculentur ante Pedes: sic quod absque mora nimia, ad loca sua redeant. Interim dum ab alijs Crux adoratur, Sacerdotes cum ministris ~~in presbyterio poterunt residere~~.

X in Altari cornu Epistolæ stabunt.

Repetita Antiphona **Ecce lignum**, immediate cantetur sequens Antiph.

C rucẽ tuam adoramus Do mi- ne: & sanctã resurrecti o nẽ tuam laudamus & glori fica mus. Ec- ce enim propter crucẽ ve nit gaudiũ in vni uerso mundo. Psal. Deus misere a tur nostri, & bene di cat nobis: il luminet vultum

vultũ suum super nos, & mise-

re a tur nostri. Reiteretur Aña Crucẽ, & postea cantetur alia Antiphona.

Crux fi delis, in ter omnes ar-



bor vna no bilis: nulla sil ua

ta lem profert fronde, flore, ger-

mine. Dulce lignũ, dul ces clauos,



dulce pondus sustinet. Hymnus in tono prædicti versus.

PAnge lingua gloriosi
Prælium certaminis,
Et super Crucis trophæo
Dic triumphum nobilem,
Qualiter Redemptor orbis
Immolatus vicerit.
Repetitur Crux fidelis. ℣.
De parentis protoplasti
Fraude Factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morsu in mortem corruit,
Ipse lignum tunc notauit,
Damna ligni vt solueret. Rep. Crux. ℣.
Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hostis vnde læserat. Repet. Crux. ℣.
Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus orbis Conditor,
Atque ventre Virginali
Caro factus prodijt. Repet. Crux. ℣.
Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia:
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat,
Et manus, pedesque, & crura
Stricta cingit fascia. Repetitur Crux. ℣.
Lustrix sex qui iam peractis,
Tempus implens corporis,
Se volente natus, ad hoc
Paßioni deditus,
Agnus in cruce leuatur,
Immolandus stipite. Repet. Crux. ℣.
Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, claui, lancea:
Mite corpus perforatur,
Sanguis, vnda profluit,
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lauãtur flumine. Repet. Crux. ℣.
Flecte ramos, arbor alta,
Tensa laxa viscera:
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit natiuitas:
Vt superni membra Regis
Miti tendas stipite. Repet. Crux. ℣.
Sola digna tu fuisti
Ferre sæcli pretium:
Atque portum præparare

Nauta

Nauta mundo naufrago:
Quem ſacer cruor perunxit,
Fuſus Agni corpore. Repet Crux. ℣.
Gloria & honor Deo,
Vſquequaque altiſsimo,
Vna Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito:
Cui laus eſt, & poteſtas
Per æterna ſæcula. Amen.

¶ Circa finem adorationis Crucis, accenduntur candelæ ſuper altare: & Diaconus accipiens burſam corporalium, extendit corporale more ſolito: & finita adoratione, prædicti ſacerdotes ipſam Crucem leuent: & ſtantes ſuper gradũ, verſo vultu ad Conuentum, & Cruce aliqualiter eleuata incipiant ſequentem Antiphonam Super omnia ligna cedrorum: & Conuentus ipſam proſequatur, Tu ſola. Antiphona.

Su per om ni a ligna ce dro-
rum, tu ſo la ex cel ſior:
in qua Vi ta mundi pependit:
in qua Chriſtus tri um pha-
uit, & mors mortem ſu pe ra-
uit in æ ter num.

Finita Aña, Sacerdos qui facit officium, dicat orõnem Reſpice, ſine Qui tecum. Terminata orõne, Diaconus crucẽ accipiens, ſtatuat eã in loco ſuo: et ſacerdotes cum miniſtris ad ſacriſtiam reuertantur.

¶ Vbi vero propter paucitatẽ Fratrum modus ſupradictus ſeruari conuenienter non poterit, Sacerdos cum Diacono cantet Popule meus, &c. ſicut prius: & Subdiaconus cum aliquo alio induto, cantet Agios, &c.

¶ Reuerſis miniſtris ad ſacriſtiã, Sacerdos qui facit officium, cum cõſuetis miniſtris ſe calciet, & lotis manibus, caſulam induat: & præcedentibus cum miniſtris more ſolito ad altare accedens, dicat In nomine Patris. ℣. Confitemini Dño. Confiteor Deo, &c. cũ oratione Aufer à nobis. Oramus te Domine.

Poſtea ordinatur proceſsio ad locũ, vbi pridie Sacramentum repoſitũ fuerat: & accenduntur intorticia, quæ non extinguãtur, niſi poſt ſumptionẽ Sacramenti: & Sacerdos genuflectit ante Sacramentum: orat aliquantulũ; ~~poſteaq; imponit incenſum in thuribulo~~, Diacono nauiculam miniſtrante: & genuflexus incenſat Sacramentũ: deinde Diaconus accipiens calicem vbi eſt Sacramẽtum, dat ad manus Sacerdotis, & tegit extremitatibus veli quod humeros Sacerdotis circumdat: & procedunt meditando ſub ſilentio Saluatoris paſsionem, ordine quo venerunt: defertur baldachinum ſuper Sacramentum: & accolythus cum thuribulo continue Sacramentum incenſat.

X diaconus int… aperit capsul… in qua recon… est Corpus D… tunc Sacerdos… absq; benedictio… incensi in thu… ribula immittit

Cũ venerit Sacerdos ad altare, posito super illud Sacramento, genuflexus, rursus incensat: & accedens, ponit hostiã super corporale: Diaconus imponit vinũ in calicẽ, & Subdiaconus aquã: Sacerdos accipiens calicem à Diacono, ponit super altare nihil dicẽs, & Diaconus illum cooperit: deinde Sacerdos imponens incensum in thuribulo, incensat oblata & altare more solito. Postea lauat manus nihil dicens: & si corpus Domini tetigerit, ablutio proijciatur in piscinam. Deinde stans in medio altaris, omissis omnibus alijs, depositis manibus super altare, dicat suauiter sine nota.

OREmus. Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere.

Hic eleuat manus, & prosequitur.

PAter noster, qui es in cælis: Sanctificetur nomen tuũ: Adueniat regnũ tuũ: Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra: Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Sacerdos sub silẽtio dicto Amen. ꝓsequitͬ more solito.

LIbera nos, quæsumus Dñe, ab omnibus malis pręteritis, præsentibus, & futuris: & intercedente beata, & gloriosa, semperque virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; Andrea, & omnibus Sanctis, da propitius pacem. Hic deosculatur patenam, &c. in diebus nostris: vt ope misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Per eũdem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Hic diuidat hostiam in tres partes more solito, dicens: Qui tecum viuit, & regnat, in vnitate Spiritus sancti Deus. Deinde eadẽ voce, qua dixit Pater nr̃, dicat: Per oĩa sęcula sęculorum ℟. Amen. Tunc Sacerdos mittit particulã in calicem more solito, nihil dicens. Et omissis Pax Dñi, Agnus Dei, & pacis osculo, cum maxima humilitate & reuerentia percutiat pectus suum, ter dicens: Dñe, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantũ dic verbo, & sanabitur aĩa mea. Postea dicat secreto, & deuote: Corpus Dñi nr̃i Iesu Christi custodiat animã meam in vitam æternam, Amen.

Tunc sumit corpus reuerenter. Deinde omissis omnibus quæ dici solent ante sumptionem calicis, immediate particulam hostiæ cum vino reuerenter sumit de calice. Postea more solito faciat ablutionem digitorum, atque dicat:

Quod ore sumpsimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

Postea (ceteris oĩbus omissis, factaq; cõmunione) fiat signũ ab eo qui præest in Choro: & dicat ab oĩbus Pater noster, & Aue Maria. Quibus dictis, ad signũ Pręsidentis surgant, & dicãt tractim Vesperas sine nota: similiter & Sacerdos cum ministris. Finita Aña post Magnificat, dicatur Pater noster, & Psal. Miserere mei Deus. Et Sacerdos dicat sine Dñs vobiscũ, & sine Oremus. Orationem.

REspice q̃s Dñe super hanc familiã tuam, pro qua Dñs noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum. Et dicitur sine Qui tecum. Qua finita, dicitur Pater noster, & Aue Maria.

Et

Et sic Missa, & Vesperæ simul finiũtur. Deinde Sacerdos, & ministri ad sacristiam reuertantur: & sacrista statim altare discooperiat.

## SABBATO SANCTO.

Statio ad sanctum Ioãnem in Laterano.

ANte horam officij, sacrista imagines discooperiat: & altaria omnia pręparet: & totã ecclesiam adornet: cereum in loco suo statuat: & pulpitũ, super quod cantanda est benedictio, iuxta ipsum collocet.

¶ Post Nonam Prior indutus pluuiali albo, & ministri etiã cũ dalmaticis albis, (vel vbi pluuialis albus nõ sit, oẽs sint in albis) procedat cũ Conuentu ad benedictionẽ ignis (luminaribus omnibus primo de ecclesia extinctis) hoc ordine. Duo accolyti exeant, quorũ vnus aquã benedictã, alter candelã triangularẽ, accẽdendã de nouo igne deferat: postea crucifer, quẽ sequatur Conuẽtus: deinde Sacerdos medius inter ministros, quorum Diaconus librũ portet, Subdiaconus incensum benedicendũ, & in eundo dicatur alternatim Psal. **Miserere mei Deus,** & reliq. totũ cum **Gloria Patri.** Cum ad ianuã ecclesiæ peruenerint, producitur ignis de silice ante ianuã: & accẽdunt ligna aliqua, seu ramusculi palmæ, & oliuæ. Deinde Prior benedicit ignẽ, dicẽdo ℣. **Adiutorium nostrum in nomine Domini.** ℟. **Qui fecit cęlũ & terram.** ℣. **Sit nomẽ Domini benedictum.** ℟. **Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.** ℣. **Dominus vobiscum.** **Oremus.** Oratio.

DOmine sancte, Pater omnipotẽs, ęterne Deus; benedicẽtibus nobis hũc ignẽ productũ ex silice, nr̃is profuturũ vsibus, quem nos indigni per inuocationẽ Vnigeniti filij tui Dñi nostri Iesu Christi benedicere præsumimus; tu clementissime Deus, cũ tua benedictione sancti ✠ fica: & ad profectũ humani generis peruenire concede: vt nos cælestibus desiderijs inflãmati, ad festa ventura purgatis mẽtibus pertingere valeamus. Per eũdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, lumen indeficiens, qui es conditor omniũ luminũ; bene ✠ dic hoc lumen: vt à te sanctificatũ atque benedictũ sit, qui illuminasti omnẽ mundũ: vt nos ab eo lumine accendamur: illuminemurq; igne claritatis tuæ: & sicut illuminasti Moysen, ita illumina corda nostra, & sensus nostros, vt ad vitam æternam peruenire mereamur. Per Christum.

Tunc aspergatur ignis aqua benedicta. Mox sequitur benedictio incensi hoc modo. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

VEniat, quæsumus omnipotens Deus super hoc incensum larga bene ✠ dictionis tuæ infusio: huiusque thimiamatis creaturã inuisibilis Regenerator intende: vt non solum sacrificium, quod hac nocte litatum est, arcana luminis tui admixtione refulgeat: sed in quocumque loco aliquid ex huius sanctificationis mysterio fuerit deportatũ, expulsa omni diabolicæ fraudis nequitia, virtus tuæ maiestatis assistat. Per Christum Dominum nostrum.

Tunc aspergat incensum aqua benedicta.

His

His peractis, accendatur candela triangularis de nouo igne: & Fratres ordine quo venerant intrent ecclesiam: & eant ad Chorum dicendo alternatim Psalm. **Deus misereatur nostri:** totum cũ **Gloria Patri:** & Sacerdos cum ministris vadant ad altare. Finito Psal. Diaconus accipiat dalmaticam albam, (si fuerit in albis) & eat ad benedicendum cereum: Subdiacono stãte coram Diacono, verso vultu ad ipsum: accolythi vero stent ad latera eiusdem, quorũ alter incensum benedictum, alter candelã de nouo igne accensam teneat. Tunc stantibus omnibus Diaconus cantat.

Exul tet iam ange lica turba cælorũ: exultent diuina myste- ri a; & pro tanti regis vi cto ri a, tu ba in to net salu ta ris. Gau de at & tellus tantis ir- ra di a ta ful go ri bus: & æterni Regis splendore illustra- ta, to ti us orbis se sen ti at ami sis se cali ginem. Læ- te tur & mater Ec cle si a, tanti luminis ador na ta fulgoribus: & magnis popu lo rum voci- bus hæc au la resul tet. Qua- propter astantes vos fratres charis- si mi, ad tam miram huius sancti luminis clari tatem, v na me- cum

cũ, quæso, De i omnipotentis

mi se ri cordi am in uo ca te.

Vt qui me non me is me ri tis

in tra Le ui tarum numerum

dignatus est aggre ga re, lumi-

nis su i gra ti am infundendo,

ce re i hu ius laudem adim-

ple re persi ci at. Per Do-

minũ nostrũ Iesum Christum fi-

lium suum. Qui cum e o viuit &

regnat in vni tate Spi ri tus san-

cti Deus. ℣. Per omnia sæcula

sæcu lo rum. ℟. Amen. ℣. Do-

minus vo bis cum. ℟. Et cum

spi ri tu tu o. ℣. Sur sum cor-

da. ℟. Habe mus ad Domi-

num. ℣. Grati as a ga mus

Domino De o nostro. ℟. Di-

gnum, & iustum est. Verè dignũ,

& iustum est, inuisibilem Deum

Patrem

Patrem om ni potentem, Fi-

liumque eius vni genitum, Do-

minum nostrũ Iesum Christum,

to to cordis ac mentis af fe-

ctu, & vocis mi ni ste ri o

per so na re. Qui pro no-

bis æ ter no Patri, Adæ

de bitum sol uit, & ve te ris

pi a cu li cau ti onem, pio

cru o re de ter sit. Hæc sunt

e nim festa Pascha li a, in qui-

bus verus il le Agnus oc ci di-

tur, eiusque sanguine postes fi-

de li um con se cran tur.

Hæc nox est, in qua pri-

mum patres nostros fi li os Israel

eductos de Ægypto, ma re ru-

brum, sicco ve sti gio transi re

fe ci sti. Hæc i gitur

nox est, quæ peccatorum tenebras,

colum-

columnæ il lumina ti o ne pur-
ga uit. Hæc nox eſt,
quæ hodie per vniuerſum mũdũ
in Chriſto credentes, à vi ti js ſæ-
culi & ca li gine peccatorũ ſegre-
gatos red dit gra ti æ, ſo ci at
ſanĉti ta ti. Hæc nox eſt,
in qua deſtruĉtis vincu lis mortis,
Chriſtus ab in fe ris viĉtor aſcen-
dit. Nihil enim nobis naſci pro-

fuit, ni ſi re di mi pro fu iſ ſet.
O mi ra circa nos tuæ
pi e ta tis di gna ti o. O inæ-
ſtima bilis di le ĉti o charitatis:
vt ſeruũ redimeres, Fi li um tra-
di di ſti. O certe neceſſarium
Adæ peccatũ, quod Chriſti morte
de le tum eſt. O fe-
lix culpa, quæ talem ac tantum
meruit habe re Redempto rem.
O ve-

O verè be a ta nox, quæ

ſo la meru it ſcire tempus & ho-

ram, in qua Chriſtus ab in fe ris

reſur re xit. Hæc nox

eſt, de qua ſcriptum eſt: Et nox

ſicut di es il lu mi nabitur:

& nox il lumi na ti o mea

in de li ci js me is. Huius

i gitur ſan cti ficati o noctis fu-

gat ſcelera, culpas lauat, & reddit

innocentiam lapſis, & mœſtis

læ ti tiam. Fu gat o di a, cō-

cordiam parat, & cur uat impe-

ri a. In huius i gitur noctis gra-

tiam, ſuſcipe ſancte Pater incenſi

huius ſacrificium veſper ti num:

Hic ponuntur à Diacono quinque grana incenſi in cereo in modum crucis, Subdiacono miniſtrante.

quod tibi in hac ce re i obla ti o-

ne ſollempni per manus miniſtro-

rum de operibus apū ſacroſancta

reddit

red dit Eccle si a. Sed iam

columnæ huius præconi a no-

uimus, quam in honorem Dei

ru tilans i gnis accen dit.

Hic, lumine benedicto per Diaconum, Subdiacono iuuante, accendatur cereus Paschalis.

Qui licet sit diuisus in partes, mu-

tua ti tamẽ luminis detrimenta non

no uit. Alitur enim liquãtibus ce-

ris, quas in substã ti a preciosæ huius

lampadis, apis Mater e du xit.

Hic accendantur lãpades per ecclesiam.

Miss. Carm.

O verè be a ta & mi-

rabilis a pis, cuius nec sexũ ma-

scu li vi o lãt, fetus nõ quassant,

nec fi li j destruunt castita tem.

Sed si cut sancta con ce pit

virgo Ma ria a, vir go pe-

pe rit, & vir go perman sit.

O ve rè be a ta

nox, quæ expo li a uit Ægy-

pti os, di ta uit Hebræ os.

L Nox,

Nox, in qua terrenis cælesti a,

humanis diuina iungun tur. O-

ramus ergo te Domine, vt cereus

i ste in honorem tu i nominis

consecratus ad noctis huius ca-

liginem destruendã in de ficiens

perseue ret. Et in odorem sua-

ui ta tis ac ceptus supernis lumina-

ribus misce a tur. Flammas e ius

Luci fer matu tinus inue niat. Il-

le, qui regressus ab inferis humano

generi serenus illu xit. Precamur

ergo te Domine: vt nos famulos

tuos, omnemq; clerum, & deuotis-

Si fuerit sedes vacãs, omittit beatissimo Papa nõ N.

simum populum, Idem de Antistite.

vna cũ be a tissimo Papa nostro

N. & Antistite nostro,

quie te tem porũ concessa, in his

Paschalibus gaudijs, assidua pro-

tectio ne regere, guberna re,

& con-

Si non sit Imperator: omittitur sequens clausula Respice, vsque ad populo suo.





Finita benedictione cerei, Prior cum ministris ad Sacristiam reuertatur: & depositis paramentis albis, accipiant violacea cum stolis & manipulis: tum Sacerdos cum planeta, ministri vero sine tunicella more solito procedant ad altare: facta altari debita reuerentia sine confessione cant ad sedendum. Interim vnus de senioribus incipiat sine titulo Lectionem In principio creauit. Similiter & aliæ lectiones legantur sine titulo à senioribus descendendo.

Prophetia prima.

Gen. 1. IN principio creauit Deus cælũ, & terram. Terra autẽ erat inanis, & vacua; & tenebræ erant super faciẽ abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas. Dixitq; Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucẽ quòd esset bona: & diuisit lucem à tenebris. Appellauitq; lucem Diem, & tenebras Noctem: factumq; est vespere, & mane, dies vnus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentũ in medio aquarum: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas, quę erant sub firmamento, ab his, quę erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque Deus firmamẽtum, Cælum: & factum est vespere, & mane, dies secundus. Dixit vero Deus: Congregẽtur aquæ, quę sub cælo sunt in locum vnum: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit Deus aridam, Terram, cõgregationesq; aquarum appellauit Maria. Et vidit Deus, quòd esset bonum. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque sementẽ secundum speciem suam. Et vidit Deus, quòd esset bonum. Et factum est vespere, & mane, dies tertius. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem, et sint in signa, et tempora, & dies, & annos: vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factũ est ita. Fecitq. Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamento cęli, vt lucerent super terram, & præessent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus, quòd esset bonum. Et factum est vespere, & mane, dies quartus. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animę viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli. Creauitque Deus Cete grandia, & omnem animam viuentem, atq; motabilem, quam produxerant aquę in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus, quòd esset bonum. Benedixitq; eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere, & mane, dies quintus. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus, quòd esset bonum, & ait: Faciamus Hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs, vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum, masculum, & feminam creauit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.

ram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habẽt in ſemetipſis ſemẽtem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam: & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcẽdum. Et factum eſt ita. Viditque Deus cuncta, quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere, & mane, dies ſextus.

Cap. 2. Igitur perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat.

Quinque Orõnes ſequẽtes dicantur ſine Dñs vobiſcũ, & ſine Flectamus genua: ſed dicatur Oremus: & Fratres ſtent verſis vultibus ad altare. Oratio.

DEus, qui mirabiliter creaſti hominem, & mirabilius redemiſti; da nobis quæſumus, contra oblectamenta peccati, mentis ratione perſiſtere: vt mereamur ad æterna gaudia peruenire. Per Dominum. Prophetia ſecunda.

Exo. 14. IN diebus illis, Iam aduenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciẽs Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum: & ſubuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo Ægyptij: Fugiamus Iſraëlem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moyſen: Extende manum tuam ſuper mare, vt reuertantur aquę ad Ægyptios ſuper currus, & equites eorum. Cumq; extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum: fugientibuſq; Ægyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. Reuerſæq; ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij autem Iſraël perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris, & à ſiniſtris: liberauitq; Dominus in die illa Iſraël de manu Ægyptiorum. Et viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius. Tunc cecinit Moyſes, & filij Iſraël carmen hoc Domino, & dixerunt. Cap. 15.

Tractus. Cantemus Domino: glorioſe enim honorificatus eſt, æquum & aſcenſorem deiecit in mare. Adiutor, & protector factus eſt mihi in ſalutem. Exo. 15.

℣. Hic Deus meus, & honorificabo eũ: Deus patris mei, & exaltabo eum.

℣. Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi. Oremus. Oratio.

DEus, cuius antiqua miracula etiã noſtris ſæculis coruſcare ſẽtimus; præſta quæſumus; vt ſicut priorem populum ab Ægyptijs liberaſti, ita hoc ad ſalutem gentium per aquas baptiſmatis opereris. Per Do. Prophetia iij.

Isa. 4. APprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum. In die illa erit germẽ Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis,

mis, & exultatio his, qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Ieruſalem, ſanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalē. Si abluerit Dominus ſordes filiarū Sion, & ſanguinē Ieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, et ſpiritu ardoris. Et creabit Dominus ſuper omnē locum Montis Sion, & vbi inuocatus eſt, nubem per diem, & fumum & ſplendorem ignis flammantis in nocte: ſuper omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & à pluuia.

Iſa.5. Tract. Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco vberi. ℣. Et maceriam circumdedit, & circumfodit, & plantauit vineam Sorec, & ædificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea. Vinea enim Domini Sabaoth, domus Iſrael eſt.

Oremus. Oratio.

DEus, qui nos ad celebrandum Paſchale ſacramentum vtriuſque teſtamenti paginis inſtruis; da nobis intelligere miſericordiam tuam: vt ex perceptione præſentium munerum, firma ſit expectatio futurorum. Per Dominum noſtrum.

Prophetia quarta.

Deu. 31. IN diebus illis, Scripſit Moyſes canticum, & docuit filios Iſrael. Pręcepitq; Dominus Ioſue filio Nun, & ait: Cōfortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces filios Iſrael in Terrā, quam pollicitus ſum, & ego ero tecum. Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine, atque compleuit: præcepit Leuitis, qui portabāt arcam fœderis Domini, dicēs: Tollite librū iſtum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Dñi Dei veſtri: vt ſit ibi contra te in teſtimonium. Ego enim ſcio contentionē tuam, & ceruicem tuam duriſsimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiſcū, ſemper contentioſe egiſtis cōtra Dominum: quāto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus veſtras, atque doctores, & loquar audientibus eis ſermones iſtos, & inuocabo contra eos cælum & terram. Noui enim quòd poſt mortem meam inique agetis, & declinabitis cito de via, quam pręcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conſpectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum veſtrarum. Locutus eſt ergo Moyſes, audiente vniuerſo cœtu Iſrael, verba carminis huius, & ad finem vſque compleuit.

Tractus. Attende cęlum, & loquar, & audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur ſicut pluuia eloquium meum, & deſcendant ſicut ros verba mea. ℣. Sicut imber ſuper gramē, & ſicut nix ſuper fęnum: quia nomen Domini inuocabo. Deu. 32.
℣. Date magnitudinem Deo noſtro. Deus verax: opera eius, & omnes viæ eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo nō eſt iniquitas, iuſtus, & ſanctus Dominus.

Oremus. Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuā noua ſemper Gentium vocatione multiplicas; concede propitius; vt quos aqua baptiſmatis abluis, continua protectione tuearis. Per Dominum.

Prophetia quinta.

AVdi Iſrael mandata vitæ: auribus percipe, vt ſcias prudētiam. Baru. 3.
Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum es? inueteraſti in terra aliena,

aliena, coinquinatus es cũ mortuis: deputatus es cũ descendentibus in infernum. Dereliquisti fontẽ sapientiæ. Nã si in via Dei ambulasses: habitasses vtique in pace sempiterna. Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vitę & victus, vbi sit lumen oculorũ, & pax. Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes Gentiũ, & qui dominantur super bestias; quæ sunt super terram? Qui in auibus cæli ludunt: qui argentũ thesaurizant, & aurũ, in quo cõfidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? Qui argentũ fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operũ illorum? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, et habitauerũt super terram: viã autem disciplinæ ignorauerũt, neque intellexerũt semitas eius, neque filij eorũ susceperunt eam, à facie ipsorum longe facta est: non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quę de terra est, negotiatores Merrhæ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentię: viam autem sapiẽtię nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius. O Israel quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus est, & non habet finem: excelsus, & immensus. Ibi fuerunt gigãtes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dñs, neque viam disciplinę inuenerunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cęlum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam? & attulit illam super aurum electum? Non est qui possit scire vias eius, neq; qui exquirat semitas eius: sed qui scit vniuersa nouit eam, & adinuenit eam prudentia sua: qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam pecudibus, & quadrupedibus: qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obediuit illi in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt: vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

¶ Si ecclesia habuerit fontem baptismalem, finita supradicta Prophetia, Sacerdos dicat **Oremus:** Oratio. **Concede quæsumus.** vt infra: quã finita, Sacerdos deposita planeta, accipiat pluuiale album, & procedit vsque ad fontem, præcedentibus ministris cũ dalmatica, & tunicella albi coloris: cruce, & cereo benedicto accenso: & dum descenditur cãtatur Tract. **Sicut ceruus:** & cant. ad benedictionẽ fontis: prout in fine Missalis ante alias priuatas benedictiones notatum est.

¶ Si vero ecclesia non habuerit fontẽ baptismalẽ, nullo modo benedicatur sollẽniter aqua; neć benedictione, quæ benedicitur aqua Dñicis diebus; nec ante, nec post benedictionem ignis: sed finita prophetia quinta, dicitur Tractus sequens: & cetera fiant, vt signantur inferius.

Psal. 41. Tract. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. ℣. Sitiuit anima ad Deum fortem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? ℣. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi per singulos dies: Vbi est Deus tuus? Oremus. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus; vt qui festa Paschalia agimus, cælestibus desiderijs accensi, fontem vitæ sitiamus, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate &c.

Finita oratione, celebrans cum ministris genuflectit ante altare, & alijs omnibus genuflexis, cantantur Litaniæ in medio chori a duobus cantoribus, vtroque choro idem simul respondente.

Kyrie e e le i son. Christe ele i son. Kyrie ele i son. Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, mise re re nobis. Fili redẽptor mũdi Deus, miserere nobis. Spiritus sancte Deus, miserere nobis. Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria, o ra pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate pro nobis.
Sancte Ioannes Baptista, ora.
Sancte Elia, ora.
Sancte Elisee, ora.
Omnes sancti Patriarchę, & Prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.

Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apostoli, & Euangelistę, orate pro nobis.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Angele, ora.
Sancti Fabiane, & Sebastiane, orate.
Sancti Ioannes, & Paule, orate.
Sancti Cosma, & Damiane, orate.
Sancti Geruasi, & Protasi, orate.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Siluester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Basili, ora.
Sancte Cyrille, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes sancti Pontifices, & Confessores, orate pro nobis.
Omnes sancti Doctores, orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Alberte, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes sancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate pro nobis.

Omnes sancti Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta Anna, ora.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Barbara, ora.
Sancta Margarita, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.

Hic sacerdos, et ministri eant ad sacristiã ad induendũ se paramentis albis, & interim accenduntur luminaria in altari.



Propi tius esto, parce nobis Dñe.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera.
Ab ira tua, libera.
A subitanea & improuisa morte, libera.
Ab insidijs diaboli, libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera.
A spiritu fornicationis, libera.
A fulgure, & tempestate, libera.
A morte perpetua, libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, libera.
Per Aduentum tuum, libera.
Per Natiuitatem tuam, libera.
Per Baptismum, & sanctum Ieiunium tuum, libera.

Per

Per Crucem,& Pasionem tuam, libera.
Per Mortem,& Sepulturam tuam, libera nos Domine.
Per sanctam Resurrectionem tuam, libera nos Domine.
Per admirabilẽ Ascensionem tuam, lib.
Per Aduentum Spiritus sancti paracliti, libera nos Domine.
In die iudicij, libera.

Peccatores, te rogamus, audi nos.
Vt nobis parcas, te rogamus.
Vt nobis indulgeas, te rogamus.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rogamus.
Vt Ecclesiam tuam sanctam regere, & conseruare digneris, te rogamus.
Vt Domnum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos Ordines in sancta religione conseruare digneris, te rogamus, audi nos.
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus.
Vt Regibus, & Principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris, te rogamus.
Vt cuncto populo Christiano pacem & vnitatem largiri digneris, te rogamus audi nos.
Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare, & conseruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt mentes nostras ad cælestia desideria erigas, te rogamus.
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus, audi nos.
Vt animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus audi nos.
Vt fructus terræ dare, & conseruare digneris, te rogamus.
Vt omnes fideles nauigãtes ad portum salutis perducere digneris, te rogamus, audi nos.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiẽ æternam donare digneris, te rogamus, audi nos.
Vt nos exaudire digneris, te rogamus.
Fili Dei, te rogamus.



Agnus Dei, qui tollis peccata



mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata

mundi, exaudi nos Domine.



Agnus Dei, qui tollis peccata

mundi, misere re nobis.

Hic omnes surgunt, & cantores sollemniter incipiunt Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. & ter singula repetun-

petuntur, vt in Missis. Sacerdos autem cum ministris in paramentis albis accedit ad altare, & facit confessionem vt moris est, in loco consueto: deinde ascendens, osculatur altare, incensat more solito, & finitis à choro Kyrie eleison, incipit sollemniter Gloria in excelsis: & pulsantur campanæ. Quo finito, dicit Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dominicæ resurrectionis illustras; conserua in noua familiæ tuæ progenie, adoptionis spiritum quem dedisti: vt corpore & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per eumdem Dominum. in unitate eiusdē.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Cap. 3. FRatres: Si consurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quę super terram. Mortui enim estis, & vita vestra est abscōdita cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Allel. ℣. qui à duobus cantetur.

Psal. 117. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Non repetatur Alleluia, sed statim dicat Tractus à cōmuni choro, & cantet vnus ℣. ex vna parte chori, & alter ex altera.

Psal. 116. Laudate Dominū omnes Gentes: laudate eū omnes populi. ℣. Quoniā confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Ad Euangelium non portantur luminaria, sed tantum incensum: & petitur benedictio.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

VEspere autē sabbati: quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum: erat autem aspectus eius sicut fulgur: & vestimentum eius sicut nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quòd Iesum, qui crucifixus est, quæritis: non est hic: surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ecce prędixi vobis. Cap. 28

Non dicitur Credo, sed finito Euangelio Sacerdos dicit Dominus vobiscum. ℞. Et cū spiritu tuo: & postea Oremus. Non dicitur Offert. sed tunc faciat oblationem, & Lauabo, &c. Secreta.

SVscipe, quæsumus Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt Paschalibus initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per Dominum.

Præfatio. Te quidem Domine omni tempore, sed in hac potissimum nocte gloriosius prædicare: & Sanctus.

Sequitur Canon Missæ. Infra Canon. Cōmunicantes, & noctē sacratissimam celebrātes, &c. & Hanc igitur, de festo.

Postea

Postea Sacerdote dicente Pax Domini sit semper vobiscum: respondetur, Et cum spiritu tuo, & prosequitur Hæc sacrosancta commistio: sed Agnus Dei, non dr: nec pacis osculum datur: neque Communio dicitur. Postquam Sacerdos se communicauerit, pro Vesperis in choro cantatur Aña. Alleluia, alleluia, alleluia, allel. Psalm. Laudate Dñm omnes

Psal. 116. Gentes: laudate eũ oẽs populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri. Sicut erat &c. Repetita Antiphona post Psalm. incipitur à Sacerdote ad Magnificat Aña.

quę lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum, alleluia. Canticum Magnificat, cum Gloria Patri. Deinde ~~Sacerdos~~ reincipiat Añam Vespere autẽ: qua cantata Sacerdos vertens se ad populum, dicit Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Postcomm.

Rubr. ... fit incensatio ... in Missa. cantores in choro reincipiant

Spiritum nobis Domine tuæ charitatis infunde: vt quos sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. Deinde dicitur Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea diaconus cantat.

℟. Deo gratias, alleluia, alleluia. Deinde dat benedictionem populo: & dicitur stando Aña Regina cæli lætare. ℣. Gaude & lætare virgo Maria. Oro. Deus, qui per resurrectionem. Postea Euangeliũ sancti Ioannis In principio. Et sic Missa, & Vesperæ simul finiũtur.

# ORDINARIVM MISSÆ

## Cum Sacerdos accedit ad altare,

Submisse dicit Psalmus 42.

Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo, & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, qm̃ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

cto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in ſęcula ſæculorum, Amen. In Miſsis pro defunctis, & tempore Paſſionis in Miſsis de tempore, omittitur Gloria Patri: nec dr̃ Requiem ęternam.

¶ Sacerdos, & miniſtri cũ veniunt ante altare, facta debita reuerentia, ſignantes ſe ſigno crucis, dicat Sacerdos clara voce In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Deinde iunctis manibus ante pectus, dicit Confitemini Dño quo-
Pſal. 117. niam bonus. Miniſtri reſpõdent Quoniam in ſæculum miſericordia eius. Deinde ſuſpiciens in altum, extẽſis manibus, ſtatimque reiunctis, ac inclinans cum miniſtris, ipſe ſolus ſacerdos dicat.

Confiteor Deo omnipotenti, beatę Mariæ ſemper virgini, oĩbus Sanctis, & vobis fratres: quia peccaui nimis cogitatione, locutione, opere, & omiſsione: mea culpa. Ideo precor beatam Mariam ſemper virginem, omnes Sanctos, & vos fratres orare pro me ad Dñm Ieſum Chriſtum. Miniſtri reſpondent.

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, conſeruet et cõfirmet in omni opere bono, & perducat ad vitã æternam. Sacerdos ℟. Amẽ. Deinde Miniſtri repetunt cõfeſsionem: & vbi à Sacerdote dicebatur Vobis fratres, & Vos fratres, à Miniſtris dicitur Tibi pater, & Te pater.

Poſtea Sacerdos dicit.

Miſereatur veſtri oĩpotens Deus, et dimittat vobis omnia peccata veſtra, liberet vos ab omni malo, conſeruet & confirmet in omni opere bono, & perducat ad vitam æternam. ℟. Amen. Deinde ſubiungat.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſsionem omnium peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen. Poſtea erigentes ſe omnes, & ſignantes ſe ſigno crucis, dicit Sacerdos ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælũ, & terram. Inclinantes ſe vt prius, dicit Sacerdos Oremus.

Aufer à nobis, quęſumus Domine, cunctas iniquitates noſtras: vt ad ſancta ſanctorũ, puris mereamur mentibus introire. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. Manibus iunctis ſuper altare, inclinatus dicit.

Oramus te Dñe per merita Sanctorum tuorum, oſculatur altare, *dicens*, quorũ reliquiæ hic ſunt, & omnium Sanctorum; vt indulgere digneris omnia peccata mea, Amen. In Miſſa ſolemni, celebrans, antequam legat Introitum, benedicit incẽſum, dicens, Ab illo bene ✠ dicaris, in cuius honore cremaberis, Amẽ. Et accepto thuribulo à Diacono incẽſat altare, dicens: Dirigatĩ Dñe oratio mea, ſicut incenſum in cõſpectu tuo. Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ. Pone Dñe cuſtodiã ori meo, et oſtium circũſtantiæ labijs meis. Vt non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Deinde Diaconus recepto thuribulo à celebrante incenſet illum tantum.

¶ In Miſsis priuatis Sacerdos, cum accedit ad altare ante cõfeſsionẽ preparat calicẽ infundendo vinũ, nihil dicendo: miniſter porrigẽs aquam, dicit Benedicite. Sacerdos benedicat aquam, dicendo: In nomine Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ſancti, Amen: et mittat aquã in calicem: dein-

deinde aperit Miſſale, poſtea deſcēdit ad primū gradum ante altare, & facit cōfeſſionē, miniſtro reſpondente, &c. vt ſup.

¶ Poſtea celebrans ſignans ſe ſigno crucis, incipit Introitum, quem iunctis manibus proſequitur: & eo finito alternatim cum miniſtris, dicit.

Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

Poſtea ad mediū altaris extēdens, & iungens manus, caputq; aliquantulū inclinans, dicit (ſi dicendū eſt) Gloria in excelſis Deo: et proſequit iūctis manibus. Cū dicit Ieſu Chriſte, & Suſcipe deprecationē noſtrā, inclinat caput: & in fine dicens, Cum ſancto Spiritu, ſignat ſe.

In feſtis duplicibus.



G lo ri a in excelſis De o.

In feſtis, & octauis, ac Miſsis votiuis beatæ Mariæ.



G lo ri a in excelſis De o.

In Dominicis, feſtis ſemiduplicibus, & infra octauas quę non ſunt B. Mariæ.

G lo ri a in excelſis De o.

In feſtis ſimplicibus.

G lori a in excelſis De o.

In feſtis ſimplicisſimis, ferijs Paſchalis temporis, & Miſsis votiuis.

G lo ri a in excelſis De o.

Gloria in excelſis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriā tuam. Domine Deus, Rex cęleſtis, Deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Ieſu Chriſte. Domine Deus, Agnus Dei, filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mūdi, ſuſcipe deprecationem noſtram. Qui ſedes ad dexteram Patris, miſerere nobis. Quoniā tu ſolus ſanctus. Tu ſolus Dominus. Tu ſolus altiſsimus Ieſu Chriſte. Cum ſancto Spiritu, in gloria Dei Patris, Amen. Sic dicitur Gloria in excelſis. etiam in Miſsis beatæ Mariæ.

Finito Gloria in excelſis, ſacerdos verſus populū dicit Dominus vobiſcū. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Poſtea dicit Oremus. Deinde Orationes, vnam, aut plures, vt ordo officij poſtulat. Sequitur Epiſtola, Graduale, Alleluia, vel Tractus, & Sequentia, vt tempus poſtulat.

¶ Si Miſſa ſit ſollemnis, circa finē vltimę orōnis Subdiaconus ſtans ad partē Epiſtolæ contra altare cantat Epiſtolā in loco præparato, vel tenens Epiſtolarium ambabus manibus: qua cantata, ad celebrantē redeat, eiuſq; manum oſculetur: atque præcedente thuriferario, vel accolyto ad ſacriſtiam vadit: & calicem cum patena, hoſtia, palla, corporali, & velo ab humero pendente coopertum, ad altare defert:

defert: præcedente accolytho, ampullas cum aqua & vino portãte: & ad cornu Epistolę discooperit calicē, ac purificatorio tergit. ~~Diacono interim, qui ad altare expectabat, explicãte corporale. Deinde circa mediū~~ Alleluia, ~~vel Tractus, Sacerdote cum ministris accedente ad altare~~ * Diaconus ad oculos celebrantis vinū infundit in calicē: & Subdiaconus ostēdēs aquã celebranti, parum inclinans, dicit: Benedicite Pater. Celebrans benedicit, dicens, In nomine Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus sancti, Amen. Tũc infundit parum aquę in calicem, & in medio altaris eum collocat, desuper imponens patenã cum hostia, & palla, ac velo desuper cooperit. Diaconus, deinde, benedicto incenso vt supra, accipit librum, & genuflexus petit benedictionem à Sacerdote, dicens, Iube domne benedicere: Sacerdos respondet,

Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis: vt dignè & competenter annuncies sanctum Euangelium suum: in nomine Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus sancti, Amen. Deinde accepta benedictione, osculatur manum Sacerdotis, & cum alijs ministris, incenso, & luminaribus, accedens ad locum Euangelij, stans iũctis manibus, dicit ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Pronuncians Sequentia sancti Euangelij secundũ N. siue Initium. pollice dextræ manus signat librum Euãgelij, deinde frontem, labia, & pectus, subdit secreto: Gloria tibi Dñe, qui natus es de Virgine, cum Patre, & sancto Spiritu, in sempiterna secula, Amen. Et dum ministri respondent Gloria tibi Domine, incensat ter librũ: postea dicit Euangeliũ iunctis manibus: quo finito, Subdiaconus defert librũ Sacerdoti, qui osculatū Euãgelium, dicens, Per Euangelica dicta deleantur nostra delicta. Deinde à diacono Sacerdos incẽsatur. Si vero Sacerdos sine Diacono, & Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu altaris, stans ad medium altaris iunctis manibus inclinatus, dicit, Iube dõne benedicere. & postea, Dñs sit in corde meo, & in labijs meis, vt dignè & cõpetenter annunciem sanctum Euangelium suum: in nomine Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus sancti, Amen. Deinde ad librum cõuersus, iunctis manibus, dicit ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Et pronũcians Initium, siue Sequentia sancti Euangelij, &c. signet ~~se~~, subdit secreto, Qui natus es de Virgine, &c. & legit Euangeliũ, vt dictũ est. Finito Euangelio, respondet minister Laus tibi Christe: & Sacerdos se signãs osculatur Euangeliũ, vt supra. In Missis defunctorũ non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec celebrans se signat, nec osculatur librum. Deinde ad mediũ altaris extendens, & iungens manus, dicit (si dicendũ est) Credo in vnũ Deum: & prosequitur iunctis manibus. Quando autẽ ventũ est ad illud: Et incarnatus est, genuflectit, vsque dum dr Crucifixus etiam pro nobis. In fine ad Et vitam venturi, signat se signo crucis.

Credo in vnum Deum. Patrem oipotentem, Factorem cæli, & terrę, visibiliũ omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dñm Iesum Christum, filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum

* ; ac statim ampu[llas] vini, et calicem d[...] mo porrigit: tu[nc] librum, et le[...] supra, et

tum

tum ante omnia sęcula. Deum de Deo, lumē de lumine, Deū verū de Deo vero. Genitum, non factū, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos hoīes, & propter nostram salutem descēdit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine: & homo factus est. Crucifixus etiā pro nobis, sub Pontio Pilato passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secūdum scripturas. Et ascendit in cælū: sedet ad dexteram Patris. Et iterum vēturus est cū gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius regni nō erit finis. Et in Spiritū sanctum Dñm, & viuificantē: qui ex Patre, Filioq; procedit. Qui cū Patre, & Filio simul adorat, & conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et vnā sanctā catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnū baptisma in remissionē peccatorum. Et expecto resurrectionē mortuorū. Et vitā vēturi sęculi, Amen.

Hic genuflectitur.

: et accepto thuribulo à diacono incensat oblata, modo in rubricis generalibus praescripto, dicens: Incensum istud à te benedictum ascendat ad te Dñe; et descendat super nos misericordia tua.

, dicens: Dirigatur Domine etc. ut supra.

Deinde versus populum, dicit ℣ Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea dicit Oremus. & Offertoriū: quo dicto, si est Missa sollemnis, Diaconus discooperit calicē, tollens velū, & pallā: si priuata, Sacerdos ipse discooperit: quo discooperto, Sacerdos faciens signum crucis super calicem, & hostiam dicit, In nomine Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus sancti, Amen. Deinde accipiens ambabus manibus calicem, & patenam, offerens totam oblationem simul, dicit;

Suscipe sancta Trinitas hāc oblationem, quā tibi offerimus in cōmemoratione passionis, resurrectionis, ascēsionisq; in cælum Dñi nostri Iesu Christi: & honore beatæ, & gloriosæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ: & omniūm Sanctorum, qui tibi placuerūt ab initio mundi: vt illis proficiat ad honorem; nobis autem ad salutem: & omnibus illis pro nobis intercedentibus in cælis, fit in salutem viuorum, & requiem defunctorum. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Deinde calicem ponat super corporale, & hostiam circa pedē calicis, & patenā ad manū dexteram aliquantulū subtus corporale, & sub patena purificatorium ponit, calicēq; pallā cooperit: eleuās oculos, manusq; expandens, & statim ante pectus iungens, parūq; inclinans, dicit Benedictio Dei omnipotētis, benedicit oblata prosequendo Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus sancti descendat super hanc oblationem, & maneat semper, Amen. Postea, si sollemniter celebrat, benedicit incensum vt supra ✠ deinde incensat altare ✠ postea incensatur Sacerdos à Diacono, deinde alij per ordinem. Interim Sacerdos lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocētes man' meas: & circumdabo altare tuum Dñe. Psal. 25. Vt audiam vocē laudis, et enarrem vniuersa mirabilia tua. Dñe dilexi decorē domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cū impijs Deus animam meam, & cū viris sanguinū vitam meam. In quorū manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Ego autē in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te Dñe. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. In Missis pro defunctis, & tempore Passionis in Missis de tem-

tempore, omittitur Gloria Patri. Deinde ad medium altaris, & aliquantulum inclinatus, iunctis manibus, dicit,

IN spiritu humilitatis, & in animo cõtrito suscipiamur à te Domine: & sic fiat sacrificium nostrum, vt à te suscipiatur hodie, & placeat tibi Domine Deus noster, Amen. Postea signat se, & vertit se, ac versus populum dicit,

ORate fratres, vt meum, ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem: Ministri, seu circumstantes respondent,

MEmor sit Dñs omnis sacrificij tui: & holocaustũ tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundũ cor tuum: & omne consilium tuum confirmet. Et si nullus respondet, ipsemet sacerdos dicit,

MEmor sit Dñs omnis sacrificij mei: & holocaustũ meum pingue fiat. Tribuat mihi secũdũ cor meũ: & omne consilium meum confirmet. Deinde manibus iunctis, dicit Domine exaudi orationẽ meam: & clamor meus ad te veniat: & Oremus: & cum dicit Oremus, manus extendat, & sequatẽ Secretas, tali ordine sicut dictæ sunt orationes in principio Missæ præmittendo ante secũdam Secretam (si dicenda sit) Oremus. & cũ dicit Per Dñm nostrũ, iungit manus: & ad conclusionẽ vltimi Per Dominũ nostrum, clara voce dicit Per omnia sęcula sęculorum: & prosequitur Pręfationem, vt in sequentibus. Pręfatio incipit ambabus manib⁹ positis hinc inde super altare: quas aliquantulũ eleuat, cũ dicit Sursum corda. Cum dicit Gratias agamus Domino Deo nostro, iungit manus, & caput inclinat. Deinde disiungit manus, & disiunctas tenet vsque ad finem Præfationis ✠ ~~& iterum iungit, cum dicit Sanctus, &c.~~

✠: qua finita, iungit eas, et inc... dicit, Sanctus. E... dicit, Benedictus, stans, se ipsum sig...

---

SEQVENS PRÆFATIO cum suo cãtu dicitur à Natiuitate vsque ad Epiphaniam, nisi in Missis propria Pręfatio assignetur. Item dr̃ in omnibus Missis votiuis beatę Marię virginis à Natiuitate vsque ad Purificationem: & in ipso festo Purificationis eiusdem. Item in festo Corporis Christi, & per octauam ad Missam de octaua tantum.

Per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursum corda.

℟. Habemus ad Dominũ. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

℟. Dignum & iustum est.



Verè

Verè dignũ & iustũ est, æquum, & salu tare, nos tibi semper & vbique grati as agere, Dñe sancte, Pater omnipotens æterne Deus. Quia per incarnati Verbi mysterium, no- ua mentis nostræ o culis lux tuæ cla ri tatis infulsit. Vt dũ visibili- ter Deũ cognoscimus, per hũc in inui si bilium amorem rapiamur. Et i deo cum angelis, & ar- changelis, cum thronis, & do- minati o ni bus, cumque omni mili ti a cælestis exercitus hym- num glori æ tu æ canimus, sine fi ne di centes.

¶ In prima Missa Natiuitatis tantum, dicitur Infra actionem hoc modo.

COmmunicantes, & noctẽ sacratissimã celebrantes, qua beatæ, &c.

¶ In secunda, & tertia Missa Natiuitatis, ac deinceps vsque ad diem Circũcisionis inclusiue tantum, Infra actionem.

COmmunicantes, & diem sacratissimũ celebrantes, quo beatæ Mariæ intemerata virginitas huic mũdo edidit Saluatorem. Sed & memoriam venerantes in primis eiusdem gloriosæ, semperq; virginis Mariæ genitricis eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi: Sed & beatorum Apostolorum, &c.

---

SEQVENS PRÆFATIO cum suo cantu dicitur in Epiphania Domini, & per octauam ad ~~omnes~~ Missas A nisi habeant Præfationem propriam. Item in die transfigurationis Domini.

Per

A de octaua, et Sanctorum, qui infra ipsam octauam celebrantur,

Per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dñm. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum & iustum est.

Verè dignum, & iustum est, æquum, & salutare, nos tibi semper & vbique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens æterne Deus, Qui a cum Vnigenitus tuus in substanti a nostræ mortalitatis apparuit, in noua nos immortalitatis suæ luce reparauit. Et ideo cum angelis, & archangelis, cum thronis, & dominationibus, cũq; omni militia cælestis exercitus hym-

hymnum gloriæ tuæ canimus

ſine ſi ne dicentes.

¶ In die Epiphaniæ, & per octauam ad Miſſas Infra actionem.

ut supra, X

COmmunicantes, & diem ſacratiſsimum celebrantes, quo Vnigenitus tuus in tua tecum gloria coæternus, in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit. Sed & memoriam venerantes in primis glorioſæ, ſemperque virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti: Sed & beatorum Apoſtolorum, & cetera.

SEQVENS PRÆFATIO cum ſuo cantu dicitur in Dominica Paſſionis, in Dominica Palmarum, in Feria quinta in Cœna Domini; & in feſtis eo tempore occurrẽtibus, niſi propriam Præfationem habuerint. Item in ſollemnitatibus ſanctæ Crucis.

PEr omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Sur ſum corda.

℟. Habemus ad Dominũ. ℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro.

℟. Dignum & iuſtum eſt.

Verè dignũ & iuſtũ eſt, æquũ, & ſaluta re, nos tibi ſemper & vbiq; gratias agere, Dñe ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui ſalutem humani generis in ligno crucis conſtitu i ſti; vt vnde mors





SEQVENS PRÆFATIO cum ſuo cantu dicitur à Vigilia Paſchæ vſque ad Octauam: & in Dominicis, & feſtis duplicibus, ſemiduplicibus, & ſimplicibus occurrentibus à Paſcha vſque ad Aſcenſionem, niſi propriam Præfationem habeant.

In Miſſa Sabbati ſancti dicitur In hac potiſsimum nocte glorioſius. In die vero Paſchæ vſque ad Dominicam in Albis incluſiue dicitur In hoc potiſſimum die glorioſius. In reliquo autem tempore dicitur In hoc potiſsimum glorioſius.



cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda.

℟. Habemus ad Dñm. ℣. Gratias

agamus Domino Deo noſtro.

℟. Dignum, & iuſtum eſt.

Verè dignũ & iuſtũ eſt, æquũ, &

ſaluta re, Te quidẽ Domine om-

ni tempore, ſed in hoc potiſsimũ

die glorioſius prædicare: cũ Paſ-

cha noſtrũ immolatus eſt Chri-

ſtus. Ipſe enim verus eſt agnus,

qui ab ſtulit peccata mundi.

Qui mortem noſtram moriendo

deſtruxit: & vitam reſurgendo

re pa ra uit. Et i de o

cum angelis, & archangelis, cum

thronis, & dominationibus, cũq;

omni mili ti a cæleſtis exercitus

hymnum gloriæ tuæ canimus

ſine fi ne dicentes.

¶ In Sabbato ſancto tantum dicitur infra actionem hoc modo.

Communicantes, & noctem ſacratiſsimam celebrantes Reſurrectionis, &c. cum Hanc igitur, vt infra.

¶ In

¶ In die Paschæ, & deinceps vsq; ad Dominicam in Albis inclusiue ~~ad de Missis~~ dicuntur Infra actiones sequentes.

COmmunicantes, & diē sacratissimum celebrantes Resurrectionis Dñi nři Iesu Christi secundum carnem. Sed & memoriam venerantes in primis gloriosę, semperq; virginis Marię genitricis eiusdē Dei, & Dñi nostri Iesu Christi: Sed & beatorū Apostolorum, ac martyrum tuorum Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Ioannis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum: quorum meritis precibusque concedas; vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eūdem Christum Dominum nostrum. Amen. Sequitur.

HAnc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctę familię tuæ, quā tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua, et Spiritu sancto, tribuēs eis remissionem omnium peccatorū; q̄s Dñe, vt placatus accipias,

SEQVENS PRÆFATIO cū suo cantu dr̄ à die Ascensionis vsque ad Vigiliā Pentecostes inclusiue ~~in festis~~ ~~Missis~~, nisi propriā Pręfationē habeant.

in festis occurrentibus,

PEr omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spiri tu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dñm. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum & iustum est.

Verè dignū, & iustū est, æquū, & salutare, nos tibi semper & vbiq; gratias a ge re, Dñe sancte, Pater omnipotēs, æterne Deus, per Christum Dominum nostrum. Qui








¶ In die, & per octauã Ascensionis tantum, ~~ad ... Missa~~ Infra actionem.

Communicantes, & diẽ sacratissimum celebrãtes, quo Dñs noster Vnigenitus filius tuus vnitam sibi fragilitatis nostræ substantiam in gloriæ tuæ dextera collocauit. Sed & memoriam venerantes in primis gloriosæ, semperq; virginis Mariæ genitricis eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi : Sed & beatorum Apostolorum, &cæt.

SEQVENS PRÆFATIO cum suo cantu dr̃ à Festo Pentecostes, vsque ad sequen~~s~~ Sabbatum inclusiue.



aga-

agamus Domino Deo noftro.

℟. Dignum & iuftum eft.

Verè dignum, & iuftum eft,

æquum, & fa lu tare, nos tibi fem-

per & v bi que gra ti as agere,

Do mi ne fanƈte, Pater omni-

potens, æterne Deus, per Chri-

ftum Dominum noftrum. Qui

afcendens fuper omnes cælos,

fedenfque ad dex te ram tu am,

promiffum Spi ri tum fanƈtum

ho di er na di e in fi lios

ado pti o nis effudit. Quapro-

pter profu fis gau di js totus

in orbe terrarum mundus exul-

tat. Sed & fupernæ vir tu tes,

atque an ge li cæ po te fta tes

hymnum glo ri æ tuæ concinunt

fi ne fi ne dicentes.

¶ In Vigilia Pentecoftes tantum, dicitur Infra aƈtionem hoc modo.

COmmunicantes, & diem facratifsimum Pentecoftes præuenientes, & cet. cum Hanc igitur: vt infra.

¶ In

¶ In die Pentecostes, & deinceps vsque ad Sabbatum sequentem inclusiue ad omnes Missas, infra actionem.

COmmunicantes, & diem sacratissimum Pentecostes celebrantes, quo Spiritus sanctus Apostolis, innumeris linguis apparuit. Sed & memoriam venerantes in primis gloriosæ, semperq; virginis Mariæ genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi: sed & beatorum Apostolorum, ac martyrũ tuorum Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Ioannis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omniũ Sanctorũ tuorum, quorũ meritis, precibusq; concedas; vt in oĩbus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eũdem Christum Dñm nostrum, Amen. Sequitur.

HAnc igitur oblationem seruitutis nostrę, sed & cunctæ familię tuæ, quã tibi offerimus, pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua, et Spiritu sancto, tribuẽs eis remissionem omnium peccatorũ, q̃s Dñe, vt placatus accipias,

SEQVENS PRÆFATIO cum suo cantu dicitur in festo sanctissimæ Trinitatis, ac per octauam, ad Missas de octaua tantum.

PEr omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursum corda.

℟. Habemus ad Dñm. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

℟. Dignum & iustum est.

Verè dignũ, & iustũ est, æquũ, & salutare, nos tibi semper & vbiq; gratias agere, Dñe sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cũ Vnigenito filio tuo, & Spiritu sancto

sancto vnus es Deus, vnus es Do-

minus. Nō in vnius singularitate

personæ, sed in vnius Trinitate

substātiæ. Quod enim de tua glo-

ria reuelan te te credimus, hoc

de Filio tuo, hoc de Spiritu san-

cto sine differentia discre ti o nis

sentimus. Vt in confessione veræ,

sempiternæque Dei tatis, & in

personis proprietas, & in essen-

ti a vnitas, & in Maiestate ado-

retur æqualitas. Quā laudant an-

geli, atque archangeli, cherubim

quoque, ac seraphim, qui non ces-

sant clamare quotidie vna vo-

ce di cen tes.

SEQVENS PRÆFATIO cum suo cantu dicitur in festis beatæ Virginis, & per octauas, ad Missas de octauis tantum: sed in festo Purificationis dicitur Præfatio de Natiuitate. Item dicitur in Missis votiuis eiusdem beatæ Mariæ: exceptis Missis votiuis, quæ dicuntur à Natiuitate vsque ad Purificationem, in quibus etiam dicitur Præfatio de Natiuitate.

In Missis votiuis dicitur: Et te in veneratione. In festis autem dicitur: Et te in Annunciatione, vel Visitatione, vel Assumptione, vel Natiuitate, vel Præsentatione, vel Conceptione, secundum denominationem festi. In commemo-

memoratione follemni eiufdem, dicitur: Et te in Commemoratione: & in festo eiufdem beatæ Mariæ ad Niues dicitur: Et te in Feftiuitate.

Per omnia fæcula feculorum. ℟. Amen. ℣. Dñs vobifcum. ℟. Et cũ fpiritu tuo. ℣. Surfum corda. ℟. Habemus ad Dominũ. ℣. Gratias agamus Domino Deo noftro. ℟. Dignum & iuftum eft.

Verè dignum, & iuftum eft, æquum, & falutare, nos tibi femper & vbique gratias agere, Domine fancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Et te in veneratione beatæ Mariæ femper Virginis, exultantibus animis, laudare, benedicere, & prædicare. Quæ & Vnigenitum tuũ, fancti Spiritus obumbratione concepit, & virginitatis gloria permanente, huic mundo lumen

lumen æternum effudit, Iesum

Christum Dominum nostrum.

Per quē maiestatē tuam laudant

angeli, adorant dominationes,

tremunt potestates. Cæli, cælo-

rumq; virtutes, ac bea ta Seraphim

so ei a exultati o ne concele-

brāt. Cū quibus & nostras voces

vt admitti iubeas, deprecamur,

sup plici confessi o ne dicentes.

SEQVENS PRÆFATIO cum suo cantu dicitur in festis Apostolorum, & Euangelistarum, & per octauas eorū ad Missas de octauis tantum.

P Er omnia sæ-

cula sæculorum.

℟. Amen. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et

cū spiritu tuo. ℣. Sursum corda.

℟. Habemus ad Dn̄m. ℣ Gratias

agamus Domino De o nostro.

℟. Dignum & iustum est.

Verè dignum, & iustum est,

æquum, & salutare, Te Domi-

ne

ne ſuppliciter exorare, vt Gregem tuum Paſtor æterne non deſeras, ſed per beatos Apoſtolos tuos continua protecti o ne cuſtodias. Vt ijſdẽ rectoribus gubernetur, quos operis tu i vicarios ei dem contuliſti præ eſ ſe Paſtores. Et i deo cum angelis, & archangelis, cum thronis, & domina ti o nibus, cumq; omni militi a cæleſtis exercitus hymnum gloriæ tuæ canimus ſine fi ne di cen tes.

SEQVENS PRÆFATIO cum ſuo cantu dicitur extra tempus Paſchale in omnibus feſtis duplicibus, & per octauas eorum: & in omnibus Dominicis,& feſtis Semiduplicibus, & Simplicibus, vbi propria non habetur.

Per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpi ritu tu o. ℣. Sur ſum corda. ℟. Habe mus ad Do minum. ℣. Grati as agámus

a ga mus Domino Deo noſtro.

℟. Dignum & iuſtum eſt.

V erè dignum, & iuſtum eſt,

æquum, & ſalu tare, nos tibi ſem-

per & vbique gra tias agere,

Domine ſancte, Pater om ni-

potens, æterne Deus, per Chri-

ſtum Dominum noſtrum. Per

quem maieſtatem tuam laudant

angeli, adorant domi na tiones,

tremunt poteſtates. Cæli, cælo-

rumq; virtutes, ac bea ta Seraphim

ſo cia exulta ti o ne concele-

brãt. Cũ quibus & noſtras voces

vt admitti iubeas, deprecamur,

ſup plici confeſsio ne dicentes.

SEQVENS PRÆFATIO cum ſuo cantu dicitur in Miſsis votiuis de Natiuitate, de ſanctiſsimo Sacramento, & de nomine Ieſu.



P Er omnia ſæ-

cula ſæculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et

cum

cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda.

℟. Habemus ad Dominũ. ℣. Gratias

agamus Domino Deo noſtro.

℟. Dignum & iuſtum eſt.

Verè dignũ & iuſtũ eſt, æquũ, &

ſalutare, nos tibi ſemper & vbiq;

gratias a gere, Dñe ſanƈte, Pater

omnipotens, æterne Deus. Quia

per incarnati Verbi myſterium,

noua mentis noſtræ oculis, lux

tu æ cla ri ta tis infulſit. Vt

dum vi ſi bi li ter Deum co-

gnoſcimus, per hunc in inui-

ſi bi lium amorem rapiamur.

Et de o cum angelis, & ar-

changelis, cum thronis, & do-

mina ti o nibus, cumque omni

mili ti a cæleſtis exercitus hym-

num glo ri æ tu æ canimus ſine

ſi ne di centes.

SE-

SEQVENS PRÆFATIO cũ ſuo cantu dr̃ in Miſsis de ieiunio tantũ incipiẽdo à feria iv. Ciner. vſq; ad Sabbatũ ante Dñicam Paſsionis incluſiue.

Er omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad Dñm. ℣. Gratias agamus Dño Deo noſtro. ℟. Dignũ & iuſtũ eſt. Verè dignũ & iuſtũ eſt, æquum, & ſalutare, nos tibi ſẽper & vbiq; gratias agere, Dñe ſanɛte, Pater omnipotẽs, æterne Deus, Qui corporali ieiunio vitia cõprimis, mentẽ eleuas, virtutẽ largiris & p̃mia, per Chriſtũ Dñm nr̃m. Per quẽ maieſtatẽ tuã laudãt angeli, adorant dominationes, tremũt poteſtates. Cæli, cælorũque virtutes, ac beata Seraphim ſocia exultatione cõcelebrãt. Cũ quib⁹ & nr̃as voces vt admitti iubeas, deprecamur, ſupplici cõfeſsione dicentes.

SEQVENS PRÆFATIO cum ſuo cantu dicitur Ferialibus diebus à Dominica Paſsionis, vſque ad feriam quintam in Cœna Domini excluſiue: & in Miſsis votiuis de ſancta Cruce, de Plagis, & de Pœnis Domini.

PEr omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda.

℟. Habemus ad Dominũ. ℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro.

℟. Dignum & iuſtum eſt.

Verè dignũ & iuſtũ eſt, æquum, & ſa lu tare, nos tibi ſemper & vbique gratias agere, Dñe ſancte, Pater omnipotens æterne Deus. Qui ſalutẽ humani generis in ligno crucis conſtituiſti: vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. Et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretũ, p Chriſtũ Dñm noſtrũ. Per quẽ maieſtatẽ tuã laudãt angeli, adorãt dominationes, tremũt poteſtates.

tes. Cæli, cælorũq; virtutes, ac beata

Seraphim ſocia exulta tione concele-

brãt. Cũ quibus & noſtras voces

vt admitti iubeas, deprecamur,

ſupplici confeſsione dicentes.

SEQVENS PRÆFATIO cum ſuo cantu dicitur in diebus Ferialibus ab octaua Paſchæ vſque ad Aſcenſionem Domini, & in Feſtis ſimplicißimis eo tempore occurrẽtibus, ~~[illegible]~~



PEr omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ

ſpiritu tuo. ℣. Surſũ corda. ℟. Habemus ad Dñm. ℣. Grãs agamus

Dño Deo nro. ℟. Dignũ & iuſtũ eſt.

Verè dignũ & iuſtũ eſt, æquũ, & ſalutare, Te quidẽ Dñe omni tẽpore, ſed in hoc potiſsimũ glorioſius prędicare, cũ Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chrs. Ipſe enim verus eſt agnus, q abſtulit peccata mũdi. Qui mortẽ noſtrã moriendo deſtruxit,

& vitã refurgẽdo reparauit. Et ideo

cũ angelis, & archangelis, cũ thro-

nis, & dominationibus, cũq; omni

militia cæleftis exercitus hymnum

glorię tuę canimus, fine fine dicẽtes.

---

SEQVENS PRÆFATIO cum hoc cantu dicitur in Mifsis votiuis de Spiritu sancto.

PEr omnia fæ-

cula fęculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobifcũ. ℟. Et cũ

fpiritu tuo. ℣. Sursũ corda. ℟. Ha-

bemus ad Dñm. ℣. Grãs agamus

Dño Deo nro. ℟. Dignũ & iuftũ eft.

Verè dignũ & iuftũ eft, æquũ, &

falutare, nos tibi sẽper & vbiq; grãs

agere, Dñe fancte, Pr oĩpotens, æter-

ne Deus, p Chrm Dñm nrm. Qui

afcẽdens fuper oẽs cælos, fedẽfq; ad

dexterã tuã, promifsũ Spiritũ fanctũ

in filios adoptionis effudit. Qua-

propter profufis gaudijs, totus in orbe

terra-

terrarum mundus exultat. Sed & superne virtutes, atq; angelicæ potestates hymnũ gloriæ tuæ concinunt sine fine dicentes.

SEQVENS PRÆFATIO cum suo cantu dicitur in Missis votiuis de sanctissima Trinitate.

Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominũ. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum, & iustum est.

Verè dignũ, & iustũ est, æquũ, & salutare, nos tibi semper, & vbiq; gratias agere, Dñe sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cũ Vnigenito Filio tuo, & Spiritu sancto vnus es Deus, vnus es Dominus. Non in vnius singularitate personæ, sed in vnius Tri-

Trini ta te ſubſtantiæ. Quod

enim de tua gloria reuelante te

credimus, hoc de Filio tuo, hoc

de Spiri tu ſancto ſi ne differen-

ti a diſcretionis ſentimus. Vt in

confeſsione veræ, ſempiternæque

De i tatis, & in perſonis proprie-

tas, & in eſſentia vnitas, & in Ma-

ieſtate adoretur æqualitas. Quã

laudant angeli, atque archangeli,

cherubim quoque, ac ſeraphim,

qui non ceſſant clamare quoti-

di e, vna voce dicentes, ✳

SEQVENS PRÆFATIO cum ſuo cantu dicitur in feſtis Simpliciſsimis, diebus Ferialibus, ac in Miſsis votiuis, vbi propria non habetur ~~extra tempus Paſchale~~ +

extra tempus Paschale, et in omnibus ... defunctorum.

Per omnia ſæcula ſæcu-



lorum. ℟. Amen. ℣. Dominus

vobiſcum. ℟. Et cum ſpi ri tu

tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habe-

mus ad Dominum. ℣. Gratias

agamus Domino Deo noſtro. ℟. Di-

℟. Dignum & iuſtum eſt.



V erè dignum, & iuſtum eſt,

æquum, & ſalutare, nos tibi ſem-

per & vbique gratias agere, Do-

mine ſanĉte, Pater omnipotens,

æterne Deus, per Chriſtum Do-

minum noſtrum. Per quē maie-

ſtatem tuam laudant angeli: a-

dorant domina tiones: tremunt

poteſtates. Cæli, cælorumque vir-

tutes, ac beata Seraphim ſocia

exultatione concelebrant, cum

quibus & noſtras voces vt ad-

mitti iubeas, deprecamur, ſuppli-

ci confeſsi o ne dicentes.

SAnĉtus, Sanĉtus, Sanĉtus Dominus Deus ſabaoth.

Pleni ſunt cæli, & terra gloria tua. Hoſanna in excelſis.

Benediĉtus, qui venit in nomine Domini. Hoſanna in excelſis.

# PRAEFATIONES SINE NOTIS.

## PRÆFATIO de Natiuitate.

Per omnia sęcula sęculorum. ℣. Dñs vobiscum. ℣. Sursum corda. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

Verè dignũ,& iustũ est,æquũ,& salutare,nos tibi semper,& vbiq; gr̃as agere, Dñe sancte,Pater oĩpotẽs,æterne Deus: Quia per incarnati Verbi mysteriũ,noua mẽtis nr̃æ oculis lux tuæ claritatis infulsit. Vt dũ visibiliter Deũ cognoscim⁹, per hunc in inuisibiliũ amorẽ rapiamur. Et ideo cũ angelis, & archãgelis,cũ thronis, & dominationibus,cũq; omni militia cęlestis exercitus hymnũ glorię tuę canimus sine fine dicentes. Sanctus, &c.

¶ In prima Missa Nat. Infra actionem.

Communicãtes,& noctẽ sacratissimã celebrãtes,qua beatę, vt infra.

¶ In secũda, & tertia Missa, ac deinceps vsque ad Circumcis. inclusiue, Infra act.

Communicantes,& diem sacratissimũ celebrantes,quo beatæ Marię intemerata virginitas huic mũdo edidit Saluatorem. Sed & memoriam venerantes in primis eiusdem gloriosæ, semperq; virginis Marię, genitricis eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi: Sed & beatorum Apostolorum, & cetera.

## DE EPIPHANIA.

Per omnia. ℣. Dominus vobiscum. ℣. Sursum corda. ℣. Gr̃as agamus.

Verè dignũ,& iustũ est,æquũ,& salutare, nos tibi semper,& vbiq; gr̃as agere, Dñe sancte, Pater oĩpotẽs,æterne Deus: Quia cũ Vnigenitus tuus in substantia nr̃æ mortalitatis apparuit, in noua nos immortalitatis suæ luce reparauit. Et ideo cũ angelis, & archangelis, cũ thronis, & dñationibus, cũque omni militia cęlestis exercitus hymnũ gloriæ tuę canimus sine fine dicentes. Sanctus, &c.

¶ In die, & per octauam Epiphanię, ad omnes Missas, Infra actionem.

Communicantes, & diẽ sacratissimum celebrãtes, quo Vnigenitus tuus in tua tecũ gloria coæternus, in veritate carnis nr̃ę visibiliter corporalis apparuit. Sed & memoriã venerãtes in primis gloriosę, semperq; virginis Marię, genitricis eiusdẽ Dei & Dñi nr̃i Iesu Christi: Sed & beatorum Apostolorum, &c.

## IN FERIIS QVADRAGESIMĘ, vsque ad Sabb. Passionis.

Per omnia. ℣. Dominus vobiscũ. ℣. Sursum corda. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

Verè dignũ,& iustũ est,ęquũ, & salutare,nos tibi semper & vbiq; gr̃as agere, Dñe sancte, Pater oĩpotẽs æterne Deus: Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentẽ eleuas, virtutẽ largiris & pręmia, per Christũ Dñm nr̃m. Per quẽ maiestatẽ tuã laudãt angeli, adorãt dominationes,tremunt potestates. Cęli, cęlorũque virtutes,ac beata Seraphim socia exultatione cõcelebrãt. Cũ quibus & nr̃as voces,vt admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes. Sanctus, &c.

TEM-

TEMPORE PASSIONIS, & de sancta Cruce.

PEr omnia. ℣. Dominus vobiscum. ℣. Sursum corda. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

Verè dignũ,& iustum est,æquũ,& salutare, nos tibi semper & vbique gratias agere,Dñe sancte,Pater omnipotẽs,æterne Deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis cõstituisti; vt vnde mors oriebatur,inde vita resurgeret. Et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur, per Christum Dominũ nostrum. Per quem maiestatem tuam laudãt angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Cæli, cælorumque virtutes, ac beata Seraphim,socia exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces vt admitti iubeas, deprecamur, supplici confesione dicentes. Sanctus, &c.

PRÆFATIO PASCHALIS.

In Sabb. sancto dr̄ In hac potissimum nocte gloriosius. In die Paschæ, & per octauam diciturIn hoc potissimum die gloriosius. In reliquo autem tempore dicitur In hoc potissimum gloriosius.

PEr omnia. ℣. Dominus vobiscum. ℣. Sursum corda. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

Verè dignũ,& iustũ est,æquum,& salutare, Te quidem Dñe omni tempore, sed in hoc potissimũ die gloriosius prædicare:cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est agnus, qui abstulit peccata mũdi. Qui mortem nostrã moriendo destruxit: & vitam resurgẽdo reparauit. Et ideo cum angelis, & archangelis,cum thronis,& dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus hymnum gloriæ tuæ canimus sine fine dicentes. Sanctus, &c.

In Sabbato sancto, Infra actionem.

COmmunicantes, & noctem sacratissimam celebrantes Resurrectionis, &c. cum Hanc igitur, vt infra.

In die Paschæ, & per octauam, ~~ad omnes Missas,~~ Infra actionem.

COmmunicantes,& diem sacratissimum celebrantes Resurrectionis Dñi nostri Iesu Christi secundũ carnem. Sed & memoriam venerantes in primis gloriosæ, semperq; virginis Mariæ genitricis eiusdem Dei & Dñi nostri Iesu Christi: Sed & beatorũ Apostolorum,ac martyrũ tuorum Petri,et Pauli, Andreæ,Iacobi,Ioannis,Thomæ,Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis,& Thaddęi,Lini,Cleti,Clementis,Xysti,Cornelij,Cypriani,Laurentij, Chrysogoni, Ioannis,& Pauli, Cosmæ, & Damiani, & omnium Sanctorũ tuorum:quorum meritis precibusq; concedas;vt in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio. Per eumdem Christum Dominum nostrum.Amen. Sequitur.

HAnc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua,et Spiritu sancto,tribuens eis remissionem omniũ peccatorum; quæsumus Domine, vt placatus accipias, &c.

PRÆFATIO de Ascensione.

PEr omnia. ℣. Dominus vobiscum. ℣. Sursum corda. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

Verè

Verè dignũ,& iuſtũ eſt, æquũ,& ſalutare,nos tibi ſemper,& vbiq; grãs agere, Dñe ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per Chriſtum Dñm noſtrũ. Qui poſt reſurrectionẽ ſuam oĩbus diſcipulis ſuis manifeſtus apparuit,& ipſis cernentibus eſt eleuatus in cęlũ: vt nos diuinitatis ſuę tribueret eſſe participes. Et ideo cũ angelis,& archangelis,cũ thronis,& dominationibus, cũque omni militia cæleſtis exercitus hymnum gloriæ tuæ canimus ſine fine dicentes. Sanctus, &c.

¶ In die, & per octauam Aſcenſionis, ad omnes Miſſas. Infra actionem.

Communicãtes,& diẽ ſacratiſsimũ celebrantes,quo Dñs nr̃ Vnigenitus filius tuus vnitam ſibi fragilitatis nr̃ę ſubſtantiã in gloriæ tuę dextera collocauit. Sed & memoriã venerãtes in primis glorioſę,ſemperq; virginis Marię genitricis eiuſdẽ Dei, & Dñi noſtri Ieſu Chriſti:Sed & beatorum Apoſtolorum, &c.

---

DE SPIRITV SANCTO

In Miſsis votiuis non dr̃ hodierna die.

Per omnia. ℣. Dominus vobiſcum. ℣. Surſum corda. ℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro.

Verè dignũ,& iuſtũ eſt,æquũ,& ſalutare,nos tibi ſemper,& vbiq; grãs agere, Dñe ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per Chriſtum Dñm noſtrum. Qui aſcẽdens ſuper omnes cęlos,ſedẽſq; ad dexterã tuam,promiſſum Spiritũ ſanctum(hodierna die)in filios adoptionis effudit.Quapropter profuſis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed & ſupernæ virtutes,atque angelicæ poteſtates hymnum gloriæ tuæ concinunt ſine fine dicentes. Sanctus, &c.

¶ In Vigilia Pentecoſt. Infra actionem.

Communicantes, & diem ſacratiſsimum Pentecoſtes præuenientes, &c. cum Hanc igitur: vt infra.

¶ In die Pentecoſtes, & per octauam, ad omnes Miſſas. Infra actionem.

Communicantes,& diem ſacratiſsimũ Pentecoſtes celebrantes,quo Spiritus ſãctus Apoſtolis,innumeris linguis apparuit.Sed & memoriã venerantes in primis glorioſæ, ſemperq; virginis Mariæ genitricis Dei & Dñi noſtri Ieſu Chriſti:ſed & beatorum Apoſtolorum, ac martyrũ tuorum Petri,& Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomęi, Matthæi, Simonis,& Thaddęi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chryſogoni, Ioannis,& Pauli, Coſmæ, & Damiani,& omniũ Sanctorum tuorum:quorũ meritis, precibuſq; cõcedas; vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eũdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Sequitur.

Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtrę, ſed & cunctę familię tuæ, quam tibi offerimus, pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua, & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſsionem omnium peccatorum, quæſumus Domine, vt placatus accipias, &c.

---

DE TRINITATE.

Per omnia. ℣. Dominus vobiſcum. ℣. Surſum corda. ℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro.

Verè dignum, & iuſtum eſt, æquum, & ſalutare, nos tibi ſemper, & vbique gratias agere, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Qui cum

Vni-

Vnigenito filio tuo, & Spiritu sancto vnus es Deus, vnus es Dominus. Non in vnius singularitate personæ, sed in vnius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus. Vt in confessione veræ, sempiternæque Deitatis, & in personis proprietas, & in essentia vnitas, & in Maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant angeli, atque archangeli, cherubim quoque, ac seraphim: qui non cessant clamare quotidie vna voce dicentes. Sanctus, &c.

## DE BEATA VIRGINE.

Vbi dicitur Veneratione, mutetur nomen secũdum denominationem Festi, vt in Missis de proprio signatur.

PEr omnia. ℣. Dominus vobiscum. ℣. Sursum corda. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

Verè dignum, & iustum est, æquum, & salutare, nos tibi semper & vbiq; gratias agere, Dñe sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Et te in veneratione beatæ Mariæ semper virginis exultantibus animis laudare, benedicere, & prædicare. Quæ & Vnigenitum tuum, sancti Spiritus obumbratione concepit, & virginitatis gloria permanẽte, huic mundo lumen æternum effudit, Iesum Christum Dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Cæli, cælorumque virtutes, ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces, vt admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes. Sanctus, &c.

## DE APOSTOLIS.

PEr omnia. ℣. Dominus vobiscum. ℣. Sursum corda. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

Verè dignum, & iustum est, æquum, & salutare, Te Dñe suppliciter exorare, vt gregem tuũ Pastor æterne non deseras, sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Vt iisdẽ rectorib⁹ gubernetur, quos operis tui vicarios eidẽ cõtulisti præesse Pastores. Et ideo cũ angelis, & archangelis, cũ thronis, & dominationibus, cumq; omni militia cælestis exercitus hymnum gloriæ tuæ canimus sine fine dicentes. Sanctus, &c.

## PRÆFATIO Communis.

PEr omnia sęcula sęculorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dñm. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum, & iustum est.

Verè dignum, & iustũ est, æquum, & salutare, nos tibi semper & vbiq; gratias agere, Dñe sancte, Pater omnipotẽs, æterne Deus, per Christum Dñm nostrum. Per quem maiestatem tuam laudãt angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Cæli, cælorumque virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces, vt admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes.

SAnctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus sabaoth. Pleni sunt cæli, & terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

INRI

# SACERDOS

Suſpiciens extenſis manibus, & ſtatim iunctis, ac inclinatus profunde dicit,

TE igitur clementiſsime Pater, per Ieſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus; Nunc ſe erigat: vti accepta habeas, & benedicas, Signet ter ſuper oblata: hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ ſancta ſacrificia illibata.

Extenſis manibus proſequitur.

In primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta catholica: quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum: vnà cum famulo tuo Papa noſtro N. & Antiſtite noſtro N. & omnibus orthodoxis, atque catholicæ, & apoſtolicæ fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

MEmento Domine famulorũ, famularumq; tuarum N. & N. Iungit manus, orat aliquãtulum mente, pro quibus intendit: deinde extensis manib⁹ prosequitur, & omnium circũstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificiũ laudis: pro se, suisq; omnibus: pro redẽptione animarum suarum: pro spe salutis & incolumitatis suæ: tibiq, reddunt vota sua æterno Deo viuo & vero.

COmmunicãtes, & memoriam venerãtes in primis gloriosæ, sẽperq; virginis Mariæ, genitricis Dei & Dñi nostri Iesu Christi: Sed & beatorũ Apostolorũ, ac Martyrum tuorũ Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Ioannis, & Pauli, Cosmæ, & Damiani, & omniũ Sanctorum tuorum: quorũ meritis, precibusq; cõcedas; vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eũdem Christum Dominum nostrum, Amen.

Iunctis manibus inclinet.

HAncigitur oblationẽ seruitutis nostrę, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus Domine; Vt placatus accipias: diesq; nostros in tua pace disponas: atque ab æterna dãnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

QVã oblationẽ, tu Deus; in omnibus, quæsumus, signat ter sup oblata, bene ✠ dictã, ascri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilẽ, acceptabilẽq; facere digneris: vt nobis, Signat semel super hostiã, cor ✠ pus, semel super calicem, & san ✠ guis, Suspiciat extẽsis brachijs, & statim iunctis, fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi, tergit pollicem, & indicem vtriusque manus super corporale.

QVi pridie quàm pateretur, Accipit hostiam eisdem digitis, accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas: eleuat iterũ oculos ad celum, & eleuatis oculis in cælũ ad te Deum Patrem suũ omnipotẽtem; tibi gratias agens,

Signat

Signat super hostiam **bene ✠ dixit,** Hostiam superius cum pollice, & indice dexteræ leuiter premit, **fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, & manducate ex hoc omnes:** Tenẽs ambabus manibus hostiam ad latera super lapidẽ, consecrat distincte, secrete, & attente, dicens.

---

# Hoc est enim corpus meum.

---

Tunc hostiam à parte inferiori digitis apprehensam, genuflexus adorat: surgit: & intentis in eam oculis, alte & decenter eleuat ad populũ: reponit: iterũ adorat: & non disiungit pollices, & indices, nisi quando hostia est tractanda, vsque ad ablutionẽ illorum. Postea detecto calice dicit,

**SImili modo postquam cœnatum est,** Ambabus manibus accipit calicẽ; ita vt pollicibus, & indicibus superpositis ✱ ~~[illegible]~~.

**accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas** x **ac venerabiles manus suas:** Calicem reponit item **tibi gratias agens,** Signat super calicem, **bene ✠ dixit, deditque discipulis suis, dicens:** Et tenet calicem sine motione illius x dextra nodũ, & sinistra pedem eiusdem. **Accipite, & bibite ex eo omnes.** Consecrat vinum, dicens.

---

# Hic est enim calix sãguinis mei, noui & æterni testamẽti: mysteriũ fidei: qui pro vobis x & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

---

Et statim relicto calice, genuflexus ipsum adorat, & ad populum eleuat, vt dictũ est de hostia, dicens: **Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.** Calicem deponit x cooperit, & iterum adorat. Deinde extensis brachijs in modum crucis dicit,

**VNde & memores, Domine, nos serui tui, sed & plebs tua sancta, eiusdẽ Christi filij tui Domini nostri, tam**

beatæ

, x

x,

x, pollices et indices super ipsum excutit,

✱ ipsum aliquantulum eleuet

beatæ pafsionis, necnon & ab inferis refurrectionis, fed & in cælos gloriofæ afcenfionis: offerimus præclaræ maieftati tuæ de tuis donis ac datis, Signat ter fuper hoftiam, & calicem fimul, Hoftiam ✠ puram: Hoftiam ✠ fanctã: Hoftiã ✠ immaculatam, Signat femel fuper hoftiam, Panem ✠ fanctũ vitæ æternæ, Semel fuper calicem, & calicem ✠ falutis perpetuæ. Eleuans ad cęlum oculos, & ftatim demittens, ftanfque de more manibus eleuatis profequitur.

SVpra quæ propitio ac fereno vultu refpicere digneris: & accepta habere, ficuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iufti Abel, & facrificium patriarchæ noftri Abrahæ: & quod tibi obtulit fummus facerdos tuus Melchifedech, fanctũ facrificium, immaculatam hoftiam.

Profunde inclinatus brachijs cancellatis, dicit,

SVpplices te rogamus, omnipotens Deus: iube hæc perferri per manus fancti Angeli tui in fublime altare tuum in confpectu diuinę maieftatis tuæ: vt quotquot Ofculetur altare, ex hac altaris participatione, facrofanctum Filij tui, Signat femel fuper hoftiã, corpus, ✠ Semel fuper calicẽ, & fan ✠ guinem fumpferimus, Seipfum fignat. omni bene ✠ dictione cælefti, & gratia repleamur. Per eũdem Chriftũ Dominum noftrum, Amen.

Cõmemoratio pro defunctis.

MEmento etiam, Domine, famulorum famularumq; tuarumq; qui nos prçceffe runt cum figno fidei, & dormiũt in fomno pacis N & N. Iunctis manibus orat aliquantulum, pro quibus defunctis intendit. Deinde eleuatis manibus de more profequitur,

Ipfis Domine, & omnibus in Chrifto quiefcẽtibus, locum refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eundem Chriftum Dominũ noftrum, Amen.

Percutiens pectus, & eleuans parum vocem, dicit.

NObis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miferationũ tuarum fperantibus, partem aliquam & focietatem donare digneris, cum tuis fanctis apoftolis, & martyribus: cum Ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino,

no, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia: & omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum.

PEr quem hæc omnia Domine semper bona creas, Signat ter super hostiam, & calicem simul, dicens, sancti ✠ ficas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis, & præstas nobis.

Discooperit calicem: genuflectit: accipit hostiam: & sinistra apposita ad pedem calicis, dextra signat super ipsum cũ hostia: Primò large vltra oras, dicens, Per ip ✠ sum Secũdò ab oris ad oras, & cũ ip ✠ so, Tertiò intra calicẽ, & in ip ✠ so, Quartò vltra totum calicem, est tibi Deo Patri ✠ omnipotenti, Quintò citra totum ab ora ad pedem, in vnitate Spiritus ✠ sancti, eleuãs parũ calicem cum hostia, dicit, omnis honor, & gloria. Reponit hostiam, cooperit calicem, genu flectit, surgit, & positis manibus super altare, dicit.

Er omnia sæcula sæculorũ. ℟. Amen. Oremus. Præceptis salutarib⁹ moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere.

Leuat manus, vt supra.

PAter noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat volũtas tua, sicut in cælo, & in terra: Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et

ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. *In festis simplicib. Ferijs, & Missis votiuis.*

Per omnia sæcula sæculorũ. ℟. Amen. Oremus. Præceptis salutarib⁹ moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere.

*Leuat manus, vt supra.*

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat volũtas tua, sicut in cælo, & in terra; Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

*Sacerdos submissa voce dicit* Amen. *Deinde accipit patenam inter indicem, & medium digitum, & dicit,*

Libera nos, quæsumus Domine, ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris: & intercedente beata, & gloriosa, semperq; virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo, atque Andrea, & omnibus Sanctis, *Sacerdos patenam osculetur dicendo:* da propitius pacem in diebus nostris: *Cum patena sinistrũ oculum tangat,* vt ope misericordiæ tuæ adiuti, *tangat dextrum,* & à peccato simus semper liberi: *Hic signet se cum patena: & ea posita*

posita prope corporale, dicit: & ab omni perturbatione securi. Hic discooperit calicem, genuflectit, surgit, accipit hostiam, & dicit, Per eũdem Dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum. Deinde frangens eam per medium super calicem, (à quo nullo modo remouenda est, vsque ad illius sumptionẽ,) dicit: Qui tecum viuit, & regnat. Partem, quam dextera tenet, superponat in transuersum parti sinistræ, cum fractura superius, & eam denuo frangat, dicens: in vnitate Spiritus sancti Deus. Particulam, dextra, duas alias sinistra super calicẽ tenens, dicit:

PEr omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Hic cum particula hostiæ, quam tenet in dextera, facit intra calicem tres cruces, dicendo:

PAx ✠ Domini sit ✠ semper vo ✠ biscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo.

Particulam paruam, quam in dextera tenet, demittit in calicem, dicens:

HÆc sacrosancta cõmistio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, fiat mihi & omnibus sumentibus, salus mentis & corporis: & ad vitam æternam promerendam, atque capescendã præparatio salutaris. Per eumdem Christum Dominum nostrum, Amen.

Et dum prædicta recitat, partes hostiæ decẽter componat ad rotunditatem, & facilem sumptionem. Deinde parum inclinans, & ad singulos versus percutiens pectus dicit:

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In Missis Defunctorum, non percutit pectus, sed dicit:

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem sempiternam.

Stans erectus, & dextrã manum, simili digitorum dispositione sinistræ appropinquans, licet cum illius digitis hostiam nõ tangat, deuote & secreto dicit sequentes

Orationes. Et prima Oratio in Missis defunctorũ non dicitur.

DOmine Iesu Christe, qui dixisti Discipulis tuis: pacem relinquo vobis, pacẽ meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ: eamque secundum voluntatem tuam pacificare & coadunare digneris. Qui viuis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Si pax danda est, ~~(quod fit tantum in Missis celebratis cũ diacono, & subdiacono)~~ cum dicitur in superiori Oratione secundum voluntatem, osculatur pallam, deinde labium calicis, prosequendo Orationem. Qua finita, dat pacem diacono, siue ad osculum propinquanti, siue imaginem porrigenti, dicendo:

HAbete vinculum pacis & charitatis: vt apti sitis sacrosanctis mysterijs Domini nostri Iesu Christi.

Si pax non datur, non osculatur pallam, nec labiũ calicis, nec dicitur Oratio Habete vinculum: sed finita Oratione prædicta, Domine Iesu Christe, qui dixisti, immediate sequitur.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, qui ex voluntate Patris, cooperãte Spiritu sancto, per mortẽ tuam mundum viuificasti; libera me per hoc sacrosanctum corpus, & sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis, & vniuersis malis: & fac me tuis semper obedire mãdatis: & à te nũquam separari permittas. Qui cum eodem Deo Patre, & Spũ sancto viuis & regnas Deus, in sæcula sæculorum, Amen.

PErceptio corporis tui Domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proueniat in iudiciũ, & condẽnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamẽtum mentis, & corporis: & ad medelã percipiendam. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Genuflectens, sed non vsque ad terram, dicit secreto:

SAlue Salus mundi, Verbum Patris, hostia sacra, viua caro, Deitas integra, verus homo.

Et eadem genuflexione, ter humili voce repetens, & toties dextera pectus suum modeste percutiens, deuote prosequitur:

DOmine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea. Postea erigit se: & manu dextra accipit ambas partes hostiæ: & faciens cum ea paruam ante se crucem, dicit:

Corpus

CORpus Domini nostri Iesu ✠ Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen. Sumit ambas partes hostiæ, iungit manus, & quiescit aliquantulum. Deinde genuflectit, & se erigens, dicit:

QVid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Accipit calicem, & eo se signans, dicit:

SAnguis Dñi nostri Iesu ✠ Christi custodiat animam meã in vitam æternam, Amen. Sumit totũ sanguinem cũ particula. Quo sumpto, antequã se purificet, communicandos, si qui sunt, communicet. Postea dicit:

QVod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus: & de munere tẽporali fiat nobis remedium sempiternũ in vitam æternam, Amen. Deinde abluit digitos, & extergit: & sumpta ablutione, prosequitur:

COrpus tuũ Domine quod sumpsi, & sanguis quem potaui, adhæreat visceribus meis: & præsta; vt in me non remaneat scelerum macula: quem pura & sancta refecerunt sacramenta. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorũ, Amen. Extergẽs calicẽ, & plicans corporale, ac calicem de more componens, dicit:

TIbi laus, tibi gloria, tibi gratiarũ actio, ò beata, & benedicta, & gloriosa Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Deinde prosequitur Missam, & post vltimã Orationem, dicto Dñs vobiscum, & ℟. Et cum spiritu tuo, dicit Ite Missa est. Vel (si Missa requirit) Benedicamus Dño. ℟. Deo grãs. In Missis vero defunctorũ, Requiescant in pace. ℟. Amen.

---

TEMPORE PASCHALI, hoc est, à Missa Sabbati sancti, vsque ad Trinitatem exclusiue, dicitur Ite Missa est, cum duplici Alleluia: vt infra.

In Duplicibus tam maioribus, quam minoribus.

I Te, Missa est, alleluia, alle luia.

In Dominicis infra octauas, festis semiduplicibus, & simplicibus.

I Te, Missa est, alle luia, alle luia.

porrigit calicem ministro infundenti parum quo se purificat, et



In

In festis simplicissimis, & ferijs.

In tribus diebus Rogationum: & in Missis votiuis, in quibus non dicitur Gloria in excelsis.

EXTRA TEMPVS Paschale.

In Duplicibus tam maioribus, quàm minoribus.

In festis beatę Mariæ, infra octauas eorumdem, & in Missis votiuis eiusdem.




In Dominicis, festis semiduplicibus, & infra octauas.




In festis simplicibus.




In festis simplicissimis: & in Missis votiuis, in quibus dicitur Gloria in excelsis.

In Dominicis Aduentus, & Quadragesimæ.

In ferijs, & Missis votiuis.




In Missis Defunctorum.




Dicto Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, vel Requiescant in pace, inclinat se ante medium Altaris, & dicit:

Placeat

PLaceat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis meæ: & præſta; vt hoc ſacrificium, quod oculis tuæ maieſtatis indignus obtuli, ſit tibi acceptabile: mihique, & omnibus, pro quibus illud obtuli, ſit te miſerante propitiabile, in vitam æternam, Amen.

Et oſculatur altare. Deinde (ſi Miſſa non ſit pro defunctis) benedicit populum, dicens:

BEnedictio Dei omnipotentis, Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. ℟. Amen. Deinde genibus flexis dicitur Antiphonam:

SAlue Regina, Mater miſericordiæ.
Vita, dulcedo, & ſpes noſtra, ſalue.
Ad te clamamus exules filij Heuæ.
Ad te ſuſpiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle.
Eia ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte.
Et Ieſum, benedictum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exilium oſtende.
O clemens, O pia, O dulcis virgo Maria. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei Genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Oremus. Oratio.

PRotege Domine famulos tuos ſubſidijs pacis: & beatæ Mariæ ſemper virginis patrocinijs confidentes, à cunctis hoſtib⁹ redde ſecuros. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Tempore Paſchali, loco Salue Regina, dicitur ſtando Antiphona.

REgina cæli lætare, alleluia.
Quia quē meruiſti portare, allel.
Reſurrexit, ſicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.
℣. Gaude & lætare virgo Maria.
℟. Quia ſurrexit Dominus vere, allel.
Oremus. Oratio.

DEus, qui per reſurrectionem Filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti familiam tuā lætificare dignatus es; præſta quæſumus; vt per eius genitricem virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

¶ Deinde in cornu Euangelij, dicto Dominus vobiſcum, & Initium, vel Sequentia ſancti Euangelij, ſignans ſe, vt ſupra in Euangelio Miſſæ, legit Euangelium ſecundum Ioannem, In principio erat verbum: vel aliud Euangelium, vt dictum eſt in Rubricis generalibus. Finito Euangelio, reſpondetur à miniſtro, Laus tibi Chriſte. Sacerdos ſecreto dicit: Per Euangelica dicta deleantur noſtra delicta. Poſtea diſcedens, dicit ſecreto, Te Deum laudamus. Et in fine addat ℣. Sit nomen Domini benedictum: & Orationes Protector in te ſperantium: & Actiones noſtras. ac A ſubitanea, & improuiſa morte: vt ſupra in principio Miſſalis, in Gratiarum actione.

¶ Si Miſſa ſit defunctorum, non datur benedictio, nec dicitur Salue Regina: vel Regina cæli: ſed dicto, Placeat tibi ſancta Trinitas, immediate dicit Euangelium ſancti Ioannis, In principio, & cetera, vt ſupra.

simplicissimis, Ferijs, Vigilijs, ac in Missis votiuis; exceptis octauis, & festis infra octauas celebratis. Excipitur etiam totum tempus Paschale de quocũque sit Missa. Similiter excipiuntur Vigiliç Natiuitatis, & Epiphaniæ, & Feriç Quadragesimæ, in quibus dicitur supradictus Psal. Deus venerunt Gentes: & excepta maiore Hebdomada, in qua nullus istorum Psalm. dicitur, ac Missis defunctorum. Sed solum dicendus est in Missis conuentualibus: diciturque post eleuationem calicis ab vtroque choro genuflexo alternatim. Psalmus 121.

LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem.

Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascẽderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & ꝓximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæsiui bona tibi.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleis. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℣. Domine saluum fac regem. ℞. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. ℣. Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ. ℞. Et rege eos, & extolle illos vsque in æternum. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℞. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

ECclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate.

HOstium nostrorum visibilium & inuisibiliũ, quæsumus Domine, elide superbiam: & eorum cõtumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, et iusta sunt opera; da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione trãquilla. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

¶ Ad aspersionem aquæ benedictæ, Antiphona, **Vidi aquam.**

Statio ad sanctam Mariam Maiorem, Introitus.

Psal. 138.

RESurrexi, et adhuc tecũ sum, alleluia. Posuisti super me manum tuam, alleluia. Mirabilis facta est scientia tua, alleluia, allel. Psalm. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Resurrexi. ℣. Gloria Patri. Resurrexi. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

DEus, qui hodierna die per Vnigenitum tuũ, æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti; vota nostra, quæ præueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eumdem Dominum nostrum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1.c.5.

FRatres: Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis, & veritatis.

Psal. 117. Grad. Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

℣. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Alleluia, allel. ℣. Pascha nostrum immolatus est Christus. Prosa. 1.Co 1.5

VIctimę Paschali laudes immolent Christiani.

Agnus redemit oues: Christus innocens Patri reconciliauit peccatores.

Mors, & vita duello conflixere mirando: dux vitæ mortuus regnat viuus.

Dic nobis Maria, quid vidisti in via?

Sepulchrum Christi viuentis, & gloriam vidi resurgentis,

Angelicos testes, sudarium, & vestes.

Surrexit Christus spes mea: præcedet vos in Galilæam.

Scimus Christum surrexisse à mortuis verè: tu nobis victor Rex miserere, Amen. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

IN illo tempore: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbatorum, veniunt ad monumentũ, orto iam sole. Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum, Cap. 16.

zarenum, crucifixũ: surrexit, non est hic, ecce locus, vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedit vos in Galilęam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Credo. Offertorium.
Psal. 75. Terra tremuit & quieuit, cũ exurgeret in iudicio Deus, alleluia. Secreta.

SVscipe, q̃s Dñe, preces populi tui cũ oblationib⁹ hostiarũ: vt Paschalibus initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelam, te operãte, proficiant. Per Do. Pręfatio, Te quidem Domine, & Communicantes, & Hanc igitur.

1. Corin. 5. Commun. Pascha nostrum immolatus est Christus, alleluia. Itaque epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis, alleluia, alleluia, alleluia. Postcommunio.

SPiritum nobis Dñe tuæ charitatis infunde: vt quos sacramẽtis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum. In vnit. eiusdem Spir.

Post Dñs vobiscũ, dicitur Ite Missa est, alleluia, allel. ℟. Deo gratias, allel. allel.
Sic dicitur per totum tempus Paschale.

## FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

Exo. 13. INtroduxit vos Dominus in terram fluentem lac & mel, alleluia: & vt lex Domini semper sit in ore vestro, alleluia, alleluia.

Psal. 117. Psal. Confitemini Dño quoniã bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Introduxit. ℣. Gloria Patri. Introduxit. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

DEus, qui sollemnitate Paschali mundo remedia contulisti; populum tuum, quæsumus, cælesti dono prosequere: vt & perfectam libertatem consequi mereatur, & ad vitam proficiat sempiternam. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Aperiens Petrus os suum, dixit: Vos scitis, quod factũ est verbũ per vniuersam Iudæã: incipiens enim à Galilæa post baptismum, quod prædicauit Ioannes, Iesum à Nazareth: quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute, qui pertrãsijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cũ illo. Et nos testes sumus omniũ, quæ fecit in regione Iudęorum, & Ierusalem, quem occiderunt suspẽdentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestũ fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo: nobis, qui manducauimus, & bibimus cũ illo, postquã resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prędicare populo, & testificari quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorũ, & mortuorum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibẽt remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Cap. 10.

Grad. Hæc est dies, quã fecit Dñs: exultemus, & lætemur in ea. ℣. Dicat nunc Israel quoniã bonus: quoniã in sæculum misericordia eius. Allel. allel. ℣. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in via? Psal. 117. Luc. 24.

Prosa. Victimæ Paschali. vt supra. 218.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus. Cap. 24.

Rubr.

Ab hac die usque ad Dominicam in albis inclusive nullum festum, quamvis duplex maius celebretur; sed post dictam Dominicā transferatur. De simplicissimis autem post hoc triduum occurrentibus, fiat tantum cōmemoratio.

Et maus. & ipsi loquebātur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant. Et factum est, dum fabularētur, & secū quærerent: & ipse Iesus appropinquans ibat cū illis: oculi autē illorū tenebantur, ne eū agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicē ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & nō cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo: & quomodo eum tradiderūt summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redēpturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quędam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerūt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quę locuti sunt Prophetæ! Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriā suam? Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quò ibant: & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscū, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis. Et factū est, dum recūberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorū, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicē: Nonne cor nostrū ardens erat in nobis, dū loqueretū in via, & aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerūt congregatos vndecim, & eos, qui cū illis erant, dicentes: Quòd surrexit Dn̄s verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant, quę gesta erāt in via: et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Credo.

Offert. Angelus Domini descendit de cælo: & dixit mulieribus: Quem quæritis, surrexit sicut dixit, alleluia. Matt. 28. Secreta.

SVscipe, q̄s Dn̄e, preces populi tui cū oblationibus hostiarum: vt Paschalibus initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelam, te operāte, proficiant. Per.

Communio. Surrexit Dominus, & apparuit Petro, alleluia. Luc. 24. Postcommunio.

SPiritum nobis Dn̄e tuę charitatis infunde: vt quos sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate cōcordes. Per Dominum. In vnit. eiusdem Spir.

---

## FERIA TERTIA.

Statio ad sanctum Paulum. Intr.

AQua sapiētię potauit eos, alleluia: firmabitur in illis, & non flectetur, alleluia: & exaltabit eos in æternum, alleluia, allel. Eccl. 15.

Psal. Confitemini Dn̄o quoniā bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Psal. 117.
℣. Gloria. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam nouo semper fœtu multiplicas: concede

de famulis tuis; vt sacramentũ viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 13. IN diebus illis, Surgens Paulus, & manu silentiũ indicens, ait: Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timẽt Deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabãt Ierusalem, & principes eius Iesum ignorantes, & voces prophetarũ, quæ per omne sabbatum legũtur, iudicãtes impleuerũt, & nullam causam mortis inueniẽtes in eo petierũt à Pilato, vt interficerent eum. Cumque consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponẽtes eũ de ligno, posuerunt in monumento. Deus vero suscitauit eũ à mortuis tertia die: qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo de Galilęa in Ierusalem: qui vsque nũc sunt testes eius ad plebẽ. Et nos vobis annunciamus eã, quæ ad patres nostros repromissio facta est: quoniã hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Iesum.

Psal. 117. Graduale. Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

Psal. 106. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus cõgregauit eos. Alleluia,

Rom. 6. alleluia. ℣. Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur. Prosa. Victimæ Paschali. vt supra. 218.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 24. IN illo tempore, Stetit Iesus in medio discipulorũ suorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati vero, & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. Adhuc autẽ illis non credentibus, & mirãtibus prę gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauũ mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, qm̃ necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, et Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas, & dixit eis: Quoniã sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die: et pręEdicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo.

Offert. Intonuit de cęlo Dñs, & Altissimus dedit vocem suam. Et apparuerunt fontes aquarum, alleluia. Psal. 17.

Secreta.

SVscipe Domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Comm. Si consurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt quærite, alleluia: vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, alleluia. Col. 3.

Postcomm.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt Paschalis perceptio sacramenti, continua in nostris mentibus perseueret. Per Dominum.

FE-

FERIA QVARTA.

Statio ad S. Laurentiũ extra muros. Intr.

Matt. 25.
Enite benedicti Patris mei, percipite regnum, alleluia: quod vobis paratũ est ab origine mũdi, alleluia, alleluia, alleluia.

Psal. 117. Psal. Confitemini Dño, qm̃ bonus: qm̃ in sæculum misericordia eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus, qui nos resurrectionis Dominicæ annua sollẽnitate lætificas; concede propitius; vt per temporalia festa, quæ agimus, peruenire ad gaudia æterna mereamur. Per eumdem Dñm.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 3.
In diebus illis, Petrus respondit ad populum: Viri Israelitæ, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrũ nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri: Deus autem, qui prænũciauit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic impleuit. Pœnitemini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Graduale.

Psal. 117. Hæc est dies, quã fecit Dñs: exultemus, & lætemur in ea. ℣. Dextera Dñi fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me.

Matt. 28. Allel. allel. ℣. Surrexit Dñs: & occurrens mulieribus, ait: Auete. Tunc accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Prosa. Victimæ Paschali. vt sup. 218.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tẽpore, Manifestauit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autẽ sic: Erãt simul Simon Petrus, & Thomas, qui dr̃ Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simõ Petrus: Vado piscari. Dicũt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderũt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autẽ facto stetit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Dixit ergo eis Iesus: Pueri numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dñs est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt: (non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete.

Dicit

Dicit eis Iesus: Venite, prãdẽte. Et nemo audebat discũbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes, quia Dominus est. Et venit Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis cũ resurrexisset à mortuis. Credo.

Psal. 77. Offert. Portas cæli aperuit Dominus. Et pluit illis manna, vt ederent, & panem cæli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo, alleluia. Secreta.

SAcrificia Domine, quę Paschalibus gaudijs immolamus, nobis tuæ propitiationis munus obtineãt: quibus Ecclesia tua mirabiliter & pascitur, & nutritur. Per Dominum. Communio.

Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, alleluia: mors illi vltra non dominabitur, alleluia, alleluia. Postcomm.

AB omni nos, quæsumus Domine, vetustate purgatos, sacramenti tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturam. ~~Per Dominum~~ Qui viuis, et regnas cum Deo Pre etc.

## FERIA QVINTA.

Statio ad SS. duodecim Apostolos. Intr.

Sap. 10. VIctricem manũ tuam Domine laudauerũt pariter, alleluia: quia sapiẽtia aperuit os mutum, et linguas infantium fecit disertas, alleluia, alleluia. Psal. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculũ misericordia eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Psal. 117.

DEus, qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti; da, vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, & pietas actionum. Per Dominum nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 8. IN diebus illis, Angelus Dñi locutus est ad Philippũ, dicens: Surge, & vade cõtra meridianum ad viam, quæ descendit ab Ierusalem in Gazam: hæc est deserta. Et surgẽs abijt. Et ecce vir Æthiops, eunuchus, potens Candacis Reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas eius: venerat adorare in Ierusalem: & reuertebatur sedens super currũ suum, legensq; Isaiam prophetam. Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currũ istum. Accurrens autẽ Philippus, audiuit eum legentem Isaiam prophetam, & dixit: Putasne intelligis quæ legis? Qui ait: Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitq; Philippũ, vt ascenderet, & sederet secum. Locus autem Scripturæ, quam legebat, erat hic: Tamquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatũ est. Generationem eius quis enarrabit, quoniã tolletur de terra vita eius? Respõdens autem eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? Aperiens autẽ Philippus os suũ, & incipiens à Scriptura ista, euangelizauit illi Iesum. Et dum irent per viã, venerunt ad quandã aquã: & ait Eunuchus: Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo, Filium Dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquam, Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eum. Cum autem ascẽdissent de aqua, Spiritus Dñi rapuit Philippum,

lippum, & amplius non vidit eũ Eunuchus. Ibat autẽ per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in Azoto, & pertransiens euãgelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

Psal. 117. Grad. Hæc est dies, quã fecit Dñs: exultemus, & lætemur in ea. ℣. Lapidẽ, quẽ reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.

Matt. 28. Allel. allel. ℣ Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidẽ, & sedebat super eum. Prosa. Victimæ Paschali. vt in die Paschæ. 218.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 20.

IN illo tẽpore, Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum: & vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnũ ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum. Hęc cũ dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantẽ: & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quẽ quæris? Illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei: Dñe, si tu sustulisti eũ, dicito mihi vbi posuisti eũ: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Cõuersa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister.) Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondũ enim ascendi ad Patrem meum: vade autẽ ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meũ, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis: Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. Credo. Offertoriũ.

Exo. 13. In die sollemnitatis vestræ, dicit Dominus, inducam vos in terram fluentem lac & mel, alleluia. Secreta.

SVscipe, quęsumus Dñe, munera populorũ tuorum propitius: vt in confessione tui nominis, & baptismate renouati sempiternã beatitudinẽ consequantur. ~~Qui viuis & regnas~~ Communio.

1. Pet. 2. Populus acquisitionis, annũciate virtutes eius, alleluia: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumẽ suũ, allel. Postcõ.

EXaudi Dñe preces nñras: vt redemptionis nñę sacrosancta cõmercia, et vitæ nobis cõferant præsentis auxilium, & gaudia sempiterna cõcilient. Per Do.

---

## FERIA SEXTA.

Statio ad S. Mariam rotundam. Introit.

Ps. 77. Duxit eos Dominus in spe, alleluia: & inimicos eorũ operuit mare, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

OMnipotẽs sempiterne Deus, qui Paschale sacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contulisti; da mẽtibus nostris; vt quod professione celebramus, imitemur effectu. Per Do.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

CHarissimi: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offer-

ret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autē spiritu. In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cū fabricaretur arca: in qua pauci, idest octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonę interrogatio in Deum per resurrectionē Iesu Christi, qui est in dextera Dei.

Psal. 117. Grad. Hæc est dies, quā fecit Dominus: exultemus, & lętemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nomine Dñi: Deus Dominus, & illuxit nobis. Alleluia, alleluia.

Mat. 14. ℣. In die resurrectionis meę, dicit Dominus, præcedam vos in Galilæam. Prosa. Victimę Paschali. vt in die Paschæ. 218.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

Cap. 28.

IN illo tempore, Vndecim discipuli abierūt in Galilæā in montē, vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerūt: quidā autē dubitauerūt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi oīs potestas in cælo, & in terra. Eūtes ergo docete omnes gentes: baptizātes eos in nomine Patris, & Filij, & Spūs sancti: docentes eos seruare oīa quęcūq; mandaui vobis: & ecce ego vobiscū sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi. Credo.

Offert. Erit vobis hęc dies memorabilis, alleluia: & diem festū celebrabitis solemnem Dño in progenies vestras, legitimū sempiternum diem, allel. allel. Secreta.

HOstias quæsumus Dñe placatus assume: quas & pro renatorū expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cęlestis auxilij. Per Dominum.

Communio. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, allel. euntes, docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, alleluia, alleluia. Matt. 28.

Postcommunio.

REspice quæsumus Dñe populum tuum: & quem æternis dignatus es renouare mysterijs, à tēporalibus culpis dignanter absolue. Per Dominum.

---

SABBATO IN ALBIS,

Statio ad sanctum Ioannem in Laterano. Introitus.

EDuxit Dominus populū suum in exultatione, alleluia, & electos suos in lætitia, allel. allel. Psalm. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter Gentes opera eius. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 104.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt qui festa Paschalia venerando egimus, per hęc cōtingere ad gaudia æterna mereamur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Petri Apostoli.

CHarissimi: Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & hono- 1. Ca. 2.

norificatum: & ipsi tamquam lapides viui superædificamini, domus spiritualis, sacerdotiũ sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum: et qui crediderit in eum, nõ confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scandali his, qui offendũt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autẽ genus electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annũcietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

¶ Ab hac die vsque ad oct. Pentecostes, tam in officio de Tẽpore, quàm de Sanctis, non dr Grad. sed eius loco dicuntur duo versus cũ quattuor **Alleluia**: nisi in propriis locis aliud signetur. Alio tẽpore vsque ad Septuag. quando dr Grad. dicitur t̃tũ **Allel.** post Grad. Cum autem dicitur Prosa, **Alleluia**, quod dicendum esset post versum, dicitur post Prosam.

Psal. 117. Alleluia. ℣. Hęc est dies, quã fecit Dñs: exultemus, & lætemur in ea. Allel. alleluia. ℣. Laudate pueri Dñm: laudate nõmen Dñi. Prosa Victimæ. vt sup. 218. Psal. 112.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 20. IN illo tempore, Vna sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus pręcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit posita linteamina, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit: nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Credo.

Offertorium. Benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis, alleluia, alleluia. Psal. 117. Secreta.

COncede quęsumus Domine, semper nos per hęc sacra mysteria Paschalia gratulari: vt continua nostræ reparationis operatio, perpetuæ nobis fiat causa lætitiæ. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Communio.

Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, allel. Postcomm. Gal. 3.

REdemptionis nostræ munere vegetati, quęsumus Domine, vt per hoc perpetuę salutis auxilium; fides semper vera proficiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

DO-

## DOMINICA IN ALBIS, In octaua Paschæ.

Statio ad sanctum Pācratium. Introitus.

1. Petr. 2. QVasi modo geniti infantes, alleluia, rationabiles, sine dolo lac concupiscite, alleluia, alleluia, alleluia.

Ps. 80 Psalm. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. ℣. Gloria Patri. Gloria in excel. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus; vt qui Paschalia festa peregimus, hæc te largiente, moribus & vita teneamus. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolę B. Ioannis Apostoli.

1. cap. 5. CHarissimi: Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundū: & hæc est victoria, quę vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit quoniā Iesus est filius Dei? hic est, qui venit per aquā & sanguinem, Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt, qui testimoniū dāt in cęlo: Pater, Verbū, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Et tres sunt, qui testimoniū dāt in terra: Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres vnū sunt. Si testimoniū hominū accipimus, testimonium Dei maius est: quoniā hoc est testimoniū Dei, quod maius est, quoniam testificatus est de Filio suo. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se.

Psal. 117. Allel. ℣. Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lętemur in ea. Alleluia, alleluia.

Ioan. 20. ℣. Post dies octo, ianuis clausis, stetit Iesus in medio discipulorū suorum, & dixit: Pax vobis. Prosa. Victimæ. vt supra. 218.



Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Cū sero esset die illo, vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctū: quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, nō erat cum eis quādo venit Iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixurā clauorum, & mittā digitum meum in locū clauorū, & mittā manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis: Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredul⁹, sed fidelis. Respōdit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderūt. Multa quidem, et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorū, quæ non sunt scri- Cap. 20.

pta in libro hoc. Hæc autẽ ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus Fili⁹ Dei: & vt credẽtes, vitam habeatis in nomine

Matt. 28. eius. Credo. Offertorium. Angelus Dñi deſcẽdit de cælo, & dixit mulierib⁹: Quẽ q̃ritis, ſurrexit, ſicut dixit, allel. Secr.

SVſcipe munera quæſumus Domine, exultantis Eccleſiæ: & cui cauſam tanti gaudij præſtitiſti, perpetuæ fructum concede lætitiæ. Per Dominũ. Præfatio. Te quidẽ, & Communicãtes, & Hãc igit, vt in die Paſchæ. Commun.

Ioan. 20. Mitte manum tuam, & cognoſce loca clauorum, alleluia: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis, alleluia, allel. Poſtcomm.

QVæſumus Domine Deus noſter; vt ſacroſancta myſteria, quæ pro reparationis noſtræ munimine contuliſti, & præſens nobis remedium eſſe facias, & futurum. Per Dominum.

¶ Quando per Hebdomadã reſumitur hæc Miſſa, non dicitur Proſa, nec Communicãtes, nec Credo, nec Hãc igitur: & in Præfatione omittitur illud verbum die: & dicuntur orationes de beata Virg. & contra perſecutores Eccleſiæ.

¶ Poſt octauam Paſchæ, & ante Aſcenſionem, fiat ſecũdum Ternarium. Miſſæ vt ſignãtur in Miſſis Defunctorum.

A FERIA SECVNDA

Poſt octa. Paſchæ, vſque ad Aſcenſionem, poſt orationẽ diei dicuntur orationes Concede nos, & Eccleſiæ tuæ, vel Deus omnium, ſi non eſt feſtum dupl. vel niſi aliter in ꝓprijs locis ſignetur: vt in ſingulis Dominicis ſignantur. Si autẽ occurrerit aliqua cõme. dicatur in ſecundo loco, & pro tertia dr̃ de beata Virgin. Cõcede: quæ terminatur ſic Per Dñm. & ſic terminãtur Secreta, & Poſtcomm.

¶ In hac Hebdomada vſque ad Dñicã ſequentẽ. dicuntur ſequentes orationes.

De beata Virgine. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Marię ſemper virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Contra perſecutores Eccleſiæ, Oratio.

ECcleſiæ tuæ quæſumus Domine preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per Dñm.

De beata Virgine, Secreta.



Tua Domine propitiatione, & beatę Mariæ ſemper virginis interceſſione, ad perpetuam atq; præſentem hæc oblatio nobis proficiat proſperitatem, & pacem.

Contra perſecutores Eccleſiæ, Secreta.

PRotege nos Domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, et mente. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate, &c.

De beata Virgine, Poſtcommun.

Sumptis Domine ſalutis noſtræ ſubſidijs, da quæſumus, beatæ Marię ſemper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maieſtati.

Contra perſecutores Eccleſię, Poſtcom.

QVæſumus Domine Deus noſter, vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecũ viuit & regnat.

DO-

DOMINICA SECVNDA post Pascha. Introitus.

Psal. 32
Isericordia Domini plena est terra, alleluia. Verbo Domini cæli firmati sũt, alleluia, alleluia. Psalm. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui in filij tui humilitate iacentẽ mundũ erexisti; fidelibus tuis perpetuã cõcede lætitiã: vt quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sẽpiternis perfrui. Per eũdem Do.

De beata Virgine. Oratio.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Dñe Deus, perpetuæ mẽtis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Pro Papa. Orõ.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quẽ pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest proficere: vt ad vitã vnà cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Petri Apostoli.

1. cap. 2. CHarissimi: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exẽplum, vt sequamini vestigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarum. Alleluia. ℣. Ego sum pastor bonus, qui pasco oues meas. Alleluia, alleluia. ℣. Angelus Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum, alleluia. Ioan. 10. Matt. 28.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 10. IN illo tempore, Dixit Iesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues: mercenarius autẽ fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, et cognoscũt me meę. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrẽ: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Credo.

Offertorium. Deus Deus meus ad te Psal. 62. de luce vigilo: & in nomine tuo leuabo manus meas, alleluia. Secreta.

BEnedictionem nobis Domine conferat salutarem sacra semper oblatio: vt quod agit mysterio, virtute perficiat. Per Dominum nostrum.

De beata Virgine, Secreta.

TVa Dñe propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atq; præsentẽ hæc oblatio nobis ꝓficiat pro-

speritatem, & pacem, Pro Papa, Secreta.

OBlatis quęsumus Dn̄e placare muneribus: & famulū tuum N. quē pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per Dn̄m. Præfatio. Te quidem Dn̄e. Commun.

Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, alleluia: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, alleluia, alleluia. Postcommunio.

PRæsta nobis q̄s omnipotēs De⁹; vt viuificationis tuæ gratiā consequentes, in tuo sēper munere gloriemur. Per.

De beata Virgine, Postcommunio

SVmptis Domine salutis nostræ subsidijs, da q̄sumus, beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maiestati.

Pro Papa, Postcommunio.

HÆc nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N quem pastorem Ecclesiæ tuæ esse voluisti, vnà cum commisso sibi grege saluet semper & muniat. Per Dominum nostrum.

---

## DOMINICA TERTIA post Pascha. Introitus.

Ps. 65. IVbilate Deo omnis terra, alleluia: psalmum dicite nomini eius, alleluia, date gloriam laudi eius, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Dicite Deo: Quàm terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ mentiētur tibi inimici tui. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus qui errantibus, vt in viam possint redire iustitiæ, veritatis tuæ lumen ostēdis; da cunctis qui Christiana professione cēsentur, & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini: & ea, quæ sunt apta sectari. Per Dominū nostrum Iesum. Aliæ Orationes, vt post Dominicam in Albis. 228.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

CHarissimi, Obsecro vos tamquā aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animā, conuersationē vestrā inter Gētes habētes bonā: vt in eo, quod detrectant de vobis tāquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerātes, glorificēt Deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi quasi præcellenti: siue ducibus tamquam ab eo missis ad vindictā malefactorum, laudē vero bonorū: quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominū ignorantiam: quasi liberi, & nō quasi velamen habētes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deū timete: Regē honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia. Alleluia. ℣. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Alleluia, allel. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, et sedebat super eum. Alleluia.

1. cap. 2. — Ioan. 16. — Mat. 28.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Modicum, & iam nō videbitis me: & iterum modicū, & videbitis

Cap. 16.

tis me: quia vado ad Patrē. Dixerunt ergo ex discipulis ei⁹ ad inuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicū, & nō videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicum? nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus, quia volebāt eū interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudiū: quia natus est homo in mūdum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrū nemo tollet à vobis. Credo. Offertorium.

Psal. 145. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: psallā Deo meo, quamdiu fuero, alleluia. Secreta.

HIs nobis Dn̄e mysterijs cōferatur, quoꝺ terrena desideria mitigantes, discamus amare cælestia. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Secr. vt post Dominicam in Albis.

Præfatio. Te quidem Dn̄e. Communio.

Ioan. 16. Modicū, & non videbitis me, alleluia, & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem, alleluia, alleluia. Postc.

SAcramenta quæ sumpsimus, quæsumus Domine, & spiritualibus nos instaurent alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per Dominum.

Aliæ Postcom. vt post Dn̄icā in Albis.

## DOMINICA QVARTA post Pascha. Introitus.

CAntate Domino canticū nouū, alleluia: quia mirabilia fecit Dominus, alleluia, in cōspectu gētiū reuelauit iustitiā suam, alleluia, allel. Psal. Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Ps. 97.

DEus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis; da populis tuis, id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per Do. Aliæ orōnes, vt in Dn̄ica secunda post Pascha. 229.

Lectio Epistolæ B. Iacobi Apostoli.

CHarissimi: Omne datum optimum, & omne donū perfectū desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiā Dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Alleluia. Cap. 1.

℣. Vado ad eum, qui misit me. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Allel. allel. ℣. Angelus Domini descēdit de cælo, & accedēs reuoluit lapidē, & sedebat super eū. Allel. Ioan. 16. Matt. 28.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 16.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum, qui misit me; & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus nõ veniet ad vos: si autem abiero, mittã eũ ad vos. Et cũ venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem: quia nõ crediderunt in me: De iustitia vero: quia ad Patrẽ vado, & iã non videbitis me: De iudicio autẽ: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cũ autẽ venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. nõ enim loquetur à semetipso: sed quęcumq; audiet loquetur, & quæ ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Credo. Offertorium.

Psal. 65. Iubilate Deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius. Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quãta fecit Dominus animæ meæ, alleluia. Secreta.

DEus, qui nos per huius sacrificij venerãda commercia, vnius summæque diuinitatis participes esse fecisti; præsta quæsumus; vt sicut tuam cognouimus veritatẽ, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dominum. Alię Secretæ, vt in Dominica secunda post Pascha. Præfatio. Te quidẽ Dñe. Communio.

Cùm venerit Paraclitus Spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, alleluia, allel. Postc. Ioan. 16.

ADesto nobis Domine Deus noster: vt per hæc quæ fideliter sumpsimus, & purgemur à vitijs, & à periculis omnibus eruamur. Per Dominum. Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica secunda post Pascha.

---

## DOMINICA QVINTA post Pascha. Introitus.

Is. 48. VOcem iucunditatis annunciate, & audiatur, alleluia: annunciate vsque ad extremum terrę: Liberauit Dominus populũ suum, alleluia, alleluia. Psal. Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Ps. 65.

DEus, à quo bona cuncta procedunt; largire supplicibus tuis; vt cogitemus, te inspirante, quæ recta sunt: & te gubernante, eadem faciamus. Per Dominum. Aliæ orationes vt post Dominicam in Albis. 228.

Lectio Epistolæ B. Iacobi Apostoli.

Cap. 1. CHarissimi: Estote factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo: considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrẽnans

nans linguam suam, sed seducẽs cor suũ, huius vana est religio. Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se
Ioan. 16. custodire ab hoc sæculo. Alleluia. ℣. Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis. Alleluia,
Matt. 28. alleluia. ℣. Angelus Domini descendit de cęlo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 16.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Vsque modo non petistis quidquã in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hęc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de Patre annunciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis: Ipse enim Pater amat vos: quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterũ relinquo mundum, & vado ad Patrẽ. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nũc palã loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget: in hoc credimus, quia à Deo existi. Credo. Offertorium.

Ps. 65. Benedicite Gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius. Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos: Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me, alleluia. Secreta.

SVscipe Domine fidelium preces cũ oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per Dñm nostrum.

Aliæ Secretæ, vt post Dñicam in Albis.

Præfatio. Te quidẽ Dñe. Communio.

Cantate Dño, allel. Cãtate Dño, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius, alleluia, allel. Ps. 95 Postc.

TRibue nobis Dñe cælestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt; & desiderata percipere. Per Dominum.

Aliæ Postcomm. vt post Dñicã in Albis.

---

¶ In Litanijs minoribus, scilicet tribus diebus ante Ascensionem, de festo simplicissimo occurrenti fit tantum commemor. De festo autem nouem lect. fit officium cum commemorat. Feriæ.

## FERIA SECVNDA Rogationum.

Statio ad S. Mariam maiorẽ. Introitus.

Exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, alleluia: & clamor meus in conspectu eius, introiuit in aures eiꝰ, allel. allel. Ps. 17.

Ps. Diligam te Dñe fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. ℣. Gloria Patri. In hac Missa non dicitur Gloria in excelsis. neque Credo. Oratio.

PRæsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia

nia tua semper protectione muniamur. Per Dominum. Aliæ Orationes, vt post Dominicam in Albis. 228.

Lectio Epistolæ B. Iacobi Apostoli.

Cap. 5. Harissimi: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicē, vt saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt nō plueret super terram, & nō pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit: & cælū dedit pluuiam, & terra dedit fructū suum. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & cōuerterit quis eū: scire debet quoniā qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animā eius à morte, & operiet multitudinem peccatorū. Allel.

Psal. 117. ℣. Confitemini Domino quoniam bonus quoniā in sæculū misericordia eius.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 11.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illū media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponā ante illū, & ille deintus respondēs dicat: Noli mihi molestus esse, iā ostium clausum est, & pueri mecū sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, etsi nō dabit illi surgēs eo quòd amicus eius sit, propter improbitatē tamē eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis, pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panē, numquid lapidem dabit illi? Aut piscē: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quāto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petētibus se? Offertorium.

Confitebor Dño nimis in ore meo: & in Psal. 108. medio multorum laudabo eum: Quia astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à psequētibus animā meā, allel. Secr.

HÆc munera quæsumus Domine, & vincula nostræ prauitatis absoluant, & tuæ nobis misericordiæ dona concilient. Per Dominū nostrum. Aliæ Secretæ, vt post Dñicam in Albis. Præfatio. Te quidē Dñe. Communio.

Petite, & dabitur vobis: quærite, & inue- Luc. 11. nietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur, allel. Postc.

VOta nr̄a q̄s Dñe pio fauore prosequere: vt dū dona tua in tribulatione percipimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per Dñm. Aliæ Postcommuniones, vt post Dominicam in Albis. Benedicamus Domino, alleluia. ℟. Deo gratias, alleluia.

¶ Post Missā cantentur Litaniæ in medio chori à duobus cantoribus, vtroque choro idē simul respondente, vt in Breuiario: nisi in Processione dicendæ sint.

¶ Si in hac Feria occurrat festum nouē lectionū, post Sextam cantetur Missa de Feria, & ea finita cantentur Litaniæ: & prima Missa sit de festo: & si non fuerit

dup.

✱ Celebrans autem, dum litania canuntur, ad ... genuflectit; quibus finitis, versiculos precum, et orōnes dicit.

dup.ſecunda oratio de beata Virg.tertia pro Papa. Miſſę autem priuatæ erunt de feſto cum commem.Feriæ: & ſi non ſit dupl. tertia oratio de beata Virg. & in fine Miſſæ dicitur Euang.Feriæ.

## FERIA TERTIA Rogationum.

Statio ad ſanctũ Ioannem in Laterano.

Miſſa dr̃ de Dominica præcedẽti, ſine Gloria in excelſis, & ſine Credo. Et dr̃ vnum tm̃ Allel. ante ℣. Vſquemodo: & poſt ℣. non repetitur Alleluia, nec dicitur alius ℣. Poſt Sextam cãtetur Miſſa de Rogationibus, ſcilicet, Exaudiuit: vt in Feria ij. & poſt Miſſam dicuntur Litaniæ. Miſſæ vero priuatæ erunt de Dñica cũ commemoratione Rogationum, & beatæ Virginis.

¶ Si in hac Feria occurrat feſtum nouem lect. prima Miſſa erit de feſto cum commem.de Dominica: & ſi non fuerit dupl. tertia de beata Virg. & poſt Sextam cantetur Miſſa de Rogationibus vt ſupra in feria ſecunda: & poſt Miſsã cãtentur Litaniæ. Miſſæ autem priuatæ erunt de feſto, cum commemor. Dominicæ, & Rogationum.

## FERIA QVARTA Rogationum.

Statio ad ſanctum Petrum. Ad primam Miſſam. Introitus.

Pſ.46 Omnes Gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis, allel.allel.allel. Pſal. Subiecit populos nobis: & gẽtes ſub pedibus noſtris. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelſis. Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus; vt noſtræ mentis intentio, quò ſollemnitatis venturæ glorioſus Auctor ingreſſus eſt, ſemper intendat: & quò fide pergit, conuerſatione perueniat. Per eundem Dominum. Aliæ orationes, vt poſt Dñicã in Albis 228.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

Cap. 4. Multitudinis credẽtium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum, quæ poſsidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri: & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis prout cuique opus erat. Alleluia. ℣. Omnes Gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. Pſ.46

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Cap 17. In illo tempore, Subleuatis Ieſus oculis in cęlum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne, quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Hæc eſt autem vita æterna: Vt cognoſcant te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui, quod de-

Hl, et vigilia Ascensionis

dedisti mihi vt faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui, prius, quàm mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonẽ tuum seruauerunt. Nũc cognouerunt quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: Nõ pro mũdo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Etiam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.

Act. 1. Offertorium. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum, alleluia. Secreta.

SAcrificium Dñe pro Filij tui venerabili, quam preuenimus, Ascensione deferimus: præsta quæsumus; vt & nos per ipsum his commercijs sacrosanctis ad cælestia consurgamus. Qui tecũ. Aliæ Secretæ, vt post Dñicam in Albis. Præfatio. Te quidem Dñe. Commun.

Ioan. 17. Pater, cum essem cum eis, ego seruabam eos, quos dedisti mihi, alleluia. Nunc autem ad te venio. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo, alleluia, alleluia. Postcommunio.

TRibue q̃s Dñe, vt per hæc sacramenta quæ sumpsimus, illuc tendat nostræ deuotionis affectus, vbi tecum est nostra substantia, Iesus Christus Dñs noster. Qui tecum. Aliæ Postcommuniones, vt post Dominicã in Albis.

¶ Post Sextam cantetur Missa de Rogationibus vt supra in feria secunda: & post Missã dicuntur Litaniæ. Missæ vero priuatæ erũt de Vigilia, cum commemorat. Rogationum, & beatæ Virginis.

¶ Si in hac Vigilia occurrat festum nouem lect. prima Missa sit dẽ festo: & si non sit dupl. secunda oratio de B. Virg. tertia pro Papa: & post Sextam cantetur Missa de Vigilia cum cõmem. Rogationum, & B. Virg. & post Missam cantentur Litaniæ. Vel post Primam cantetur Missa de Vigilia, & post Tertiam de Festo, & post Sextam de Rogationibus: Missæ vero priuatæ erunt de festo cum commemor. Vigiliæ, & Rogationum.

## IN DIE ASCENSIONIS.

Statio ad sanctum Petrum.

¶ Ante Missam maiorem fiat processio, eo ordine qui positus est in Dominica Palmarum: & dum fit processio, cantentur Respon. sequentia: ℣. vero Respõsoriorum à duobus cantẽtur. ℟. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? alleluia. Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum, sic veniet, alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Cumque intuerẽtur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerũt. Quemadmodum. ℟. Pater, cum essem cum eis, ego seruabã eos, quos dedisti mihi. Nunc autẽ ad te venio. Nõ rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo, alleluia. ℣. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Non. In introitu ecclesiæ incipiat, qui facit officium, Antiphonam sequentem. O rex gloriæ, Dñe virtutũ, qui triumphator hodie super omnes

cælos

cælos aſcendiſti; ne derelinquas nos ōrphanos; ſed mitte promiſſum Patris in nos, Spiritum veritatis, alleluia. Finita proceſsione accolythi dicant ℣. Aſcendit Deus in iubilatione. ℟. Et Dominus in voce tubæ, alleluia. Faciens officium ſine Dominus vobiſcum, præmiſſo Oremus, dicat orationem Concede quæſumus: vt infra in Miſſa: & terminatur Per eundem Chriſtum.

DEINDE INCIPIATVR Miſſa. Introitus.

Act. 1. VIri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cælum? alleluia. Quēadmodum vidiſtis eum euntem in cælum, ſic veniet, alleluia, alleluia. Pſ. Omnes Gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. Viri Galilæi. ℣. Gloria Patri. Viri Galilæi. Gloria in excelſis. Oratio. Pſ.46

COncede quæſumus omnipotens Deus; vt qui hodierna die Vnigenitum tuum redemptorē noſtrū ad cælos aſcendiſſe credimus, ipſi quoq; mēte in cæleſtibus habitemus. Per eundē Do.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

Cap. 1. PRimum quidē ſermonem feci de omnibus ò Theophile, quæ cœpit Ieſus facere, & docere vſque in diem, qua præcipiens Apoſtolis per Spiritū ſanctū, quos elegit, aſſumptus eſt: quibus & præbuit ſeipſum viuū poſt paſsionem ſuam in multis argumētis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et conueſcens, præcepit eis ab Ieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſsionem Patris, quam audiſtis (inquit) per os meū: quia Ioannes quidem baptizauit aqua; vos autem baptizabimini Spiritu ſancto nō poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine ſi in tēpore hoc reſtitues regnū Iſrael? Dixit autē eis: Non eſt veſtrū noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Et cum hæc dixiſſet, videntibus illis, eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi quid ſtatis aſpiciētes in cælum? hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cælū, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælū. Alleluia. ℣. Aſcendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ. Alleluia, alleluia. ℣. Aſcendēs Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Alleluia. Pſ.46 Eph. 4.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

Cap. 16. IN illo tempore, Recumbētibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia ijs, qui viderāt eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euan-

Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Dicto Euangelio extinguitur cereus Paschalis, nec vlterius accenditur. Credo. Offertorium.

Psal. 46 Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ, alleluia. Secreta.

SVscipe Domine munera, quæ pro filij tui gloriosa Ascensione deferimus: & concede propitius; vt à præsentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus ęternam. Per eumdem Dñm. Præfatio. Qui post resurrectionē suam. & Communicantes, & diē sacratissimū celebrantes. Communio. Psallite Domino, qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem, alleluia. Postcommunio. Psal. 67

PRæsta nobis quæsumus omnipotens & misericors Deus; vt quę visibilibus mysterijs sumenda percepimus, inuisibili consequamur effectu. Per Do.

INFRA OCTAVAM Ascensionis.

Missa dicitur, vt in die: sed Introitus bis tantum dicitur: & secunda oratio dicitur de beata Virgine Concede nos famulos. Tertia Ecclesiæ, vt supra post Dominicam in Albis.

DOMINICA INFRA octauam Ascensionis.

Introitus.

EXaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te, alleluia. Tibi dixit cor meum: Quæsiui vultum tuum: vultum tuum Domine requiram. Ne auertas faciem tuam à me, alleluia, alleluia. Psal. 26 Psal. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio

OMnipotens sempiterne Deus; fac nos tibi semper & deuotam gerere voluntatem, & maiestati tuæ sincero corde seruire. Per Dominum.

Et fit commemoratio de Ascensione tantum, Concede quæsumus.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

CHarissimi: Estote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione: Vnusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum. 1. cap. 4.

Alleluia, ℣. Regnauit Deus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. Alleluia, alleluia. ℣. Non relinquam vos orphanos: vado, & veniam ad vos: & gaudebit cor vestrum. Allel. Psal. 46 Ioan. 14.

Sequētia S. Euāgelij secundū Ioannem.

Cap. 15. IN illo tēpore, Dixit Iesus discipulis suis: Cū venerit Paraclitus, quē ego mittam vobis à Patre, spiritū veritatis, qui à Patre procedit, ille testimoniū phibebit de me: & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.
Cap. 16. Hęc locutus sum vobis, vt nō scādalizemini. Absque synagogis facient vos: sed venit hora, vt oīs, qui interficit vos, arbitretū obsequiū se præstare Deo: & hęc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis; vt cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Credo.

Psal. 145. Offert. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero, allel. Secreta.

SAcrificia nos Dñe immaculata purificent: & mentibus nostris supernę gratię dent vigorem. Per Dominum. Pro Ascensione, Suscipe Dñe munera. Præfatio, Qui post resurrectionem. Communicantes.

Ioan. 17. Communio. Pater, cum essem cum eis, ego seruabam eos, quos dedisti mihi, alleluia. Nunc autem ad te venio. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo, alleluia, allel. Postcōmunio.

REpleti Domine muneribus sacris, da quęsumus; vt in gratiarū semper actione maneamus. Per Dominum. Pro Ascensione, Præsta nobis.

---

## IN OCTAVA ASCENSIONIS.

¶ Totū officiū Missæ dr̄ sicut in die: sed Introitus bis tm̄ dr̄: & dr̄ sequēs Oratio.

DA quęsumus omnipotēs Deus; illuc subsequi tuorum membra fidelium, quo caput nostrum, principiumque præcessit Iesus Christus filius tuus Dn̄s noster. Qui tecum viuit.

Secreta, & Postcommunio de die.

### FERIA SEXTA post octauam Ascensionis.

Missa dicitur de Dominica præterita, cum oratione de beata Virgine, & contra persecutores Ecclesię, vt post Dominicam in Albis: sed non dicitur Credo, nec Communicantes, de Ascensione: Præfatio tamen de Ascensione dicitur.

---

## IN VIGILIA PENTECOSTES.

Statio ad sanctum Ioannem in Laterano.

DIcta Nona, Sacerdos indutus vestimentis violaceis, cū Planeta: & ministri cū manipulis, & stola eiusdē coloris, sine tunicella, & dalmatica, more solito procedant ad altare: & non faciant Confessionem: sed facta altari debita reuerentia, [eoque à celebrante osculato,] eant ad sedendum. Interim (candelis altaris extinctis vsque ad principium Missæ, sicut in Sabbato sancto) vnus de senioribus incipiat sine titulo lectionem Tentauit Deus Abraham. Similiter & aliæ lectiones leguntur sine titulo à senioribus descendendo.

TEntauit Deus Abrahā, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filiū tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atq; ibi offeres eū in holocaustum super vnum mōtium, quem monstrauero tibi. Gen. 22.

Igitur

Igitur Abraham de nocte consurgens; strauit asinum suum: ducens secũ duos iuuenes, & Isaac filium suum: cumque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum quem præceperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitque ad pueros suos: Expectate hic cum asino: ego & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem, & gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus prouidebit sibi victimã holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter: & venerunt ad locum quem ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit: cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum. Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognoui quòd times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt: Vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. Vocauit autem Angelus Domini Abraham secundo de cælo, dicens: Per memetipsũ iuraui, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicã tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul, & habitauit ibi. Qua finita, sequitur Oremus, sine Dñs vobiscum: & idẽ fiat in quattuor sequẽtibus: & Fratres stent versis vultibus ad altare. Orõ.

Deus, qui in Abrahæ famuli tui opere humano generi obedientiæ exempla præbuisti; concede propitius nobis; & nostrę voluntatis prauitatem frangere, & tuorum rectitudinem præceptorum in omnibus adimplere. Per Dominum. Lectio secunda.

In diebus illis: Scripsit Moyses Deu. 31.
canticum, & docuit filios Israel. Præcepitque Dominus Iosue filio Nun, & ait: Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Terram, quam pollicitus sum, & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atq; compleuit: præcepit Leuitis, qui portabãt arcam fœderis Domini, dicens: Tollite librũ istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscũ, semper contentiose egistis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maio-

maiores natu per tribus vestras, atq; doctores, & loquar audiẽtib⁹ eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælũ & terrã. Noui enim quod post mortẽ meã inique agetis, & declinabitis cito de via, quã præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tẽpore, quãdo feceritis malũ in cõspectu Dñi, vt irritetis eũ per opera manuũ vestrarũ. Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cœtu Israel, verba carminis huius, & ad finẽ vsq; cõpleuit.

Deu. 32. Tractus. Attende cælum, & loquar, & audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen, & sicut nix super fœnum: quia nomẽ Domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem Deo nostro. Deus verax: opera eius & oẽs viæ eius iudicia. ℣. De⁹ fidelis, in quo nõ est iniquitas: iustus, & sãctus Dñs. Oremus. Orõ.

Deus, qui nobis per prophetarum ora præcepisti temporalia relinquere, atque ad æterna festinare; da famulis tuis; vt quæ à te iussa cognouimus, implere cælesti inspiratione valeamus. Per Dominum nostrum. Lectio tertia.

Esa. 4. Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobriũ nostrũ. In die illa erit germen Dñi in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel. Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. Si abluerit Dñs sordes filiarum Sion, & sanguinẽ Ierusalẽ lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Et creabit Dñs super omnẽ locũ mõtis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumũ, & splendorẽ ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatẽ, & absconsionẽ à turbine, & à pluuia.

Tractus. Vinea facta est dilecto meo Isa. 5. in cornu, in loco vberi. ℣. Et maceriã circumdedit, & circumfodit, et plãtauit vineã Sorec, & ædificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea. Vinea enĩ Dñi Sabaoth, dom⁹ Israel est. Oremus. Orõ.

Deus, qui nos ad celebrandam hanc præsentem festiuitatem vtriusque testamenti paginis instruis; da nobis intelligere misericordiam tuam: vt ex perceptione præsentiũ munerum, firma sit expectatio futurorũ. Per Dñm. Lect. iiij.

Audi Israel mandata vitæ: auribus percipe, vt scias prudentiã. Baru. 3.
Quid est Israel quod in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendẽtibus in infernum. Dereliquisti fontem sapientiæ. nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace sempiterna. Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ, & victus, vbi sit lumen oculorũ, & pax. Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes Gentiũ, & qui dominãtur super bestias, quæ sunt super terrã? qui in auibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui

argentum fabricant & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt super terram: viam autem disciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt semitas eius, neque filij eorum susceperunt eam, à facie ipsorum longe facta est: non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est, negotiatores terræ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ, & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius. O Israel quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus est, & non habet finē: excelsus, & immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerūt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam? & attulit illā super aurū electū? Nō est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius: sed qui scit vniuersa, nouit eam, & adinuenit eam prudētia sua: qui præparauit terram in æterno tēpore, & repleuit eam pecudibus, & quadrupedibus: qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt: vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Oremus. Oratio.

DEus, incommutabilis virtus, & lumen æternū; respice propitius ad totius Ecclesiæ mirabile sacramentum: & da famulis tuis; vt hoc, quod deuote agimus, etiam rectitudine vitæ teneamus. Per Dominum. Tractus.

Sicut ceru⁹ desiderat ad fontes aquarū: Ps. 41
ita desiderat anima mea ad te De⁹. ℣. Sitiuit anima mea ad te Deū fortē viuum, quādo veniā, et apparebo ante faciē Dei? ℣. Fuerūt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi per singulos dies: Vbi est Deus tuus? Oremus. Oro.

COncede q̄s oīpotens Deus; vt qui sollemnitatē doni Spiritus sancti colimus, cælestibus desiderijs accensi, fontē vitæ sitiamus, Dominum nostrū Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit. In vnitate eiusdem.

¶ Finita oratione, omnibus genuflexis cantantur Litanię à duobus cantoribus in medio chori, vtroq; choro idē simul respondente: vt in sabbato sancto. 168. Circa finem Litaniarum sacerdos, & ministri sollēniter induuntur vestimentis rubeis: & accenduntur luminaria circa altare. Peruēto autem ad **Kyrie eleis.** Litaniarū incipiat sollēniter **Kyrie eleis.** ꝓ Missa à cātoribus. Quo incepto, sacerdos cū ministris facit cōfessionē: & ascēdens ad altare, finito **Kyrie eleison,** incipit sollemniter **Gloria in excelsis Deo.** Et campanæ pulsantur. Oratio.

Præsta

PRæsta quæsumus oīpotens Deus; vt claritatis tuæ super nos splendor effulgeat: & lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti Spiritus illustratione confirmet. Per Dominum nostrum Iesum Christum. In vnitate eiusdem Spiritus.

Hæc tantum Oratio dicitur.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 19. IN diebus illis, Factum est cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdā Discipulos: dixitq; ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credētes? At illi dixerūt ad eum: Sed neq; si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus: Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicēs: In eum, qui vēturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est, in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine Dñi Iesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebātur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans, & suadens de regno

Psal. 106. Dei. Allel. ℣. Confitemini Dño quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Non repetitur alleluia. sed

Psal. 116. immediate sequitur Tractus. Laudate Dñm omnes Gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Ad Euangelium non portantur luminaria, sed incensum tantum.

Sequentia S. Euāgelij secundū Ioannē.

Cap. 14. IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo Patrem, & alium paraclitū dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternū, Spiritum veritatis, quem mundus nō potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus me iam nō videt. Vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Nō dicitur Credo. Offert. Emittes spiritum tuum, Psal. 103.
& creabuntur: & renouabis faciē terræ. Sit gloria Domini in sæcula, allel. Secr.

MVnera quęsumus Domine oblata sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dominum. In vnitate eiusdem Spiritus. Præfatio. Qui post resurrectionē. Communicantes, & diem sacratissimum Pentecostes præuenientes, & Hanc igitur. Communio. Vltimo festiuitatis die di- Ioan. 7.
cebat Iesus: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autē dixit de Spiritu, quem accepturi erant credētes in eum, alleluia, allel. Postcom.

SAncti Spiritus quæsumus Domine corda nostra mundet infusio: & sui

roris intima aspersione fœcundet. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

IN MISSIS PRIVATIS

Huius vigiliæ omissis prophetijs, orationibus, & Litanijs vt supra, Missa absolute incipitur ab Introitu, vt infra. Introit.

Eze. 36. Vm sanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuersis terris. Et effundam super vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris. Et dabo vobis spiritum nouum, alleluia.

Ps. 33 Psal. Benedicam Dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri. Deinde dicitur Kyrie eleison, Gloria in excelsis, & alia vt supra.

---

IN DIE PENTECOSTES.

Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

Sap. 1.

SPiritus Domini repleuit orbem terrarum, alleluia: & hoc, quod continet omnia sciẽtiam habet vocis, alleluia, allel. alleluia.

Ps. 67 Ps. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderũt eum, à facie eius. Spiritus. ℣. Gloria Patri. Spiritus. Gloria in excelsis. Oro.

DEus, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere: & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominũ nostrum Iesum Christum filium tuũ. In vnitate eiusdem Spiritus sancti.

Lectio Actuum Apostólorum.

Cap. 2. IN diebus illis, Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco: & factus est repente de cælo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorũ: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mẽte confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquẽtes. Stupebant autẽ omnes, & mirabãtur, dicẽtes: Nonne ecce omnes isti, qui loquũtur, Galilæi sunt, & quomodo nos audiuimus vnusquisque linguã nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitãt Mesopotamiã, Iudæã, & Cappadociã, Pontũ, & Asiã, Phrygiam, & Pãphyliam, Ægyptum, & partes Libiæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Alleluia. ℣. cũ genuflexione. Veni sancte Spirit⁹, reple tuorum corda fideliũ, & tui amoris in eis ignem accende. Alleluia, allel.

Ioan. 14. ℣. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnem veritatem. Prosa.

VEni sancte Spiritus, & emitte cælitus lucis tuæ radium.

Veni Pater pauperum, veni Dator munerum, veni Lumen cordium.

Con-

Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium.

In labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium.

O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.

Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium.

Laua quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est saucium.

Flecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est deuium.

Da tuis fidelibus in te confidentibus sacrum septenarium.

Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium. Amen. Alleluia.

Potest etiam in hac die & per Octauam, loco Prosæ Veni sancte Spiritus, ad libitum celebrãtis dici Prosa Sancti Spiritus adsit, quæ posita est supra in principio Missalis post Rubricas Generales.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 14.

In illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem, quem audistis, non est meus: sed eius, qui misit me, Patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quęcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius quàm fiat: vt cũ factũ fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Credo. Offertoriũ.

Confirma hoc Deus, quod operatus es Ps. 67 in nobis. A tẽplo tuo, quod est in Ierusalem, tibi offerẽt reges munera, allel. Secr.

Munera quęsumus Domine oblata sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

Præfatio. Qui ascendens. Communicantes, & Hanc igitur. Communio.

Factus est repente de cælo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, alleluia: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Sancti Spiritus quæsumus Dñe corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fœcundet. Per Dominum. In vnitate eiusdem Spiritus.

---

# FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Petrum ad Vincula. Introitus.

Cibauit eos ex adipe frumẽti, alleluia: & de petra, melle saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. 80 Ps. Exultate Deo adiutori no-

nostro: iubilate Deo Iacob, Cibauit eos. ℣. Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto. &c. Cibauit eos. Gloria in excelsis Deo.

Oratio.

DEus, qui Apostolis tuis sanctum dedisti Spiritum; concede plebi tuæ piæ petitionis effectum: vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. In vnitate eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 10. IN diebus illis, Aperiens Petrus os suum, dixit: Viri fratres, præcepit nobis Dominus prædicare populo, & testificari quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus: Numquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Psal. 103. Alleluia. ℣. Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Alleluia, alleluia. ℣. Spiritus sanctus procedens à throno, Apostolorum pectora inuisibili hodie perlustrauit potentia. Prosa. Veni sancte, vel Sancti Spiritus, vt supra. 244.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus Nicodemo: Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorum mala opera. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Credo. Offertorium. Cap. 3.

Intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam. Et apparuerunt fontes aquarum, alleluia. Secreta. Ps. 17

PRopitius Domine quæsumus hæc dona sanctifica: & hostiæ spiritualis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Communio. Spiritus sanctus docebit vos, alleluia: quæcumque dixero vobis, alleluia, alleluia. Ioan 14.

Postcommunio.

ADesto quæsumus Domine populo tuo: & quem mysterijs cælestibus imbuisti, ab hostium furore defende. Per Dominum nostrum.

FE-

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctam Anastasiam. Introit⁹.

ACcipite iucunditatẽ gloriæ vestræ, alleluia, gratias agentes Deo, alleluia: qui vos ad cælestia regna vocauit, alleluia,
Ps.77 alleluia, alleluia. Psalm. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

ADsit nobis quæsumus Domine virtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

Act. 8. IN diebus illis, Cum audissent Apostoli, qui erant Ierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserũt ad eos Petrum, & Ioannem. Qui cum venissent, orauerũt pro ipsis vt acciperent Spiritum sanctũ: Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant
Psal. 103. Spiritum sanctũ. Alleluia. ℣. Emittes Spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Alleluia, alleluia.
Act. 2. ℣. Loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei. Prosa. Veni sancte, vel Sancti Spiritus. vt supra. 244.

Sequentia S. Euangelij secundũ Ioannẽ.

Cap. 10. IN illo tempore, Dixit Iesus Pharisæis. Amen, amẽ dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Credo. Offertorium.

Portas cæli aperuit Dominus. Et pluit illis manna, vt ederent, & panem cæli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo, alleluia. Ps.77 Secreta.

PVrificet nos quæsumus Domine muneris præsentis oblatio: & dignos sacra participatione efficiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Communio.

Spiritus, qui à Patre procedit, alleluia: ille me clarificabit, alleluia, alleluia. Ioan. 15. & 16.

Postcommunio.

MEntes nostras quæsumus Domine Spiritus sanctus diuinis reparet sacramentis: quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum. In vnitate eiusdem Spiritus sancti.

FERIA QVARTA quattuor temporum Pentecostes.

Statio ad sanctã Mariã Maiorẽ. Introit⁹.

Psal. 67. DEus cum egredereris coram populo tuo, alleluia, iter faciens eis, allel. habitans in illis, alleluia, alleluia, alleluia. Psalm. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria Patri. Kyrie eleison, & Gloria in excelsis Deo. Hic non dicitur Dominus vobiscum, sed tantum Oremus. Ad hanc orationem stent Fratres versis vultibus ad altare. Oratio.

MEntes nostras (quæsumus Domine) Spiritus paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti.

Lectio libri Sapientiæ.

Cap. 1. DIligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Dño in bonitate, & in simplicitate cordis quęrite illum: quoniam inuenitur ab his, qui nõ tentant illum: apparet autẽ eis, qui fidem habent in illũ: peruersæ enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes: quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labijs suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor. Quoniam spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Alleluia. ℣. Emittes spiritum tuũ, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Psal. 103. Sequitur Dominus vobiscum. Oremus. Ad hanc orationem Fratres inclinent se. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens & misericors Deus; vt Spiritus sanctus adueniens, templum nos glorię suæ dignanter inhabitando perficiat. Per Dominum. In vnitate eiusdem Spiritus.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Stans Petrus cum vndecim leuauit vocem suam, & locutus est: Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est, quod dictum est per prophetam Ioel: Et erit in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt: & dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequã veniat dies Domini magnus & manifestus. Et erit: omnis, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Cap. 2. Alleluia, alleluia. ℣. Spiritus Domini repleuit Sap. 1.

pleuit orbem terrarum: & hoc, quod cōtinet omnia, sciētiam habet vocis. Prosa Veni sācte, vel sācti Spiritus, vt su. 244.

Sequentia S. Euāgelij secundū Ioannē.

Cap. 6.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorum: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eū: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est à Deo, hic vidit Patrem. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Credo.

Psal. 118. Offertorium. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde. Et leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, alleluia. Secreta.

ACcipe quęsumus Domine munus oblatum: & dignanter operare; vt quod mysterijs agimus, pijs affectibus celebremus. Per Dñm. Communio.

Ioan. 14. Pacem meam do vobis, alleluia, pacem relinquo vobis, alleluia, alleluia. Postc.

SVmentes Domine cælestia sacramēta quæsumus clementiam tuam; vt quod temporaliter gerimus, ęternis gaudijs consequamur. Per Dominum.

## FERIA QVINTA.

Statio ad sanctum Laurentium extra muros. Introitus.

Sap. 1. SPiritus Domini repleuit orbem terrarum, alleluia. & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, allel. allel. allel. Psal. Exurgat Deus, & dissipētur inimici eius, Ps. 67 & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Orō.

MEntibus nostris quæsumus Dñe Spiritū sanctū benign⁹ infunde: cuius & sapiētia cōditi sumus, & prouidētia gubernamur. Per. In vnitate eiusd.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Philippus descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendebant autē turbæ his, quę à Philippo dicebantur vnanimiter audientes, & vidētes signa, quæ faciebat. Multi enim eorū, qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici, & claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Alleluia. ℣. Emittes spiritum tuum, & creabūtur & renouabis faciem terræ. Allel. allel. ℣. Veni sancte Spiritus, reple tuorū corda fideliū, & tui amoris in eis ignē accende. Prosa Veni sancte, vel sancti Spiritus, vt supra. 244. Psal. 103.

Sequentia S. Euāgelij secundum Lucā.

IN illo tēpore, Conuocatis Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & Cap. 9.

sanare

ſanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque perã, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumq; domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque nõ receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos. Egreſsi autẽ circuibant per caſtella euangelizantes, & curantes vbique. Credo. Offertorium.

Pſ. 67 Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. A templo tuo, quod in Ieruſalem, tibi offerẽt reges munera, allel. Secr.

MVnera quęſumus Domine oblata ſanctifica: et corda noſtra ſancti Spiritus illuſtratione emunda. Per Dñm. In vnitate eiuſdem. Communio.

Act. 2. Factus eſt repente de cælo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, vbi erant ſedentes, alleluia: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, alleluia. Poſtcommunio.

SAncti Spiritus quæſumus Domine corda noſtra mundet infuſio: & ſui roris intima aſperſione fœcundet. Per Dominum. In vnitate eiuſdem.

---

## FERIA SEXTA quattuor temporum Pentecoſtes.

Statio ad ſanctos duodecim Apoſtolos. Introitus.

Pſ. 70 REpleatur os meum laude tua, alleluia, vt poſsim cantare, alleluia. Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi, allel. allel. Pſ. In te Dñe ſperaui, nõ confundar in ęternũ: in iuſtitia tua libera me, & eripe me. ℣. Gloria Patri. Gloria in excel. Oratio.

DA quæſumus Eccleſiæ tuæ miſericors Deus; vt ſancto Spiritu cõgregata, hoſtili nullatenꝰ incurſione turbetur. Per Dominum noſtrum. In vnitate eiuſdem Spiritus.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis, Stans Petrus cum vndecim leuauit vocem ſuã, & locutus eſt: Viri Iſraelitæ, audite verba hæc: Ieſum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & ſignis, quæ fecit Deus per illum in medio veſtri, ſicut & vos ſcitis: hunc definito conſilio, & præſciẽtia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemiſtis: quem Deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſsibile erat tenẽri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniã à dextris eſt mihi ne commouear: Propter hoc lætatum eſt cor meũ, & exultauit lingua mea, inſuper & caro me requieſcet in ſpe: Quoniam non derelinques animã meã in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionẽ. Notas mihi feciſti vias vitæ: & replebis me iucunditate cum facie tua. Alleluia. Cap. 2.

℣. Emittes Spiritũ tuũ, & creabũtur: & renouabis faciẽ terræ. Alleluia, alleluia. Pſal. 103.

℣. Factus eſt repente de cælo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis. Proſa. Veni ſancte, vel Sancti Spiritus, vt ſup. 244. Act. 2.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore, Factum eſt in vna dierum, & Ieſus ſedebat docens. Et erant Phariſæi ſedentes, & legis doctores, qui venerant ex om- Cap. 5.

ex omni caſtello Galilææ, & Iudææ, & Ieruſalem: & virtus Domini erat ad ſanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas ſummiſerunt eum cum lecto in medium ante Ieſum. Quorum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ, & Phariſæi, dicentes: Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum, reſpondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, & ambula? Vt autem ſciatis quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico:) Tibi dico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confeſtim conſurgens coram illis, tulit lectum, in quo iacebat: & abijt in domum ſuam, magnificans Deum. Et ſtupor apprehēdit omnes, & magnificabāt Deū. Et repleti ſunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia ho-
Pſal. 145. die. Credo. Offert. Lauda anima mea Dñm, laudabo Dominum in vita mea: pſallã Deo meo quamdiu ero, allel. Secr.

SAcrificia Domine tuis oblata conſpectibus, ignis ille diuinus aſſumat: qui diſcipulorum Chriſti filij tui per Spiritum ſanctum corda ſuccēdit. Per eumdem Dominum. In vnitate eiuſdem.

Ioan. 3. Comm. Spiritus vbi vult ſpirat: & vocē eius audis, allelu. ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat, alleluia, alleluia. Poſtc.

SVmpſimus Domine ſacri dona myſterij, humiliter deprecantes; vt quæ in tui commemoratione nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas.

---

## SABBATO QVATTVOR temporum Pentecoſtes.

Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.

CHaritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, alleluia, per inhabitantem Spiritum eius in nobis, allel. allel. Pſal. Domine Deus ſalutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Orationes quinque ſequentes dicātur ſine Dñs vobiſcum, ſed dicatur Oremus. Et dum dicuntur iſtæ quinq; orationes, fratres ſtent verſis vultibus ad altare: ſed ad ſextam orationem ſe inclinent: ad quam etiam dicatur Dñs vobiſcum. Quinque Alleluia ſtando à toto choro cātentur: nec reiteretur Allel. poſt ℣. vſque ad ſextū Alleluia, quod eſt poſt Epiſtolam: hoc enim à duobus cātetur: & poſt ℣. repetatur. Omnes lectiones legantur cum titulo. Oratio. Rom. 5. Pſal. 87

MEntibus noſtris quæſumus Domine Spiritum ſanctū benignus infunde: cuius & ſapiētia conditi ſumus, & prouidentia gubernamur. Per Dominum noſtrum. In vnitate eiuſdem.

Lectio Ioel Prophetæ.

HÆc dicit Dñs Deus: Effundam ſpiritū meū ſuper omnē carnē: & prophetabūt filij veſtri, & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſeruos meos, & an- Cap. 2.

cillas

cillas in diebus illis effundam ſpiritum meum. Et dabo prodigia in cælo, & in terra, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem: antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et erit: omnis qui inuocauerit nomen Domini,
Psal. 103 ſaluus erit. Alleluia. ℣. Emittes ſpiritum tuum, & creabũtur: & renouabis faciem terræ. Oremus. Oratio.

ILlo nos igne quæſumus Domine Spiritus ſanctus inflammet, quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit in terram: & voluit vehementer accendi: Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti.

Lectio libri Leuitici.

Cap. 23. IN diebus illis, Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, et dices ad eos: Cum ingreſsi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetẽ, feretis manipulos ſpicarũ, primitias meſsis veſtræ ad ſacerdotẽ: qui eleuabit faſciculũ coram Dño, vt acceptabile ſit pro vobis, altero die Sabbati, & ſanctificabit illum. Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, vſque ad alteram diẽ expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt quinquaginta dies, & ſic offeretis ſacrificiũ nouum Dño ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Dñi. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque ſanctiſsimum: omne opus ſeruile nõ facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus veſtris. Alleluia. ℣. Factus eſt repente de cęlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis. Oremus. Oro.

DEus, qui ad animarum medelã, ieiunij deuotione caſtigari corpora præcepiſti; concede nobis propitius; & mente & corpore tibi ſemper eſſe deuotos. Per Dominum noſtrum.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis, Dixit Moyſes ad populum Iſrael: Cum intraueris Terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus eſt poſsidendam, & obtinueris eam, atq; habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergeſque ad locũ, quẽ Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: accedeſque ad ſacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, qui exaudiuit nos, & reſpexit humilitatem noſtram, & laborem, atque anguſtiam: & eduxit nos de Ægypto in manu forti: & brachio extento, in ingenti pauore, in ſignis atque portentis: & introduxit ad locum iſtum, & tradidit nobis Terram lacte & melle manantem. Et idcirco nũc offero primitias frugum Terræ, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conſpectu Domini Dei tui, & adorato Domino Deo tuo. Et epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. Alleluia. ℣. Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignẽ accende. Oremus. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus; vt ſalutaribus ieiunijs eruditi, ab omnibus etiam vitijs abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per Dominum noſtrum.

Le-

Lectio libri Leuitici.

Cap. 26. IN diebus illis, Locutus est Dñs ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suũ, & pomis arbores replebũtur. Apprehẽdet messiũ tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panẽ vestrũ in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis, persequẽtur quinq; de vestris centum alienos, & cẽtum de vobis decẽ millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos: & crescere faciam: multiplicabimini, et firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterum: & vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosque eritis populus meus. Alleluia. ℣. Cũ complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. Oremus. Oratio. Act. 2.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere, vt à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per Dominum nostrum.

Lectio Danielis Prophetæ.

Cap. 3. IN diebus illis, Angelus Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacẽ: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldęis. Et nõ tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes: Benedictus es Domine Deus patrum nostrorũ: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula: & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum: & laudabile, & superexaltatũ in omnibus sæculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ: & superlaudabilis, & supergloriosus in sæcula. Benedictus es in throno regni tui: & superlaudabilis, & superexaltatus in sæcula. Benedictus es, qui intueris abyssos, & sedes super cherubim: & laudabilis, & superexaltatus in sæcula. Benedictus es in firmamento cæli: & laudabilis & gloriosus in sęcula. Benedicite Anania, Azaria, Misael Dño: laudate & superexaltate eum in sæcula. Quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammę, & de medio ignis eruit nos. Cõfitemini Dño, quoniam bonus: qm̃ in sæculũ misericordia eius. Benedicite omnes religiosi Dño Deo deorũ: laudate & confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia eius. Alleluia. ℣. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum: & laudabilis in sæcula. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Dan. 3.

Ad hãc orationẽ Fratres se inclinẽt. Oro.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium; concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flam-

flamma vitiorum. Per Dñm nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 13. N diebus illis, Penè vniuersa ciuitas cõuenit audire verbum Dei. Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Audientes autem Gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem. Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas, & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionẽ in Paulum, & Barnabã: & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Discipuli quoq; replebantur gaudio, & Spiritu

Psal. 116. sancto. Allel. allel. ℣. Laudate Dñm oẽs Gẽtes: & collaudate eũ oẽs populi. Prosa Veni sãcte, vel sãcti Spiritus. vt su. 244.

Sequentia S. Euãgelij secundum Lucã.

Cap. 4. IN illo tempore, Surgens Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illũ pro ea. Et stans super illam imperauit febri: & dimisit illã. Et cõtinuo surgẽs, ministrabat illis. Cum autẽ sol occidisset: omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibãt autẽ dæmonia à multis clamantia, & dicẽtia: Quia tu es filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christũ. Facta autẽ die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eũ, & venerunt vsq; ad ipsum: & detinebant illũ ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

Credo. Offert. Dñe Deus salutis meæ: Ps. 87
in die clamaui, & nocte corã te. Intret in cõspectu tuo oratio mea Dñe, allel. Secr.

VT accepta tibi sint Domine nostra ieiunia, præsta nobis quæsumus, huius munere sacramenti purificatum tibi pectus offerre. Per Dominum.

Comm. Non relinquam vos orphanos: Ioan. 14.
veniam ad vos, alleluia: & gaudebit cor vestrum, alleluia, alleluia. Postcommun.

PRæbeant nobis Domine diuinũ tua sancta feruorẽ: quo eorũ pariter & actu delectemur, & fructu. Per Dñm.

## IN FESTO sanctissimæ Trinitatis.

Ad aspersionem aquæ benedictæ, Aña. Asperges me. Ad Missam. Introitus.

BEnedicta sit sancta Trinitas, atq; indiuisa Vnitas, confitebimur ei, quia fecit nobiscũ misericordiã suã. Tob. 14.
Psal. Dñe Dñs noster, quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Benedicta. ℣. Gloria Patri. Benedicta. Gloria in excelsis. Oratio. Ps. 8.

Omni-

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternę Trinitatis gloriã agnoscere, & in potentia maiestatis adorare Vnitatem, quæsumus; vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Cap. 4. IN diebus illis, Vidi: & ecce ostium apertum in cælo, & vox prima, quam audiui tamquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. Et statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis: & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ. Et in circuitu sedis sedilia vigintiquattuor: & sup thronos vigintiquattuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorũ coronæ aureæ: Et de throno pcedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septẽ lãpades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei. Et in conspectu sedis tamquã mare vitreũ simile crystallo: & in medio sedis, et in circuitu sedis quattuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primũ simile leoni, & secundũ animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. Et quattuor animalia, singula eorum habebant alas senas: & in circuitu, & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicẽtia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et cũ darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionẽ sedenti super thronum, viuẽti in sæcula sæculorum, procidebãt vigintiquattuor seniores ante sedentẽ in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum.

Grad. Benedictus es Dñe, qui intueris abyssos, & sedes super cherubim. ℣. Benedicite Deum cæli cælorum, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum: & laudabilis in sæcula. Alleluia. Dan. 3. Tob. 12. Dan. 3.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 3. IN illo tempore, Erat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Respondit Iesus: Amen, amen dico tibi, nisi qs renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: & vocẽ eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat: sic est omnis,

qui

qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen, amē dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrū non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cęlum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternā. Credo.

Offert. Benedictus sit Deus Pater, Vnigenitusq; Dei Fili⁹, sāctus quoq; Spirit⁹, qa fecit nobiscū misericordiā suā. Secr.

SAnctifica quęsumus Domine Deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, & per Vnigeniti tui virtutem, huius oblationis hostiam: & cooperante Spiritu sancto, per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per eumdem Dominum. In vnitate eiusdem.

Præfatio. Qui cum Vnigenito Filio tuo.

Tob. 12. Communio. Benedicimus Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcommunio.

PRoficiat nobis ad salutem corporis & animæ, Dñe Deus noster, huius sacramenti susceptio, & sempiternæ sanctæ Trinitatis, eiusdemque indiuiduæ Vnitatis confessio. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

## INFRA OCTAVAM Trinitatis.

Dicitur Missa votiua eiusdem, quæ habet post commune Dedicationis Ecclesiæ. 30. cum Gloria & Credo: & dicitur secunda Oratio de beata Virgine, Concede, tertia, Ecclesiæ, vt supra post Dñicā in Albis. 228. Feria tamen quarta, in qua agit̄ de die octa. eiusdē, dr̄ eadē Missa, sine cōmemorationibus p̄dictis.

## IN SOLEMNITATE Sacratissimi corporis Christi, Introitus.

CIbauit eos ex adipe frumenti, alleluia: & de petra, melle saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia. Psal. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. Cibauit eos. ℣. Gloria Patri. Cibauit. Gloria in excelsis Deo. Ps. 80

Oratio.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue quæsumus; ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis & regnas.

Non fit commemorat. de octa. Trinit.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicē, postquam cœnauit, dicēs: Hic 1. cap. 11.

calix

calix nouum testamentum est in meo :/ sanguine/ hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annũciabitis donec veniat. Itaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne: reus erit corporis, & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit: non dijudicans corpus Domini.

Psal. 144. Graduale. Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedi-

Ioa. 6. ctione. Alleluia, alleluia. ℣. Caro mea, verè est cibus: & sanguis meus, verè est potus: qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.

Prosa.

S. Thomas Aquinas, opusc. 57. LAuda Sion Saluatorẽ, lauda ducem & pastorem in hymnis & canticis.

Quantum potes, tãtum aude: quia maior omni laude: nec laudare sufficis.

Laudis thema specialis, panis viuus & vitalis hodie proponitur.

Quem in sacrę mẽsa cœnę turbæ fratrũ duodenæ datum non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora, sit iucunda, sit decora mentis iubilatio.

Dies enim sollemnis agitur, in qua mensæ primo recolitur huius institutio.

In hac mensa noui Regis, nouũ Pascha nouæ legis, phase vetus terminat.

Vetustatem nouitas, vmbram fugat veritas, noctem lux eliminat.

Quod in cœna Christus gessit, faciendum hoc expressit in sui memoriam.

Docti sacris institutis, panem, vinum in salutis consecramus hostiam.

Dogma datur Christianis, quòd in carnem transit panis, & vinum in sanguinem.

Quod nõ capis, quod nõ vides, animosa firmat fides præter rerũ ordinem.

Sub diuersis speciebus, signis tantum, & non rebus, latent res eximiæ.

Caro cibus, sanguis potus: manet tamen Christus totus sub vtraque specie.

A sumente non concisus, non confractus, non diuisus, integer accipitur.

Sumit vnus, sumunt mille: quantum isti, tantum ille: nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali: sorte tamen inæquali, vitæ vel interitus.

Mors est malis, vita bonis: vide paris sumptionis quàm sit dispar exitus.

Fracto demum sacramento, ne vacilles, sed memento tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.

Nulla rei fit scissura, signi tantum fit fractura: qua nec status, nec statura signati minuitur.

Ecce panis angelorum factus cibus viatorum: verè panis filiorum non mittendus canibus.

In figuris pręsignatur, cum Isaac immolatur, agnus paschæ deputatur, datur manna patribus.

Bone Pastor Panis vere, Iesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre in terra viuentium.

Tu qui cuncta scis, & vales, qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales, coheredes, & sodales fac sanctorum ciuium, Amen. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 6.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudęorum: Caro mea, verè est cibus: & sanguis meus, verè est potus. Qui manducat meam carnē, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrē: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cęlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Credo.

Leui. 21. Offertorium. Sacerdotes Domini incensum, & panes offerunt Deo suo: & ideo sancti erunt Deo, & non polluent nomen eius, alleluia. Secreta.

ECclesiæ tuæ, quæsumus Domine, vnitatis, & pacis propitius dona cōcede: quę sub oblatis muneribus mystice designantur. Per Dominum.

Præfatio, Quia per incarnati. Comm.

1. Corint. 11. Quotiescūq; manducabitis panē hunc, & calicē bibetis: mortem Dñi annunciabitis donec veniat. Itaque quicūq; manducauerit panem, vel biberit calicē Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini, alleluia. Postcomm.

FAc nos, quæsumus Domine, diuinitatis tuæ sempiterna fruitione repleri: quam pretiosi corporis & sanguinis tui temporalis perceptio præfigurat. Qui viuis & regnas.

FERIA VI. ET SABBATO infra oct. Corporis Christi.

Dicitur Missa vt supra: sed Introitus bis dicitur, & secunda oratio dicitur de octaua Trinitatis, tertia de beata Virgine, Concede nos famulos tuos. 42.

---

DOMINICA INFRA OCT. Corporis Christi, quæ est prima post Trinitatem.

Post Primam cantetur Missa de Dominica vt infra: & Maior Missa cantetur de Octaua vt in die, sed Introitus bis dicitur, sine aliqua commem. Dominicæ. Missæ vero priuatæ erunt de octa. cum commem. Dominicæ tantum, & in fine Euangelium Dominicæ.

¶ Missa de Dominica. Introitus.

DOmine in misericordia tua speraui. Exultauit cor meū in salutari tuo: cantabo Domino, qui bona tribuit mihi. Psal. 12. Psal. Vsquequo Dñe obliuisceris me in finē? Vsquequo auertis faciem tuam à me? ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

DEus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, præsta auxilium gratiæ tuæ; vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi, & actione placeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Ad poscēda suffragia Sanctorum. Oro.

PIetate tua, quæsumus Dñe, nostrorū solue vincula peccatorum: & intercedente beata, & gloriosa, semperq; virgine Dei genitrice Maria, cum omnibus Sanctis, populum Christianum in omni sanctitate, & religione custodi, à vitijs omnibus purga, virtutibus illustra, pacem, & salutem tribue, carnalia desideria repelle, aerē salubrem

brem indulge, & veram pacem, charitatemq; largire. Si sit vltima, terminatur sic, Per eumdem Dominum.

Pro seruando Religionis voto, Oratio.

DEus, qui nos à sęculi vanitate conuersos, ad brauium supernæ vocationis accendis; pectoribus nostris purificandis illabere, & gratiã nobis, qua in te perseueremus infunde: vt protectionis tuæ muniti præsidijs, quod te donãte ꝓmisimus, impleamus; & nostræ professionis executores effecti, ad ea, quæ perseuerãtibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per Dominum nostrum.

¶ Supradictæ orationes dicant in Missis tàm de tempore, quàm de Sãctis vsq; ad Aduentũ, nisi sit dup. vel nisi in proprijs locis aliud signetur. Si autem occurrerit aliqua commem. dicitur in secundo loco, & pro tertia dicitur Pietate tua. cum sua Secreta, & Postcommunio.

Lectio Epistolæ B. Ioannis Apostoli.

1. cap. 4. CHarissimi: Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum vnigenitũ misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deũ, sed quoniã ipse prior dilexit nos, & misit Filiũ suũ propitiationẽ pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vmquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur, quoniã Pater misit Filium suum Saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Graduale.

Ego dixi Dñe miserere mei: sana animã meam, quia peccaui tibi. Ps. 40. ℣. Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Alleluia, alleluia. ℣. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Alleluia. Ps. 5.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Quidã de simul discumbentibus cum Iesu, dixit illi. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei: Homo quidã fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suũ hora Cap. 14.

cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei: Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit. Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus nunciauit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait ſeruus: Domine, factum eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo: Exi in vias, & ſepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorũ, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam. Credo.

Pſ.5. Offertoriũ. Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus. Quoniam ad te orabo Domine. Secreta.

Hoſtias noſtras quæſumus Domine tibi dicatas placatus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per Dominum.

Ad poſcẽda ſuffragia Sanctorũ. Secreta.

Deus, qui ſingulari corporis tui ſacra hoſtia totius mundi ſoluiſti delicta; hac oblatione placatus maculas ſcelerum noſtrorum abſterge: & omnium fidelium peccata dimitte: eiſq; præmia æterna cõcede. Si ſit vltima, terminatur ſic, Qui viuis & reg.

Pro ſeruando Religionis voto, Secreta.

Tibi Domine Deus noſter deuotionis hoſtiam immolantes, humiliter petimus; vt nos ſacrificium tuum mortificatione vitæ carnalis accipias: ac moribus, quibus profeſſioni noſtræ congruamus, inſtituas: & quos ſanctæ compunctionis ardore ab hominum cæterorum propoſito ſeparaſti, etiam à conuerſatione carnali, & ab immunditia terrenorum actuum, infuſa nobis cælitus ſanctitate defendas. Per Dominum.

Præfatio communis. Communio.

Narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor, & exultabo in te: pſallam nomini tuo Altiſsime. Pſ.9. Poſtcommunio.

Tantis Domine repleti muneribus, præſta quæſumus; vt & ſalutaria dona capiamus, & à tua laude numquam ceſſemus. Per Dominum.

Ad poſcenda ſuffragia Sanctorum, Poſtcommunio.

Sumpta quæſumus Domine cæleſtia ſacramenta, omnia crimina noſtra detergant: omnemq; prauitatem, infirmitatem, hoſtilem expugnationem viſibilem, & inuiſibilem, atque ſubitaneam mortem, meritis beatæ, ſemperque virginis Mariæ, & omnium Sanctorũ, à nobis procul repellãt: & omnibus fidelibus proſint ad veniã, pro quorum tibi ſunt oblata ſalute.

Si ſit vltima, ſic finitur, Per Dominum.

Pro ſeruando Religionis voto, Poſtcõ.

Deus, qui renunciantibus ſæculo manſiones præparas in cælo; dilata corda noſtra cæleſtibus bonis: vt fraterna teneamur compaginæ charitatis vnanimes: præcepta cuſtodiamus ſobrij: ſimplices, & quieti gratis nobis datam noſtræ profeſsionis gratiam fuiſſe cognoſcamus: concordet vita noſtra cum nomine, profeſsioque ſentiatur in opere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

HIS TRIBVS DIEBVS sequētibus Missa dr̄ de Corpore Christi, vt supra: sed introitus bis tātum dicitur, cum orōnibus de beata Virgine, & pro Papa, vt in Dn̄ica ij post Pascha. 229.

¶ Feria v. in octaua Corporis Christi, dicitur Missa similiter de Festo Corporis Christi, vt supra in die: sed Introitus bis tantum dicitur, sine aliqua prędictarum commemorationum.

## DOMINICA SECVNDA post Trinitatem, Introitus.

Psal. 17. FActus est Dn̄s protector meus. Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, qm̄ voluit me. Psal. Diligam te Dn̄e fortitudo mea: Dn̄s firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Orō.

SAncti nominis tui Domine timorē pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia numquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dominum.

Aliæ Orationes, vt in Dn̄ica pręcedenti.

Lectio Epistolæ beati Ioannis Apostoli.

1. ca 3. NOlite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui nō diligit, manet in morte: omnis, qui odit fratrē suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manētem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Graduale.

Ad Dominum cū tribularer clamaui: & exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Psal. 119. Alleluia, alleluia. ℣. Domine Deus salutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te. Alleluia. Psal. 87.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus Pharisæis: Cap. 16. Homo quidam erat diues, qui induebatū purpura, & bysso: & epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quę cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem

hic consolatur, tu vero cruciaris. & in his omnibus inter nos, & vos chaos magnũ firmatum est: vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abrahã: Habent Moysen, & prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen, & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Credo.

Psal. 6 Offertor. Domine conuertere, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

OBlatio nos, quæsumus Domine, tuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad cælestis vitæ transferat actionem. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Psal. 12. Cantabo Dño qui bona tribuit mihi: & psallã nomini Dñi altissimi. Postcomm.

SVmptis muneribus sacris q̃s Dñe, vt cum frequentatione mysterij crescat nostræ salutis effectus. Per Dñm.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

## DOMINICA TERTIA post Trinitatem, Introitus.

Psal. 24.

REspice in me, & miserere mei Domine: quoniam vnicus, & pauper sum ego. Vide humilitatem meã, & laborẽ meum: & dimitte omnia peccata mea Deus meus. Psalm. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

DEprecationem nostrã, quæsumus Domine, benignus exaudi: et quibus supplicandi pręstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per Dominum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

CHarissimi: Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: omnẽ solicitudinem vestram proijcientes in eum, q̃m ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tãquam leo rugiens circuit, quærens quẽ deuoret: Cui resistite fortes in fide: scientes eãdem passionem ei, quę in mũdo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternã suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, cõfirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen. Graduale. 1. c. 5.

Iacta cogitatum tuum in Dño, & ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad Dñm, exaudiuit vocẽ meam ab his, qui appropinquant mihi. Alleluia, allel. ℣. Deus iudex iustus, fortis, & patiens: numquid irascitur per singulos dies? Alleluia. Psal. 54. Psal. 7.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Erant appropinquãtes Iesu publicani, & peccatores vt audirent illum. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & man- cap. 15.

& manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudēs: & veniens domum conuocat amicos, & vicinos, dicens illis. Cōgratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat? Dico vobis quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat? Et cum inuenerit conuocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram? Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Credo. Offertorium.

Ps. 9. Sperent in te, qui nouerunt nomen tuū: quoniam non derelinquis quærentes te Domine. Psallite Domino, qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus clamorem pauperum. Secreta.

MVnera Domine oblata sanctifica: vt tui nobis Vnigeniti corpus & sanguis fiat. Per eumdem Dominū.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Ps. 16 Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea. Postcommunio.

HÆc nos communio Domine purget à crimine: & cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dn̄m.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA QVARTA post Trinitatem, Introitus.

Ps. 26 Omin' illuminatio mea, & salus mea, quē timebo? Dominus defensor vitæ meæ, à quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Psalm. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

PRotector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum; multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Per Dominum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Ratres: Existimo, quòd non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptio- Cap. 8.

nem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Graduale.

Ps. 78 Propitius esto peccatis nostris Dñe: ne forte dicāt in Gētibus: Vbi est De⁹ eorū? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Dñe libera nos. Alleluia, allel. ℣. Diligam te Domine virtus mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Alleluia. Ps. 17

Sequentia S. Euāgelij secundum Lucā.

Cap. 6. IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis: mēsuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrū. Eadem quippe mensura, qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem: Numquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadūt? Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater sine eijciam festucā de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita eijce primū trabem de oculo tuo: & tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui. Credo.

Ps. 12 Offert. Illumina oculos meos, ne vmquā obdormiā in morte: ne quādo dicat inimicus me⁹: Prçualui aduersus eū. Sec.

RESpice quæsumus Dñe munera supplicātis Ecclesiæ: & saluti credentiū perpetua sanctificatione sumenda concede. Per Dñm. Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem.

Comm. Dominus firmamentum meū, & refugium meum, & liberator meus, Deus adiutor meus. Postcommunio. Ps. 17

SAncta tua Domine nos sumpta viuificent: & misericordiæ sempiternæ præparent expiatos. Per Dominum. Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA QVINTA post Trinitatem. Introitus.

EXaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te. Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. Psalm. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro. Ps. 26

DA nobis quæsumus Domine; vt & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: & Ecclesia tua trāquilla deuotione lætet. Per Dñm. Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

CHarissimi: Omnes vnanimes, compatiētes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles: non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed ècontrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Qui enim vult vitam dilige- 1. cap. 3.

diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacē, & sequatur eam: Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: Vultus autē Dñi super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiā, beati. Timorem autem eorū ne timueritis, & non conturbemini. Dñm autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Graduale.

Ps. 83 Protector noster aspice Deus, & respice
Ps. 10 super seruos tuos. ℣. Dñe Deus virtutū exaudi preces seruorū tuorū. Allel. allel. ℣. Dñe in virtute tua lætabitū rex: & sup salutare tuū exultabit vehemēter. Allel.

Sequentia S. Euangelij secundū Lucā.

Cap. 5.

IN illo tēpore, Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autē descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborātes, nihil cepimus: in verbo autē tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, cōcluserunt piscīū multitudinem copiosam, rūpebatur autē rete eorū. Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerūt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. Quod cū videret Simon Petrus, pcidit ad genua Iesu, dicēs: Exi à me, quia homo peccator sū, Dñe. Stupor enim circumdederat eū, & omnes, qui cū illo erāt, in captura piscīū, quā ceperant: Similiter autē Iacobū, & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eū. Credo. Offert.

Benedicam Dñm, qui tribuit mihi intellectum. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Secreta. Ps. 15

OBlationibus quæsumus Domine placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dñica j. post Trinit.

Communio. Vnam petij à Dño, hanc requiram, vt inhabitē in domo Dñi omnibus diebus vitæ meæ. Postcommun. Ps. 26

MYsteria nos Domine quæsumus sumpta purificent: & suo munere tueantur. Per Dominum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINCA SEXTA post Trinitatem, Introitus.

DOminus fortitudo plebis suæ: & protector salutarium christi sui est. Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos vsque in sæculum. Psalmus. Ad te Domine Ps. 27

mine clamabo, Deus meus ne sileas à me: ne quando taceas à me, & assimilabor descendētibus in lacū. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui diligētibus te bona inuisibilia præparasti; infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus & super omnia diligētes, promissiones tuas, quæ omne desideriū superant, consequamur. Per Dominum.

Aliæ orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Cap. 6. FRatres: Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Hoc sciētes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltra nō seruiam⁹ peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autē mortui sumus cum Christo: credim⁹ quia simul etiā viuem⁹ cum Christo: scientes quòd Christus resurgens ex mortuis iā non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autē viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidē esse peccato, viuentes autē Deo, in Christo Iesu Dño

Ps. 89 nostro. Grad. Conuertere Dñe aliquantulum: & deprecare super seruos tuos. ℣. Dñe, refugium factus es nobis à generatione in generationem. Alleluia, allel.

℣. In te Dñe speraui, nō cōfundar in æternū: in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurē tuā: accelera vt eruas me. Allel. Ps. 30

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 5. IN illo tempore, Docebat Iesus discipulos suos dicens: Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum, nō intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Credo.

Offert. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. Inclina aurem tuam, & exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te Dñe. Secreta. Ps. 16

PRopitiare Domine supplicationibus nostris, & has oblationes famulorum tuorum benign⁹ assume: vt quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum Iesum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Circuibo, & immolabo in tabernaculo eius Ps. 26

lo eius hostiam iubilationis: cantabo, & psalmum dicam Domino. Postcomm.

O Vos cælesti Domine dono satiasti, præsta quęsumus, vt à nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

DOMINICA SEPTIMA post Trinitatem, Introitus.

Psal. 46. OMnes Gētes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. Psal. Subiecit populos nobis: & gentes sub pedibus nr̄is. ℣ Gloria Patri. Gloria in excelsis. Orō.

DEus virtutum, cuius est totum quod est optimum; insere pectoribus nostris amorē tui nominis, & præsta in nobis religionis augmentum: vt quę sunt bona nutrias, ac pietatis studio quæ sunt nutrita custodias. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Cap. 6. FRatres: Humanum dico, propter infirmitatē carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quē ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro. Graduale.

Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. Alleluia, alleluia. Psal. 33.

℣. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Alleluia. Psal. 47.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.



Cap. 8. IN illo tēpore: Cum turba multa esset cū Iesu, nec haberēt quod manducarent, cōuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbā: quia ecce iam triduo sustinēt me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbę discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbę. Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septē sportas. Erant autem qui manducauerant, quasi quattuor millia: & dimisit eos. Credo.

Offertorium. Sicut in holocausto arietum, Dan. 3.

tum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quia non est cõfusio confidentibus in te Domine. Secreta.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, & populi tui oblationes assume: & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio; præsta, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Psal. 30. Inclina Domine aurem tuam, accelera, vt eruas nos. Postcommunio.

Repleti sumus Domine muneribus tuis: tribue quęsumus; vt eorum mundemur effectu, & muniamur auxilio. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA OCTAVA post Trinitatem, Introitus.

Psal. 47. Suscepimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui. Secũdum nomen tuũ Deus, ita & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua. Psal. Magnus Dominus, et laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur; te supplices exoramus; vt noxia cuncta submoueas, & omnia nobis profutura concedas. Per Dominum nostrum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres, Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, (Pater.) Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autẽ filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Graduale. Cap. 8.

Psal. 30. Esto mihi in Deum protectorem: & in locũ refugij, vt saluũ me facias. ℣. Deus in te speraui Domine, non confundar in æternum. Alleluia, alleluia. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me. Alleluia. Psal. 58.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore, Docebat Iesus discipulos suos, dicens: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in Cap. 7.

ignem

has benignus

ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorũ. Credo.

Psal. 17 Offert. Populum humilẽ saluum facies Dñe: & oculos superborum humiliabis. Quoniã quis Deus præter te Dñe? Secr.

Deus qui legalium differentiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti; accipe sacrificium à deuotis tuis famulis: & pari benedictione sicut munera Abel sanctifica: vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Psal. 33 Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo.

Postcommunio.

Tua nos Dñe medicinalis operatio, & à nostris peruersitatibus clementer expediat, & ad ea, quæ sunt recta, perducat. Per Dominum nostrũ.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA NONA post Trinitatem,

Introitus.

Psal. 53 Ecce Deus adiuuat me: & Dominus susceptor est animæ meæ. Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos protector meus Domine. Psalmus. Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

Largire nobis quæsumus Domine semper spiritum cogitandi, quæ recta sunt, propitius, & agendi: vt qui sine te esse non possumus, secundum te viuere valeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres: Non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierũt: neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: Sedit populus mãducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque tentemus Christum: sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerũt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Graduale.

(1. Cap. 10.)

Dñe Dñs noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! ℣. Quoniã eleuata est magnificẽtia tua super cęlos. Alleluia, alleluia. ℣. Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Alleluia. (Psal. 8; Psal. 64)

Sequen-

Sequentia S. Euangelij secundũ Lucã.

Cap. 16.

IN illo tempore, Dicebat Iesus & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciã, vt, cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam: & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Credo. Offertorium.

Ps. 18 Iustitiæ Dñi rectæ, lætificantes corda: & iudicia eius dulciora super mel & fauũ. Nam & seruus tuus custodit ea. Secreta.

SVscipe quæsumus Domine munera, quæ tibi de tua largitate deferimus: vt hæc sacrosancta mysteria, gratiæ tuæ operante virtute, & præsentis vitæ nos conuersatione sanctificẽt, & ad gaudia sempiterna perducant. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Primũ quærite regnũ Dei: & hæc omnia adijcientur vobis, dicit Dñs. Postc. Matt. 6.

SIt nobis Domine reparatio mentis, & corporis cæleste mysterium: vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA DECIMA post Trinitatem, Introitus.

DVm clamarem ad Dominum, exaudiuit vocẽ meam ab his, qui appropinquant mihi: & humiliauit eos, qui est ante sæcula, & manet in æternum. Iacta cogitatum tuum in Dño, & ipse te enutriet. Psalm. Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meã: intẽde mihi, & exaudi me. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis Deo. Oratio. Ps. 54

PAteant aures misericordiæ tuę Domine precibus supplicãtium: & vt petentibus desiderata concedas, fac eos quæ tibi sũt placita postulare. Per Dñm.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres, Scitis quoniã cũ Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini eũtes. Ideo notũ vobis facio, ꝙ nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest Cap. 12.

test dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autē datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritū datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundum eūdem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in vno Spiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio sermonum. Hęc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens singulis, prout vult.

Psal. 16. Graduale. Custodi me Domine, vt pupillam oculi. Sub vmbra alarū tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.

Psal. 77. Alleluia, allel. ℣. Attendite popule meus legem meam. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 19.

IN illo tempore, Vt appropinquauit Iesus Ierusalem, vidēs ciuitatem fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quę ad pacem tibi, nūc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circūdabunt te inimici tui vallo, & circūdabunt te: & coangustabūt te vndique: & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd nō cognoueris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in tēplum, cępit eijcere vendentes in illo, & emētes, dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Credo.

Offert. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Psal. 24.

Secreta.

COncede nobis quęsumus Domine, hęc digne frequentare mysteria: quia quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostrę redemptionis exercetur. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem.

Communio. Acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, super altare tuum Domine. Psal. 50.

Postcommunio.

TVi nobis, quęsumus Domine, cōmunio sacramenti & purificationem conferat, & tribuat vnitatem. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA VNDECIMA post Trinitatem. Introitus.

DEvs in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipse dabit virtutē, & fortitudinem plebi suæ. Psal. 67. Psal. Exurgat Deus, & dissipent inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Orō.

DEus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miserando mani-

manifestas; multiplica super nos gratiam tuam: vt ad tua promissa currentes, cælestium bonorum facias esse consortes. Per Dñm nostrum Iesum Christum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1. ca 15. NOtum vobis facio, fratres, Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini: qua ratione prædicauerim vobis: si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas: & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum Scripturas: & quia visus est Cephæ, & post hoc vndecim. Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tamquam abortiuo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Graduale.

Psal. 27. In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum. Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei. ℣. Ad te Domine clamabo, Deus meus ne sileas, ne discedas à me. Alleluia, alleluia. ℣. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. Sumite psalmum iucundum cum cithara. Alleluia.

Sequẽtia S. Euangelij secundũ Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, et aspernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum vt orarẽt: vnus Pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus, ieiuno bis in sabbato: decimas do omniũ, quæ possideo. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cęlum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo; quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Credo. Cap. 18.

Offertorium. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Domine clamaui ad te, & sanasti me. Psal. 29. Secreta.

TIbi Domine sacrificia dicata redduntur: quæ sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti, vt eadem remedia fieri nostra pręstares. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs frugũ tuarum: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Prou. 3. Postcomm.

QVæsumus Domine Deus noster; vt quos diuinis reparare non desi-

desinis sacramentis, tuis non destituas benignus auxilijs. Per Dominum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

## DOMINICA DVODECIMA post Trinitatem, Introitus.

Ps. 69 DEus in adiutorium meum intēde: Domine ad adiuuandum me festina. Confundantur, & reuereantur inimici mei, qui quærūt animam meam. Psal. Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excedis, & vota; effunde super nos misericordiam tuam: vt dimittas, quæ conscientia metuit, & adijcias quod oratio non præsumit. Per Dñm.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Cap. 3. FRatres: Fiduciam talem habemus per Christum ad Deū: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: nō littera, sed Spiritu: littera enim occidit, Spiritus autem viuificat. Quòd si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est: multo magis abundat ministeriū iustitiæ in gloria.

Grad. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Ps. 33
℣. In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur. Alleluia, allel. ℣. Domine Deus salutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te. Alleluia. Ps. 87

Sequentia S. Euāgelij secundū Marcū.

IN illo tēpore, Exiēs Iesus de finibus Tyri, venit per Sydonem ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum, & mutum, & deprecabātur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius: & suspiciens in cælū, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est adaperire. Et statim apertę sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant: & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui. Credo. Cap. 7.

Offertorium.

Precatus est Moyses in conspectu Dñi Dei sui, & dixit: Quare Domine irasceris in populo tuo? Parce iræ animæ tuę. Memēto Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac, & mel. Et placatus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. Exo. 32. Secreta.

REspice quæsumus Domine ad nostram propitius seruitutem: vt quod offerimus, sit tibi munus accептum:

ptum: & sit nostræ fragilitatis subsidium. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Psal. 103. De fructu operum tuorũ Dñe satiabitur terra: vt educas panẽ de terra: & vinũ lętificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hoīs confirmet. Postc.

SEntiamus quęsumus Dñe tui perceptione sacramenti subsidiũ mẽtis & corporis: vt in vtroque saluati, cęlestis remedij plenitudine gloriemur. Per Dñm.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

DOMINICA XIII. post Trinitatem, Introitus.

Ps. 73. REspice Domine in testamentum tuum: & animas pauperum tuorum ne derelinquas in finẽ. Exurge Domine, iudica causam tuam: & ne obliuiscaris voces quęrentium te. Psalm. Vt quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

OMnipotens & misericors Deus, de cuius munere venit vt tibi à fidelibus tuis digne & laudabiliter seruiatur; tribue nobis quæsumus; vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per Dominum nostrum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Cap. 3. FRatres: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno: Et semini tuo, qui est Christus: Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo: quæ post quadringentos, & triginta annos facta est Lex, non irritum facit ad euacuandã promissionẽ. Nam si ex lege hæreditas, iam nõ ex promissione. Abrahæ autem per repromissionẽ donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ vnius nõ est: Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed cõclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Grad.

Respice Dñe in testamentum tuum: & animas pauperum tuorũ ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge Dñe, & iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Domine, refugium factus es in nobis: à generatione in generationem. Alleluia. Ps. 73. Ps. 89.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Capi. 10. IN illo tẽpore, Conuersus Iesus ad discipulos suos, dicit: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ, & reges, voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum:

ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respōdens dixit: Diliges Dn̄m Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, & ex omni mēte tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi: Rectè respondisti: hoc fac, & viues. Ille autem volēs iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autē Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiā despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præteriuit. Similiter & Leuita, cum esset secus locū, & videret eum, pertransijt. Samaritanus autem quidā iter faciens, venit secus eum: & videns eū, misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleū, & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, & ait: Curā illius habe: & quodcūque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. Credo. Offertorium.

Psal. 30. In te speraui Dn̄e: dixi, Deus meus es tu: in manibus tuis tempora mea. Secreta.

HOstias, quæsumus Domine, propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Panem de cælo dedisti nobis Domine, habentē omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis. Postcomm. Sap. 16.

SAnctificet nos, quæsumus Domine, huius participatio sancta mysterij: & pariter nobis expiationem tribuat & munimen. Per Dominum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

## DOMINICA XIV. post Trinitatem, Introitus.

PRotector nr̄ aspice Deus: & respice in faciē Christi tui: Quia melior est dies vna in atrijs tuis sup millia. Psal. 83. Psal. Quàm dilecta tabernacula tua Dn̄e virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Dn̄i. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Orō.

OMnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum: & vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Per Dominum nostrum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Galatas.

FRatres: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Cap. 5. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcumque vultis, illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis: quę sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, cōtentiones, æmu-

lationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectę, inuidię, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi: qm̃ qui talia agunt, regnũ Dei nõ consequentur. Fructus autẽ Spiritus est: charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi nõ est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.

Psal. 91. Grad. Bonum est confiteri Dño: & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Ad annũciandum mane misericordiam tuam: & veritatẽ tuam per noctem. Allel. allel.

Psal. 94. ℣. Venite, exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 17. IN illo tẽpore, Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per mediam Samariam, & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe: & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est, regressus est cũ magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit. Credo. Offertorium.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentiũ eum: & eripiet eos. Gustate, & videte, qm̃ suauis est Dominus. Psal. 33. Secreta.

PRopitiare, quęsumus Domine, populo tuo: propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus, & indulgentiam nobis tribuas, & postulata concedas. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ioan. 6. Postcommunio.

SVmptis Domine cælestibus sacramẽtis, ad redemptionis æternę quęsumus proficiamus augmentum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA XV. post Trinitatem, Introitus.

INclina Dñe aurem tuam ad me, & exaudi me: saluum fac seruum tuum, Deus meus, sperantem in te. Miserere mihi Dñe, quoniã ad te clamaui tota die. Psal. 85. Psal. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animã meam leuaui. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

CVstodi Domine quæsumus Ecclesiam tuam propitiatione perpetua: & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs & abstrahatur à noxijs, & ad salutaria dirigatur. Per Dominum nostrum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Cap. 5. FRatres: Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē prouocātes, inuicē inuidētes. Fra-
Cap. 6. tres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cū nihil sit, ipse se seducit. Opus autē suū ꝓbet vnusquisque, & sic in semetipso tantùm gloriā habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suū portabit. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei, qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hęc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionē: qui autē seminat in spiritu, de spiritu metet vitā æternā. Bonū autē facientes, nō deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dū tēpus habemus, operemur bonū ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

Psal. 117. Grad. Bonū est confidere in Domino, quàm confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in Dño, quam sperare in prin-
Ps. 94 cipibus. Alleluia, alleluja. ℣. Quoniam Deus magnus Dominus: & rex magnus super omnes deos. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij secundū Matth.

Cap. 6.

IN illo tempore, Docebat Iesus discipulos suos dicens: Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nōne anima est plus quàm esca: & corpus plus quàm vestimentū? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregāt in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adijcere ad staturā suam cubitū vnum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gētes inquirūt. Scit enim pater vester, q̄a his omnibus indigetis. Quærite ergo primū regnum Dei, & iustitiā eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Credo.

Offert. Expectans expectaui Dñm, & Ps. 39 respexit me. Et exaudiuit deprecationē meam. Et immisit in os meum canticū nouum, hymnum Deo nostro. Secreta.

COncede nobis quæsumus Domine, vt hæc hostia salutaris & nostrorum fiat purgatio delictorum, et tuæ propitiatio potestatis. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Qui manducat meam carnem, & bibit Ioan. 6. meum sanguinem, in me manet, & ego

in illo, dicit Dominus. Postcommunio.

PVrificent semper & muniant tua sacramenta nos Deus: & ad perpetuæ ducant saluationis effectũ. Per Do. Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA XVI. post Trinitatem, Introitus.

Psal. 85. MIserere mihi Dñe quoniã ad te clamaui tota die. Quia tu Domine suauis, ac mitis es: & copiosus in misericordia omnibus inuocãtibus te. Psalm. Inclina Domine aurem tuam mihi, & exaudi me: quoniã inops, & pauper sum ego. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

ECclesiam tuam Domine miseratio continuata mundet & muniat: & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per. Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Cap. 3. FRatres: Peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrẽ Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum eius in interiorẽ hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quę sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundũ: scire etiam supereminẽtem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ Dei. Ei autem, qui potẽs est omnia facere superabundanter quàm petimus, aut intelligimus, secundum virtutẽ, quæ operatur in nobis: Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen. Graduale.

Timebunt Gẽtes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. Psal. 101.
℣. Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in maiestate sua. Alleluia, allel. ℣. Domine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te veniat. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cũ vidisset Dñs, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. (Hi autem, qui portabant, steterunt.) Et ait: Adolescẽs, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deũ, dicẽtes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam. Credo. Cap. 7.

Offertorium. Domine in auxilium meum respice. Confundantur, & reuereantur simul, qui quærunt animam meam, vt auferant eam. Psal. 39. Secreta.

Tua

TVa nos Domine sacramenta custodiant: & contra diabolicos semper tueantur incursus. Per Dñm.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Ps. 70 Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Deus docuisti me à iuuentute mea. Et vsque in senectam & senium: Deus ne derelinquas me. Postcommunio.

MEntes nostras & corpora possideat, quæsumus Domine, doni cælestis operatio: vt non noster sensus in nobis, sed iugiter eius præueniat effectus. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

## DOMINICA XVII.

post Trinitatem, Introitus.

Ps. 118. IVstus es Domine: & rectum iudicium tuum. Fac cum seruo tuo secũdum misericordiam tuã. Psalm. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Dñi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

TVa nos quæsumus Domine gratia semper & præueniat, & sequatur: ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per Dominum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Cap. 4. FRatres: Obsecro vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus Spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus, & Pater omniũ, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Graduale.

Beata gens, cuius est Dñs Deus eius: populus, quem elegit in hæreditatem sibi. Ps. 32 ℣. Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, alleluia. ℣. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter Gentes opera eius. Alleluia. Psal. 104.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.



IN illo tẽpore, Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos, & Pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & Cap. 14.

tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt, cũ venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Credo.

Offert. Oraui Dominum Deum meum ego Daniel, dicens: Exaudi Domine preces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: & propitius intẽde populum istũ, super quem inuocatum est nomen tuum Deus. Secreta.

Munda nos quæsumus Domine sacrificij præsentis effectu: & perfice miseratus in nobis; vt eius mereamur esse participes. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Vouete, & reddite Dño Deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili, & ei, q aufert spiritũ principũ, terribili apud oẽs reges terræ. Postc.

Purifica quæsumus Domine mentes nostras benignus, & renoua cælestibus sacramentis: vt consequenter & corporum præsens pariter & futurum capiamus auxilium. Per Dominum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

## DOMINICA XVIII. post Trinitatem, Introitus.

Da pacem Domine sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur: & exaudi preces serui tui, & plebis tuæ Israel. Psalmus. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus. ℣. Gloria Pat. Gloria in exc. Oro.

Da quæsumus Domine populo tuo diabolica vitare contagia: & te solum Deum pura mente sectari. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres: Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu: quòd in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni sciẽntia: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationẽ Dñi nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsq; in finem sine crimine, in die aduentus Dñi nostri Iesu Christi. Grad. Lætatus sũ in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. ℣. Qui timent Dñm, sperent in Domino: adiutor, & protector eorum est. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore, Pharisæi audientes quòd Iesus silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mãdatum magnũ in Lege? Ait illi Iesus: Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, &

in tota

in tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? & nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Credo. Offertorium.

Exo. 24. Sanctificauit Moyses altare Domino, offerens super illud holocausta, & immolans victimas: fecit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis Domino Deo in conspectu filiorũ Israel. Secr.

MAiestatem tuam Domine suppliciter deprecamur; vt hæc sancta, quæ gerimus, & à præteritis delictis nos exuant, & futuris. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Ps. 95 Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in aula sancta eius.

Postcommunio.

SAnctificationibus tuis omnipotens Deus, & vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proueniant. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

## DOMINICA XIX. post Trinitatem, Introitus.

SAlus populi ego sum, dicit Dominus. De quacumque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorum Dominus in perpetuum. Psalm. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Ps. 77

DIrigat corda nostra quæsumus, Domine, tuæ miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per Dominum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deus creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locũ dare diabolo: qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonũ est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patiẽti. Grad. Cap. 4.

Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo Domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Alleluia, alleluia. ℣. Laudate Deum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Alleluia. Psal. 148.

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 9.
IN illo tẽpore, Ascẽdẽs Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suã. Et ecce offerebãt ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & ambula? Vt autẽ sciatis, quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, tunc ait Paralytico: Surge, tolle lectũ tuũ, et vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domũ suã. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum: qui dedit potestatem talem hominibus. Credo. Offertorium.

Psal. 137. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Dñe: & super iram inimicorũ meorum extendes manũ tuam, & saluum me faciet dextera tua. Secreta.

DEus, qui nos per huius sacrificij venerãda commercia vnius, summæque Diuinitatis participes efficis; præsta quæsumus; vt sicut tuam cognoscimus veritatẽ, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dominum nostrum. Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Psal. 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas. Postc.

GRatias tibi referimus Domine sacro munere vegetati: tuam misericordiam deprecantes; vt dignos nos eius participatione perficias. Per Dñm. Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA XX. post Trinitatem, Introitus.

OMnia, quæ fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti. Quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus. Sed da gloriam nomini tuo: & fac nobiscum secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Psalmus. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius. ℣. Gloriá Patri. Gloria in excelsis. Oratio. (Dan. 3. · Ps. 47)

OMnipotens, & misericors Deus, vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dominum. Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

VIdete fratres, quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligẽtes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Dño, gratias (Cap. 5.)

agentes

agentes semper pro omnibus, in nomine Dñi nostri Iesu Christi Deo & Patri. Subiecti inuicem in timore Christi.

Psal. 144. Grad. Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das illis escam in tempore oportuno. ℣. Aperis tu manum tuam; & imples omne animal benedictione.

Psal. 124. Allel. allel. ℣. Qui confidunt in Dño, sicut mõs Sion: nõ cõmouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 22. IN illo tempore, Respondens Iesus ad principes sacerdotum, & Pharisæos, dixit in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum cælorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autẽ neglexerunt: & abierunt, alius in villã suam, alius vero ad negotiationem suã; reliqui vero tenuerũt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cũ audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succẽdit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratę sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni; ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos, & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbẽtium. Intrauit autem rex, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tũc dixit rex ministris: Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Credo. Offertorium.

Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus: dũ recordaremur Siõ. Secr. Psal. 136.

HÆc munera quæsumus Domine, quæ oculis tuæ maiestatis offerimus, salutaria nobis esse concede. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatẽ. Communio.

Memento verbi tui seruo tuo Domine, in quo mihi spem dedisti. Hæc me consolata est in humilitate mea. Postcomm. Psal. 118.

TVa nos Domine medicinalis operatio, & à nostris peruersitatibus clementer expediat, & tuis semper faciat inhærere mandatis. Per Dominum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

## DOMINICA XXI. post Trinitatem, Introitus.



IN voluntate tua Domine vniuersa sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati. Tu enim fecisti omnia, cælum & terrã, & vniuersa, quæ cæli ambitu cõtinentur. Dominus vniuersorum tu es. Psal. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis Deo. Oratio. Esth. 13. Psal. 118.

Largi-

LArgire, quæsumus Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus, & pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per Dominum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Cap. 6. FRatres, Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitię, in cælestibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparatione Euāgelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Graduale.

Psal. 89. Dn̄e, refugium factus es nobis: à generatione in generationē. ℣. Priusquā mōtes fierēt, aut formarēt terra, & orbis: à seculo & vsq; in sæculū tu es Deus. Allel. allel. ℣. De profundis clamaui ad te Dn̄e: Psal. 129. Domine exaudi orationē meā. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij secundū Ioannē.

Cap. 4. IN illo tempore, Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descēde prius quā moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eū febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Filius tuus viuit: & credidit ipse, & domus eius tota. Credo.

Offert. Vir erat in Terra Hus, nomine Iob, simplex, & rectus, ac timēs Deum, Iob. 1. Quē Satan petijt vt tētaret. Et data est ei potestas à Domino in facultates, & in carnē eius: perdiditq; omnem substantiam ipsius, & filios: carnē quoque eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

CÆlestem nobis prębeant hæc mysteria, quæsumus Domine, medicinam: & vitia nostri cordis expurgēt. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

In salutari tuo anima mea: & in verbum tuum speraui. Quando facies de persequentibus me iudicium? Iniqui persecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus. Psal. 118. Postcommunio.

VT sacris Domine reddamur digni muneribus, fac nos, quæsumus, semper tuis obedire mandatis. Per Do.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

SI SEQVENS Dominica xxij. fuerit vltima post Trinitatem, eius loco ponitur Dñica xxv. & vltima post Trinitatem, vt infra: & Missæ Dñicarum xxij. xxiij. & xxiv. quæ supersunt, ponantur in diebus vacantibus præcedẽtis Hebdomadæ: sed nõ dr̃ in eis Gloria in excelsis, nec Credo. Quòd si dies vacãtes non suffecerint, ponãtur in festis simplicissimis, cũ commemoratione eorũdem, & pro tertia orõne dicatur Pietate tua. 258. ~~quæ terminatur~~ ~~Per eãdem Dominum.~~ ~~& Secreta terminatur~~ ~~Qui viuis & regnas.~~ ~~Postcommun. vero terminatur~~ ~~Per Dominum.~~ Si vero dies Hebdomadæ præcedentis nec sic sufficiant, ponatur in Sabbato non occupato festo nouẽ lectionum Missa de Dominica xxiv. Quòd si dies Hebdomadæ precedentis nec sic sufficiant: in festis nouẽ lectionũ post Primam cãtetur Missa de Dñica, sine Gloria in excelsis, & sine Credo: & maior Missa erit de festo cum cõm. B. Virginis, Concede, & Ecclesiæ, vt supra post Dominicã in Albis. 228. nisi fuerit dup. Missę vero priuatæ erunt de festo cum cõmem. Dominicæ, & pro tertia, dr̃ Oratio, Pietate. 258. ~~quæ terminatur, vt supra dictum est~~ & in fine dicitur Euang. Dominicæ. Sed notandũ est, quò I illis diebus ponendę sunt istę Missæ, in quibus lectæ sunt eorum Homil. ad Matutinum, & non in alijs.

---

# DOMINICA XXII.

post Trinitatem, Introitus.

Psal. 129. SI iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est, Deus Israel. Psalm. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

FAmiliam tuã, quęsumus Domine, continua pietate custodi: vt à cunctis aduersitatibus te protegente sit libera: & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per Dominum nostrum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

FRatres: Confidens hoc ipsum, quia qui cępit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. sicut est mihi iustũ hoc sentire pro oĩbus vobis: eo φ habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiã oẽs vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abundet in scientia, & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in diẽ Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriã, & laudẽ Dei. Cap. 1.

Graduale. Ecce quàm bonum, et quàm iucundum habitare fratres in vnum. Psal. 132.
℣. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbã Aaron. Allel. allel. ℣. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quamdiu fuero. Alleluia. Psal. 145.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tempore, Accedens Petrus ad Iesum, dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimit- Cap. 18.

dimittam ei? vsque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies. Ideo assimilatum est regnũ cælorum homini regi, qui voluit rationẽ ponere cum seruis suis. Et cũ cępisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decẽ millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dñs eius venũdari, & vxorẽ eius, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi. Prócidens autẽ seruus ille, orabat eum, dicens: Patiẽtiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dñs serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autẽ seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et prócidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt, & misit eũ in carcerem, donec redderet debitũ. Videntes autẽ conserui eius, quę fiebant, contristati sunt valde: & venerũt, & narrauerunt domino suo omnia, quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dñs suus: & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic & Pater meus cęlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Credo.

Esth. 14. Offert. Recordare mei Dñe, omnipotentatui dominans. Et da sermonem rectum, & benesonantem in os meum, vt placeant verba mea in conspectu principis: & euerte cor eius in odium repugnantium nobis, & in eos, qui consentiunt eis. Nos autem libera in manu tua Deus noster in æternum. Secreta.

SVscipe Domine propitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutem potenti pietate restitui. Per.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Dico vobis, gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15.

Postcommunio.

IMmortalitatis alimoniam consecuti, quæsumus Dñe, vt quod ore percepimus, pura mente sectemur. Per Dom.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

## DOMINICA XXIII. post Trinitatem.

¶ Si hæc Dominica xxiij. fuerit vltima post Trinitatem, Missæ Dominicarum xxiij. & xxiv. ponuntur in præcedenti Hebdomada, eo ordine, qui expressus est supra, in Dominica xxij. Introitus.

DIcit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Inuocabitis me: & ego exaudiã vos. Et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Psal. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria Patri. Iere. 29. Psal. 84.

Gloria in excelsis. Oratio.

DEus refugium nostrum, & virtus, adesto pijs Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, & præsta; vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Cap. 3. IMitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebã vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cęlis est: vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem, qua etiam possit subijcere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea: sic state in Domino, charissimi. Euodiam rogo, & Syntychen dęprecor, idipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.

Ps. 43 Grad. Liberasti nos Dñe ex affligentibus nos: & odientes nos confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo cõfitebimur in sæcula. Allel. allel. ℣. Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Alleluia.

Psal. 147.

Sequentia S. Euãgelij secundum Matth.

Cap. 22. IN illo tempore, Abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cũ Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum: dic ergo nobis quid tibi videt, licet censum dare Cæsari an nõ? Cognita autẽ Iesus nequitia eorũ, ait: Quid me tentatis hypocritæ? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sũt Cæsaris, Cæsari: et quæ sunt Dei, Deo. Credo. Offertoriũ. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi orationem meam. Psal. 129. Secr.

SAcris nos Domine quæsumus seruitijs fac intentos: vt sine vlla tibi offensionis macula famulemur: & quales esse præcipis, ipse nos perfice. Per Do.

Aliæ Secretæ, vt in Dñica j. post Trinit.

Commun. Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Marc. 11.

Postcommunio.

SVmpsimus Dñe sacri dona mysterij, humiliter deprecantes; vt quæ in tui cõmemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxiliũ. Qui viuis & regnas cũ Deo patre.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA XXIIII. post Trinitatem.

¶ Si hæc Dominica xxiiij. fuerit vltima post Trinitatem, Missa sequens ponitur in præcedenti Hebdomada, eo ordine, qui expressus est supra in Dominica xxij.

Introitus.

DIcit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Inuocabitis me, & ego exaudiam vos. Iere. 29.

vos. Et reducam captiuitatem vestram
Psal. 84 de cunctis locis. Psalmus. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto. &c. Gloria in excelsis.

Oratio.

ABsolue, quæsumus Domine, tuorum delicta populorum: vt à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Cap. 1. FRatres: Non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni sapientia & intellectu spiritali: vt ambuletis digne Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius: in omni patientia, & longanimitate, cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinē eius, remissionem peccatorum. Graduale.

Ps. 43 Liberasti nos Domine ex affligentibus nos: & odientes nos confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in sæculis. Alleluia,
Psal. 147. alleluia. ℣. Lauda Ierusalē Dominum: lauda Deum tuum Sion. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus, & videns eam, dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius. Et surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam. Cap. 9.

Credo. Offertorium.

De profundis clamaui ad te Domine: Dn̄e exaudi orationem meam. Secreta. Psal. 129.

PRo nostræ seruitutis augmento sacrificium tibi Domine laudis offerimus: vt quod immeritis contulisti, propitius exequaris. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Marc. 11.

Postcommunio.

Sumen-

SVmentes Domine dona cælestia quæsumus; vt non nobis prouenire ad iudicium patiaris, quod tuis fidelibus ad remedium prouidisti. Per Dominũ. Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

DOMINICÆ POST Trinitatem non possunt esse pauciores xxij. nec plures xxvij. Cum autem fuerint xxv. Dominicæ, tunc in viginti quattuor Dominicis, dicuntur supradictæ Missæ, vt supra positæ sunt: & in Dominica xxv. ponitur Missa xxv. & vltima, vt infra.

¶ Si vero Dominicæ fuerint plures xxv. tunc post vigesimam quartam resumãtur (quoad Orationes, Epistolas, & Euangelia,) Missæ Dominicarum, quæ superfuerunt post octauã Epiphaniæ, hoc ordine.

¶ Si Dominicæ fuerint xxvj. in Dominica xxv. ponitur Missa Dominicæ quintæ post octauam Epiphaniæ, vt infra. Et in Dominica xxvj. ponitur Missa Dñicæ xxv. & vltim*a* post Trinitatẽ.

¶ Si autem fuerint xxvij. Dominicæ: in Dominica xxv. dicĩ Missa Dominicæ quartæ post octa. Epiphaniæ, vt infra. Et in xxvj. Dñica, dicitur Missa Dominicæ quintæ post octauã Epiphaniæ. Et in xxvij. dicĩ Missa Dñicæ xxv. & vltimæ post Trinitatem: & sic semp vltima erit Dñica xxv. & vltima post Trinitatẽ.

¶ Introitus autem, Graduale, Alleluia. Offert. & Commun. in prædictis Dominicis quarta & quinta post octauã Epiphaniæ accipiuntur de Dominica xxiiij. Sed accõmodata sunt, sicut in ipsis Dominicis sunt dicenda, vt sequitur.



DOMINICA QVARTA post octauam Epiphaniæ.

~~Quæ est xxv. post Trinitatem & dicitur, quando Dominicæ sunt xxvij. post Trinitatem: & si sunt pauciores non dicitur.~~ Introitus.

DIcit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis. Inuocabitis me, & ego exaudiam vos. Et reducam captiuitatem vestrã de cunctis locis. Iere. 29. Psal. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Ps. 84

FAmiliam tuam, quæsumus Domine, continua pietate custodi: vt quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per Do. Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

FRatres: Induite vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatẽ, modestiã, patientiã: supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquẽ habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autẽ hæc, charitatẽ habete, quod est vinculũ perfectionis: & pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abũdanter, in omni sapientia, docẽtes, & cõmonẽtes vosmetipsos, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus ve- Cap. 3.



*Rubr. Ponenda sec[undum] superiorem rubricam.*

ſtris Deo. Omne, quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. Grad.

Pſal. 43. Liberaſti nos Dñe ex affligentibus nos: & odientes nos cõfudiſti. ℣. In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſæcula. Alleluia, alleluia.

Pſal. 147. ℣. Lauda Ieruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Cap. 13.

IN illo tẽpore, Propoſuit Ieſus turbis parabolam, dicẽs: Simile factum eſt regnũ cælorũ homini, qui ſeminauit bonum ſemẽ in agro ſuo. Cũ autẽ dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici & abijt. Cum autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autẽ ſerui patrisfamilias, dixerunt ei: Dñe, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis, imus, & colligimus ea? Et ait: Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſq; ad meſſem, & in tempore meſsis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad cõburendũ, triticũ autẽ congregate in horreum meum. Credo.

Pſal. 129. Offert. De profundis clamaui ad te Domine: Dñe exaudi orationẽ meam. Secr.

HOſtias tibi Domine placationis offerimus: vt & delicta noſtra miſeratus abſoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum noſtrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima poſt Trinitatem. Communio.

Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Marc. 11. Poſtcommunio.

QVæſumus omnipotens Deus; vt illius ſalutaris capiam° effectum, cuius per hæc myſteria pignus accepimus. Per Dominum noſtrum.

Aliæ Poſtcommuniones, vt in Dominica prima poſt Trinitatem.

## DOMINICA QVINTA poſt octa. Epiphaniæ.

~~Quæ, ſi Dñicæ poſt Trinit. fuerint xxvj. tantum, erit xxv. ſi autem fuerint xxviij erit xxvj.~~

Introitus.

DIcit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis, & nõ afflictionis. Inuocabitis me, & ego exaudiam vos. Et reducã captiuitatẽ veſtram de cũctis locis. Pſal. Benedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Ierem. 29. Pſal. 84. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotẽs De°; vt ſemper rationabilia meditantes, quæ tibi ſunt placita, & dictis exequamur & factis. Per Dñm. Aliæ Orationes, vt in Dñica prima poſt Trinit. 258.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

1. Cap. 1. FRatres: Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis, memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris ſine intermiſsione, memores operis fidei veſtræ, & laboris,

*Rubr. Ponenda ſecundum ſuperiorem rubricam.

ris, & charitatis, & sustinentiæ spei Dñi nostri Iesu Christi, ante Deum & Patrẽ nostrum: scientes fratres, dilecti à Deo, electionem vestram: quia Euangeliũ nostrum non fuit ad vos in sermone tantũ, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipientes verbũ in tribulatione multa cũ gaudio Spiritus sancti: ita vt facti sitis forma omnibus credẽtibus in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo Domini, nõ solum in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita vt non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo cõuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo, & vero, & expectare Filium eius de cælis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum qui eripuit nos ab ira ventura. Graduale.

Psal. 43. Liberasti nos Domine ex affligentibus nos: & odientes nos cõfudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in sæcula. Alleluia, alleluia. ℣. Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Alleluia. Psal. 147.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 13.

IN illo tẽpore, Proposuit Iesus turbis parabolam, dicens: Simile est regnum cælorũ grano sinápis, quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptũ mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Credo. Offertorium.

De profundis clamaui ad te Domine: Dñe exaudi orationem meam. Secreta. Psal. 129.

HÆc nos oblatio Deus mundet quæsumus, & renouet, gubernet, & protegat. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio. Marc. 11.

CÆlestibus Dñe pasti delicijs quæsumus; vt semper eadem per quę veraciter viuimus, appetamus. Per Do.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## DOMINICA XXV. & vltima post Trinitatem.

Quæ semper dicitur in Dominica ante primam Dñicam Aduentus. Introitus.

DIcit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis, et non afflictionis. Inuocabitis me, & ego exaudiam vos. Et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Iere. 29.

Psal. 84. Psal. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

EXcita quæsumus Domine tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per Dominum nostrum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

2 ca. 2. ROgamus vos fratres per aduentum Dñi nostri Iesu Christi, & nostræ cõgregationis in ipsum: vt nõ cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritũ, neque per sermonẽ, neque per epistolã tamquã per nos missã, quasi instet dies Dñi. Ne quis vos seducat vllo modo: qm̃ nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersat̃, & extollit̃ supra omne, quod dr̃ Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tamq̃ sit Deus. Non retinetis ꝙ cum adhuc essem apud vos, hæc dicebã vobis? Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. Nam mysteriũ iam operatur iniquitatis: tantũ vt qui tenet nũc, teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dñs Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduẽtus sui eũ: cuius est aduẽtus secundũ operationẽ satanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis ijs, qui pereũt: eo ꝙ charitatẽ veritatis nõ receperunt vt salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris vt credant mendacio, vt iudicentur oẽs, qui non crediderũt veritati, sed consenserunt iniquitati. Ipse autem Dñs noster Iesus Christus, & Deus & Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationẽ æternam, & spem bonã in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono. Grad.

Liberasti nos Domine ex affligentibus nos: & odientes nos confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, allel. ℣. Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Alleluia. Psal. 43. Psal. 147.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus, & nutriẽtibus in illis diebus. Orate autem vt non fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato: erit enim tunc tribulatio magna: qualis nõ fuit ab initio mũdi vsque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc siquis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce Cap. 24.

præ-

prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis. Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur, & aquilæ. Statim autẽ post tribulationem dierum illorũ sol obscurabitur, & luna nõ dabit lumen suũ, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorũ commouebuntur: & tũc parebit signũ Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbũt Filium hominis venientem in nubibus cęli cum virtute multa, & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quattuor ventis; à summis cælorum vsq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: cũ iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas: ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. Cælum, & terra transibũt, verba autem mea non præteribunt. Credo. Offert.

Psal. 129. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi orationem meam. Secr.

PRopitius esto Domine supplicationibus nostris: & populi tui oblationibus precibusque susceptis, omnium nostrum ad te corda conuerte: vt à terrenis cupiditatibus liberi, ad cælestia desideria transeamus. Per Dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Mar. 11. Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

COncede nobis, quæsumus Domine, vt per hæc sacramenta, quæ sumpsimus, quidquid in nostra mente vitiosum est, ipsorum medicationis dono curetur. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

---

## FERIA QVARTA quattuor temporum Septembris.

Fiunt genuflexiones.

Statio ad S. Mariam maiorẽ. Introitus.



EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. Sumite psalmum iucundum cum cithara, Canite initium mensis tuba, quia præceptũ in Israel est, & iudiciũ Deo Iacob. Ps. Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollemnitatis vestræ. ℣. Gloria Patri. Non dicit Dñs vobiscum: sed Oremus. Ad hãc Orõnẽ stẽt Fratres versis vultib⁹ ad altare. Orõ. Psal. 80

MIsericordiæ tuæ remedijs quæsumus Domine, fragilitas nostra subsistat: vt quæ sua cõditione atteritur, tua clementia reparetur. Per Dominũ.

Lectio Amos Prophetæ.

ECce dies veniunt, dicit Dominus: & comprehendet arator messorẽ, & calcator vuæ mittẽtẽ semẽ: & stillabũt mõtes dulcedinẽ, & omnes colles culti erũt. Et conuertã captiuitatem populi mei Israel: & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinũ earum: & facient hortos, & comedent fructus eorũ. Et plantabo eos super humũ suam: & non euellã eos vltra de terra sua, quã dedi eis, dicit Dominus Deus tuus. Cap. 9.

Psal. 33. Grad. Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. ℣. Accedite ad eũ, & illuminamini: & facies veſtræ non cõfundentur. Graduale non reiteret. ℣. Dominus vobiſcũ. Oremus. Ad hanc Orationem Fratres flectãt genua. Oro.

PRæſta quæſumus Domine ſupplicanti familię; vt dum à cibis corporalibus ſe abſtinet, à vitijs mente ieiunet. Per Dominum noſtrum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima poſt Trinitatem. 258.

Lectio libri Eſdræ.

IN diebus illis, Congregatus
2. Cap. 8. eſt omnis populus quaſi vir vnus ad plateã, quæ eſt ante portam aquarũ: & dixerunt Eſdræ ſcribę, vt afferret Librum legis Moyſi, quã præceperat Domin⁹ Iſraeli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legẽ corã multitudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima menſis ſeptimi. Et legit in eo aperte in platea, quæ erat ante portã aquarum, de mane vſque ad mediam diem, in conſpectu virorum & mulierum, & ſapientiũ: & aures omnis populi erant erectæ ad Librũ. Stetit autem Eſdras ſcribas ſuper gradum ligneũ, quẽ fecerat ad loquendum: & ſteterunt iuxta eum Leuitæ. Et aperuit Eſdras Librum coram omni populo: Et benedixit Eſdras Domino Deo magno: & reſpondit omnis populus: Amen, amen: eleuans manus ſuas: & incuruati ſunt, & adorauerunt Deum proni in terram. Porro Leuitæ ſilentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem ſtabat in gradu ſuo. Et legerunt in Libro legis Dei diſtincte, & aperte ad intelligendum: & intellexerunt cum legeretur. Dixit autem Nehemias (ipſe eſt Atherſata) & Eſdras ſacerdos, & ſcriba, & Leuitæ interpretantes vniuerſo populo: Dies ſanctificatus eſt Domino Deo noſtro, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis populus cum audiret verba legis. Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes his, qui non præparauerunt ſibi: quia ſanctus dies Domini eſt, & nolite contriſtari: gaudium etenim Domini eſt fortitudo noſtra. Graduale.

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui Psal. 112.
in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo, & in terra? ℣. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem. Graduale reiteretur.

Sequentia S. Euãgelij ſecũdum Marcũ.

IN illo tempore, Re- Cap. 9.
ſpondens vnus de turba, dixit ad Ieſum: Magiſter, attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum: qui vbicumq; eũ apprehenderit, allidit illum, et ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit: & dixi diſcipulis tuis vt eijcerẽt illum, & non potuerunt. Qui reſpondens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cũ vidiſſet eũ, ſtatim ſpiritus conturbauit illũ: & eliſus in terram, volutabatur ſpumãs. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia: & frequẽter eũ in ignẽ, & in aquas miſit vt eũ ꝑderet: ſed ſiquid potes, adiuua nos, miſertus noſtri. Ieſus autẽ ait illi: Si potes credere, omnia poſſibilia

bilia

lia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lacrymis aiebat: Credo, Domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immũdo, dicens illi: Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpẽs eum, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent: Quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio. Offertorium.

Psal. 118. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde. Et leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Secreta.

HÆc hostia, quæsumus Domine, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesq; sanctificet. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem. Communio.

Esd. 2 ca. 8. Comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes eis, qui non præparauerunt sibi: sanctus enim dies Domini est, nolite contristari: gaudium etenim Domini est fortitudo nostra. Postcomm.

SVmẽtes Domine dona cęlestia suppliciter deprecamur; vt quæ sedula seruitute donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

## FERIA SEXTA quattuor temporum Septembris.

Fiunt genuflexiones.

Statio ad SS. duodecim Apostolos, Intr.

LÆtetur cor quærentium Dominum. Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper. Psalm. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter Gentes opera eius. Psal. 104.

℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

PRæsta quæsumus oĩpotens Deus; vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dominum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima post Trinitatem. 258.

Lectio Osee Prophetæ.

HÆc dicit Dominus Deus: Conuertere Israel ad Dñm Deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba, & cõuertimini ad Dominum: & dicite ei: Omnem aufer iniquitatẽ, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos, super equũ non ascendemus, nec dicemus vltra: Dij nostri opera manuũ nostrarum: quia eius, qui in te est, misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spõtanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabũt quasi vinea: memoriale Cap. 14.

riale eius sicut vinum Libani. Ephraim quid mihi vltra idola? ego exaudiã, & dirigam eũ ego vt abietem virẽtem: ex me fructus tuus inuẽtus est. Quis sapiens, & intelliget ista? intelligẽs, & sciet hęc? quia rectę viæ Domini, & iusti ambulabũt in eis: præuaricatores vero corruent in eis.

Psal. 89. Graduale. Conuertere Domine aliquãtulum, & deprecare super seruos tuos. ℣. Domine, refugium factus es nobis: à generatione in generationem.

Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap 7. IN illo tẽpore, Rogabat Iesum quidã de Pharisæis, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lacrymis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique, quæ, & qualis est mulier, quę tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Æstimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meũ non vnxisti: hęc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Offertorium. Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius: & renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Psal. 102.

Secreta.

ACcepta tibi sint, Domine quæsumus, nostri dona ieiunij: quæ & expiãdo nos tua gratia dignos efficiant, & ad sempiterna promissa perducant. Per Dominum nostrum.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem.

Communio.

Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia testimonia tua exquisiui Domine. Nam & mandata tua meditatio mea est. Psal. 118.

Postcommunio.

QVæsumus omnipotens Deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per Dominum nostrum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

SAB-

## SABBATO QVATTVOR temporum Septembris.

Fiunt genuflexiones.

Statio ad sanctum Petrum, Introitus.

Psal. 94.
Enite adoremus Dñm, & ꝓcidamus ante Deũ: ploremus ante eum, qui fecit nos. Quia ipse est Dñs Deus noster. Psalm. Venite, exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro. ℣. Gloria Patri.

Ante quinque sequẽtes Orationes non dicitur Dominus vobiscum: sed dicitur Oremus. ad quas stent Fratres versis vultibus ad altare. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarem corporibus mederis & mentibus; maiestatem tuam suppliciter exoramus; vt pia ieiunantium deprecatione placatus, & præsentia nobis subsidia tribuas, & futura. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Leuitici.

c. 23.
N diebus illis, Locutus est Dñs ad Moysen, dicens: Decimo die mẽsis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustũ Domino. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus Deus vester. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & quę operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternũ erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est, & affligetis animas vestras die nono mensis: A vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.

Grad. Propitius esto Domine peccatis nostris: ne quando dicant Gentes, Vbi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Domine libera nos. Psal. 78.

Grad. non reiteretur. Oremus. Oratio.

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus; vt ieiunando tua gratia satiemur: & abstinẽdo, cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per Dominum.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis, Locutus est Dñs ad Moysen, dicens: A quintodecimo die mẽsis septimi, quãdo congregaueritis omnes fructus terræ vestrę, celebrabitis ferias Domini septem diebus: die primo, & die octauo erit sabbatum, id est requies. Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrẽte, & lætabimini corã Domino Deo vestro, celebrabitisque sollemnitatem eius septẽ diebus per annum: legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de Terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester. c. 23.

Graduale. Protector noster aspice Deus, & respice super seruos tuos. Psal. 83.

℣. Domine Deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Graduale non reiteretur. Oremus. Oratio.

Tuere

TVere, quæsumus Domine, familiam tuam: vt salutis æternę remedia, quæ te inspirante requirimus, te largiente consequamur. Per Dominum.

Lectio Michęæ Prophetæ.

ca. 7. DOmine Deus noster, pasce populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tuæ habitantes solos in saltu, in medio Carmeli: pascentur Basan et Galaad iuxta dies antiquos. Videbunt gentes, & confundetur super omni fortitudine sua. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hereditatis tuæ? non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur, & miserebitur nostri: deponet iniquitates nr̃as, & proijciet in profundũ maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Iacob, misericordiã Abraham: quę iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

Psal. 119. Grad. Ad Dominũ cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. ℣. Domine libera animã meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Graduale non reiteretur.

Oremus. Oratio.

PRæsta, quæsumus Domine, sic nos ab epulis carnalibus abstinere, vt à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per Dominum nostrum.

Lectio Zachariæ Prophetæ.

Cap. 8. IN diebus illis, Factum est verbum Domini exercituum, dicens: Hęc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracũdiam prouocassent patres vestri me, dicit Dominus, & non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciam domui Iuda, & Ierusalem: nolite timere. Hęc sunt ergo verba, quæ facietis: Loquimini veritatẽ, vnusquisq; cũ proximo suo: veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisque malũ contra amicum suũ ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentũ mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dñs. Et factum est verbum Dñi exercituum ad me, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium, & lætitiam, & in sollemnitates præclaras: veritatem tantum, & pacem diligite.

Graduale. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo Domine. Psal. 140.
℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Graduale non reiteretur. Oremus. Oratio.

VT nobis Domine tribuis sollemne tibi deferre ieiunium, sic nobis quæsumus indulgentiæ præsta subsidium. Per Dominum nostrum.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis, Angelus Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Et non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebãt Deum in fornace, dicentes: Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sęcula, & bene-

& benedictum nomen gloriæ tuæ ſanctum: & laudabile, & ſuperexaltatum in omnibus ſæculis. Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ: & ſuperlaudabilis, & ſupergloriosus in ſæcula. Benedictus es in throno regni tui: & ſuperlaudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedictus es, qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper cherubim; & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedictus es in firmamento cæli: & laudabilis & glorioſus in ſæcula. Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula. Quia eruit nos de inferno, & ſaluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius. Benedicite omnes religioſi Domino Deo deorum: laudate & confitemini ei, quia in omnia ſæcula miſericordia eius.

Tractus, vel Hymnus ſequens à duobus cantetur, choro reſpondente ſingulis verſibus.

OMnipotentem ſemper adorant, & benedicunt omne per æuum. ℟. Omnipotentem ſemper adorant, & benedicunt omne per æuum.

℣. Aſtra polorum cuncta, chorique, ſolque, ſororque, lumina cæli. ℟. Et benedicunt omne per æuum. ℣. Sic quæque lymphæ, quæque ſupernæ, ros, pluuiæque, ſpiritus omnis. ℟. Omnipotentem ſemper adorant, & benedicũt omne per æuum. ℣. Ignis, & æſtus, cauma, geluque, frigus, & ardor, atque pruina. ℟. Et benedicunt omnes per æuum. ℣. Nix, glacieſque, noxque, dieſque, lux, tenebræque, fulgura, nubes. ℟. Omnipotentem ſemper adorant, & benedicunt omne per æuum. ℣. Arida, montes, germina, colles, flumina, fontes, pontus, & vnda. ℟. Et benedicunt omne per æuum. ℣. Omnia viua, quæ vehit æquor, quæ vehit aer, terraq; nutrit. ℟. Omnipotentem ſemper adorant, & benedicunt omne per æuum. ℣. Cuncta hominum gens, Iſraelitæ Chriſticolæque, ſeruuli, quique. ℟. Et benedicũt omne per æuum. ℣. Sancti, humileſque corde, corde benigno, treſque puſilli, exuperantes. ℟. Omnipotentem ſemper adorant, & benedicunt omne per æuum. ℣. Quiq; camini ſpernere flammam, iuſſa tyranni temnere prompti. ℟. Et benedicunt omne per æuũ. ℣. Sit Genitori laus, Genitoque, lauſq; beato Flamini ſacro. ℟. Omnipotentem ſemper adorant, & benedicunt omne per æuum. ℣. Omnipotentem ſemper adorant. ℟. Et benedicunt omne per æuum. Sequitur ℣. Dominus vobiſcũ. Oremus. Oratio: ad quam Fratres genuflectunt.

DEus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium; concede propitius; vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Aliæ Orationes, vt in Dominica prima poſt Trinitatem. 258.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

FRatres: Tabernaculum factum eſt primum, in quo erant candelabra, & menſa, & propoſitio panum, quæ dicitur Sancta. Poſt velamentum autem Cap. 9.

ſecun-

ſecundum tabernaculum, quod dicitur Sancta ſanctorum: aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti, ſuperque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non eſt modo dicendum per ſingula. His vero ita compoſitis: in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorum officia conſummantes: in ſecundo autem ſemel in anno ſolus pontifex non ſine ſanguine, quem offert pro ſua, & populi ignorantia, hoc ſignificante Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum quæ parabola eſt temporis inſtantis: iuxta quam munera, & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, ſolummodo in cibis, & in potibus, & varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis vſque ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus autem aſsiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis: neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta.

Tractus.

Pſal. 116. Laudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore, Dicebat Ieſus turbis hanc ſimilitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Cap. 13. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: ſuccide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille reſpondens, dicit illi: Domine dimitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora: & ſi quidem fecerit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides eam. Erat autem docens in ſynagoga eorum ſabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cum videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. Reſpondens autem archiſynagogus, indignans quia ſabbato curaſſet Ieſus: dicebat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die ſabbati. Reſpondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocritæ, vnuſquiſque veſtrum ſabbato non ſoluit bouem ſuum, aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit ſatanas, ecce decem & octo annis non oportuit

tuit solui à vinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo.

Offertorium.

Psal. 87. Domine Deus salutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te. Intret oratio mea in conspectu tuo Domine.

Secreta.

CONcede quæsumus omnipotens Deus; vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica prima post Trinitatem.

Communio.

Leui. 23. Mense septimo festa celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de Terra Ægypti, ego Dominus Deus vester.

Postcommunio.

PErficiant in nobis Domine quæsumus tua sacramenta quod continent: vt quæ nunc spe gerimus, rerum veritate capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica prima post Trinitatem.

ECCE AGNVS

# PROPRIVM MISSARVM
## DE SANCTIS.

Die 29. Nouẽb. IN VIGILIA SANCTI Andreæ Apostoli,

Fiunt genuflexiones. Introitus.

Matt. 4. DOminus secus mare Galilææ vidit duos fratres, Petrum, & Andream, & vocauit eos: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Psalm.

Ps. 18 Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamẽtum. ℣. Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto. &c. Non dicitur Gloria in excelsis.

Oratio.

QVæsumus omnipotens Deus; vt beatus Andreas Apostolus, cuius præuenimus festiuitatem, tuum pro nobis imploret auxilium: vt à nostris reatibus absoluti: à cunctis etiam periculis eruamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

Pro sancto Saturnino martyre, Oratio.

DEus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui, eius nos tribue meritis adiuuari. Tertia oratio de beata Virgine, Concede nos. 42. Epistola, Benedictionem omnium gentium, vt in Vigilia Apostolorum. 1. Graduale.

Psal. 138. NImis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 1. IN illo tempore, Stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem; & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) vbi habitas? Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierãt à Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam. (quod est interpretatum Christus.) Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autẽ eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ, & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetę, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Phi-

Philippus: Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael venientẽ ad se, & dicit de eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquã te Philippus vocaret, cũ esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei: Amen, amẽ dico vobis videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis. Offertorium.

Ps. 8. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Secreta.

Sacrandum tibi Domine munus offerimus, quo beati Andreæ Apostoli tui sollemnia recolentes, purificationem quoque nostris mentibus imploramus. Per Dominum nostrum.

Pro sancto Saturnino martyre, Secreta.

Munera tibi Dñe dicata sanctifica: & intercedente beato Saturnino martyre tuo, per hæc eadẽ nos placatus intende. Tertia de beata Virgine.

Ioan. 1. Commun. Dixit Andreas Simoni fratri suo: Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus. Et adduxit eũ ad Iesum. Postc.

Perceptis Domine sacramentis suppliciter exoramus: vt intercedente beato Andrea Apostolo tuo, quæ pro illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Pro sancto Saturnino, Postcommunio.

Sanctificet nos quæsumus Dñe tui perceptio sacramẽti: & intercessione beati Saturnini martyris tui tibi reddat acceptos. Tertia de beata Virgine.

¶ Si Vigilia sancti Andreæ venerit in Aduentu, prima Missa cantetur de Aduentu cum commemoratione sancti Saturnini, & beatæ Virginis. Deus, qui de beatæ. 1. Et post Sextã cantetur Missa de Vigilia: secunda Oratio, Deus, qui de beatæ. Tertia, Conscientias. 1. Missæ vero priuatæ erunt de Aduentu cum commemoratione Vigiliæ. Tertia de sancto Saturnino, quæ terminatur sic Per Dominum. Et ita terminatur Secreta & Postcommunio. Et in fine Missæ dicitur Euangelium Vigiliæ.

¶ Si festum S. Andreæ venerit feria secunda, Missa de Vigilia dicitur in Sabb. Et secunda Oratio de beata Virgine. Concede. Tertia, Ecclesiæ, vt supra post Dominicã in Albis. 228. Et commemoratio sãcti Saturnini fit in Dñica: quod & in alijs Vigilijs (exceptis Vigilijs Natiuit. Dñi, & Epiphaniæ) seruatur.

## IN FESTO SANCTI Andreæ Apostoli, Introitus. Die 30.

Psal. 138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psalm. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

Maiestatem tuã Dñe suppliciter exoramus; vt sicut Ecclesiæ tuæ beatus Andreas Apostolus extitit prædicator & rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dominũ.

Lectio

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Cap. 10. FRatres: Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis, qui credit in illũ, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci: nã idem Dñs omnium, diues in omnes, qui inuocãt illum. Omnis enim, quicũque inuocauerit nomen Dñi, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quẽ non crediderũt? Aut quomodo credent ei, quẽ non audierunt? Quomodo autẽ audiẽt sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptũ est: Quàm speciosi pedes euangelizantiũ pacem, euangelizantium bona! Sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum.

Psal. 44. Graduale. Cõstitues eos principes super omnẽ terram. Memores erunt nominis tui Dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, allel. ℣. Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis. Allel.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 4. IN illo tẽpore, Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrẽ eius, mittentes rete in mare, (erãt enim piscatores) & ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedęo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Credo.

Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui Domine, in omni progenie, & generatione. Psal. 44.

Secreta.

SAcrificium nostrum tibi Domine, quæsumus, beati Andreæ Apostoli precatio sancta conciliet: vt cuius honore sollemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per Dominum.

Præfatio, Te Domine suppliciter. 189.

Communio. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus, secuti sunt Dominum. Mat. 4.

Postcommunio.

SVmpsimus Domine diuina mysteria, beati Andreæ festiuitate lætantes: quæ sicut tuis Sanctis contulisti ad gloriam, ita nobis quæsumus ad veniam prodesse perficias. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

## FESTA DECEMBRIS.

### PRO COMMEMORAT. Die 1.

sanctæ Bibianæ virginis, & martyris, Oratio. Indulgentiam, cum sua Secreta, & Postcommunio de communi vnius virginis, & martyris. 21.

### IN FESTO S. BARBARÆ Die 4

virginis, & martyris, Missa, Loquebar de testimonijs. de communi vnius virginis, & martyris. 20. cum

Euangel. Simile erit regnum cælorum decem virginibus, de eodē cōmuni. 22.

Die 5 PRO COMMEMORAT. S. Sabbæ Abbatis. Oratio. Intercesſio. de communi Abbatum. 17.

---

Die 6 IN FESTO S. NICOLAI Epiſcopi, & confeſſ. Introitus.

Eccl. 45. STatuit ei Dominus teſtamentū pacis, & principē fecit eū, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum.

Pſal. 88. Pſal. Miſericordias Domini in æternum cantabo. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui beatum Nicolaum pontificem tuum innumeris decoraſti miraculis; tribue quæſumus; vt eius meritis & precibus à gehennæ incendijs liberemur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lectio Epiſtolę beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

Cap. 13. FRatres: Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem. Ieſus Chriſtus heri, & hodie: ipſe & in ſæcula. Doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor, non eſcis: quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra: improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilāt quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.

Graduale. Domine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Pſal. 20.

℣. Vitam petijt à te: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum ſæculi. Alleluia, alleluia.

℣. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia. Pſal. 91.

Euangeliū, Sint lumbi veſtri præcincti, vt in communi plurim. Confeſſ. 18.

Offertorium. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Pſal. 88.

SAnctifica, quęſumus Domine, oblata munera, quę in veneratione ſancti antiſtitis tui Nicolai offeruntur: vt per ea, vita noſtra inter aduerſa vbique dirigatur, & proſpera. Per Dominum.

Communio. Beatus ille ſeruus, quē cum venerit dominus eius, inueneritvigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcomm. Matt. 24.

SAcrificia, quæ ſumpſimus Domine, pro ſollemnitate ſancti pontificis tui Nicolai, ſempiterna nos protectione cōfirment. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

IN

Die 7.
IN FESTO SANCTI Ambrosij episcopi & confessoris, ac doctoris Ecclesiæ, Introitus.

Eccl. 15.
IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus, stola gloriæ induit eum.

Psal. 91.
Psalm. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

EXaudi Dñe populum tuũ tota tibi mẽte subiectũ: & beati Ambrosij confessoris tui atque pontificis supplicatione custodi: vt corpore & corde protectus, quod pie credit appetat: & quod iuste sperat obtineat. Per Dominum.

Epistola, Testificor coram Deo, de cõmuni doctorum. 14.

Eccl. 44.
Grad. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuẽtus similis illi, qui cõseruaret legem Excelsi.

Psal. 88.
Alleluia, allel. ℣. Inueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eum. Allel.

Euangelium, Vos estis sal terræ. de eodẽ communi. 14. & dicitur Credo.

Psal. 88.
Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAcrificium nostrum Domine beati Ambrosij pontificis intercessione placatus suscipe: & per hoc nos tibi sacrificium esse concede. Per Dominum.

Matt. 24. & Luc. 12.
Communio. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

SVmptis Domine diuinis mysterijs, beati Ambrosij pontificis intercessione nobis hoc prodesse postulamus ad veniam, quod illi proficit ad gloriam. Per Dominum.

Die 8.
IN FESTO Conceptionis gloriosæ virginis Mariæ, Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Mariæ virginis: de cuius Conceptione gaudent angeli, & collaudant Filium Dei. Psal.

Psal. 44.
Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gaudeamus. ℣. Gloria Patri. Gaudeamus omnes. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

SVpplicationem seruorum tuorum Deus miserator exaudi: vt qui in Conceptione Dei genitricis & virginis Mariæ congregamur, eius intercessionibus à te de instãtibus periculis eruamur. Per eumdem Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Prou. 8.
DOminus possedit me in initio viarũ suarum, antequã quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequàm terra fieret. Nondum erãt abyssi, & ego iam concepta eram: necdũ fontes aquarũ eruperant: necdum mõtes graui mole constiterant, ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quãdo circumdabat mari ter-

terminum suũ,& legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta cõponens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tẽpore; ludens in orbe terrarũ: & deliciæ meæ esse, cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

Grad. Benedicta, & venerabilis es virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inuẽta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quẽ totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, allel. ℣. Conceptio gloriosæ virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda, claræ ex stirpe Dauid. Alleluia.

Initium S. Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 1.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abrahã genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudam, & fratres eius. Iudas autẽ genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autẽ genuit Aram. Aram autẽ genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autẽ genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autẽ genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ. Salomon autẽ genuit Roboã. Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Asa. Asa autẽ genuit Iosaphat. Iosaphat autẽ genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autẽ genuit Ioatham. Ioatham autẽ genuit Achaz. Achaz autẽ genuit Ezechiam. Ezechias autẽ genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in trãsmigratione Babylonis. Et post trãsmigrationem Babylonis: Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autẽ genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autẽ genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Credo.

Offertorium. Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Secreta.

Vnigeniti tui Dñe nobis succurrat humanitas: vt qui natus de Virgine, matris integritatẽ non minuit, sed sacrauit; in Conceptionis eius sollẽnijs, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum viuit.

Præfatio, Et te in Conceptione. 188.

Communio. Regina mũdi, dignissima Maria, virgo perpetua, intercede pro nostra pace & salute: quæ genuisti Christũ Dñm Saluatorem omnium. Postcõm.

Sumpsi-

SVmpsimus Dñe celebritatis annuæ votiua sacramenta: præsta quæsumus; vt & temporalis vitæ nobis remedia præbeant, & æternę. Per Dominum.

Die 11. IN FESTO S. DAMASI Papæ, & confessoris, Missa.

Sacerdotes tui, de communi vnius Confessoris pontific. 12. præter orationem, quæ dicitur, vt infra. Oratio.

EXaudi Domine preces nostras: & intercedente beato Damaso confessore tuo atque pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, & pacem. Per Dominum. Secreta.

ACcepta tibi sit quæsumus Domine sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum. Postcomm.

DA quæsumus Domine fidelibus populis, Sanctorum tuorum semper veneratione lætari: & eorũ perpetua supplicatione muniri. Per Dominum.

Die 13. IN FESTO S. LVCIÆ virginis, & martyris, Introitus.

Psal. 44. DIlexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę Lucię virginis & martyris tuę festiuitate gaudemus; ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dñm.

Epistola. Domine Deus meus, de communi vnius virg. & mart. 20. Graduale.

Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem. Psal. 44.
℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitię. Alleluia, allel. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Alleluia. Psal. 44.

Euangelium. Simile est regnũ cælorum thesauro. vt in eodem communi. 20.

Offertorium. Offerentur regi virgines post eam: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino. Secreta. Psal. 44.

ACcepta sit tibi Domine sacratę plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum. Communio.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternũ. Postcõm. Psal. 44.

SAtiasti Domine familiã tuam muneribus sacris: beatæ Luciæ quæsumus interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum.

¶ In festo S. Spiridonis Episcopi, & confessoris Missa, Sacerdotes Dei, de communi vnius confessoris Pontif. 12. Si hoc festum venerit in feria secunda, tunc festum sanctæ Luciæ transferatur in feriam tertiam. Die 14.

IN VIGILIA S. THOMÆ. Die 20.

Post Sextam cantetur Missa de Vigilia. Ego autem sicut oliua, de Vigilia Apostolorum. 1. cum genuflexionibus. Secunda Oratio de beata Virg. Deus, qui de beatæ. 40. Tertia. Eccle. 85. Et prima Missa de Aduentu, secunda Oratio de beata Virgine, tertia. Conscientias. 1. Missæ vero priuatæ erunt de Aduentu, cum cõmemoratione Vigiliæ, & beatæ Virg. 40. & in fine Euang. Vigiliæ.

¶ Si hæc Vigilia venerit in Quattuor tẽpori-

poribus, de Vigilia cantetur prima Missa; & post Sextá de quattuor tẽporibus. Missæ vero priuatæ erunt de quattuor tẽporibus, cum comm. Vigiliæ, & beatæ Virg. & in fine dicitur Euang. Vigiliæ.

Die 21. IN FESTO SANCTI Thomæ Apostoli, Introitus.

Psal. 138. MIhi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psal. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionẽ meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, beati Apostoli tui Thomæ sollẽnitatibus gloriari: vt eius semper & patrocinijs subleuemur, & fidem congrua deuotione sectemur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Cap. 2. FRatres: Iam non estis hospites, & aduenę: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei: superędificati super fundamentũ Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu: in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

Psal. 44. Graduale. Cõstitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui Domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Propterea populi confite-

Ioan. 15. bũtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tẽpore, Thomas vnus ex duodecim, qui dicitẽ Didymus, non erat cum discipulis quãdo venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dñm. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorũ, & mittam digitũ meum in locum clauorũ, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cũ eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomę: Infer digitũ tuum huc, & vide manus meas, & affer manũ tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respõdit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Credo. Cap. 20.

Offert. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta. Psal. 138.

DEbitum tibi Domine nostræ reddimus seruitutis, suppliciter exorantes; vt suffragijs beati Apostoli tui Thomæ, in nobis tua munera tuearis, cuius honoranda confessione, laudis tibi hostias immolamus. Per Dominum.

Præfatio, Te Domine suppliciter. 189.

Comm. Mitte manũ tuam, & cognosce loca clauorũ, alleluia: & noli esse incredulus, sed fidelis, alleluia, allel. Postcom. Ioan. 20.

Con-

Conserua Domine populum tuũ: & quem Sanctorum tuorum præsidijs non desinis adiuuari, perpetuis tribue gaudere remedijs. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

# FESTA IANVARII.

Die 14. IN FESTO SANCTI Hilarij Episcopi, & Confess. Missa.

In medio Ecclesiæ, de communi Doctorum. 13.

Pro commemoratione sancti Felicis presbyt. & confess. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus; vt ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos prouocent: quatenus quorum sollemnia agimus, etiam actus imitemur. Tertia Oratio de beata Virgine, Deus, qui salutis. 41. Secreta.

Hostias tibi Domine beati Felicis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcommunio.

Quæsumus Domine salutaribus repleti mysterijs; vt cuius sollemnia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

¶ Si contingat festum sancti Hilarij transferri in alium diem, non tamen prædicta commemoratio sancti Felicis transfertur, sed de ea fit suo die: quod & in similibus festis semper seruatur.

Die 15. IN FESTO SANCTI Mauri Abbatis, Missa.

Os iusti meditabitur, de communi Abbatum. 17.

Die 16. IN FESTO SANCTI Marcelli Papæ, & martyris. Introit.

Statuit ei Dñs testamentũ pacis, & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Ecci. 45. Ps. Misericordias Domini in æternum cantabo. ℣. Gloria Patri. Ps. 88

Gloria in excelsis. Oratio.

Preces populi tui quæsumus Domine clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atque pontificis meritis adiuuemur, cuius passione lætamur. Per Dominum nostrum.

Epistola. Benedictus Deus, de communi vnius mart. pontif. 5. Graduale.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eũ. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum cõfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Ps. 88

Alleluia, allel. ℣. Posui adiutoriũ super potentẽ: & exaltaui electũ de plebe mea.

Euangelium, Si quis vult post me venire, de communi vnius martyris. 3.

Offertor. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ps. 88 Secreta.

Suscipe quæsumus Domine munera dignanter oblata: & beati Marcelli suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per Dominum. Communio.

Domine, quinque talẽta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Matt. 25. Postcommunio.



Die 14. Januarij Missa de dulciss. nomine Iesu cũ com. S. felicis martyris / nõ confess. / ut in libello PP. discalceatorum. De S. Hilario fit die 31. eiusdem mensis

SAtiasti Domine familiam tuã muneribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Die 17. IN FESTO SANCTI Antonij Abbatis, Missa. Os iusti, de communi Abbatum. 17.

IN FESTO

Die 18. Cathedræ sancti Petri, qua Romæ primum sedit, Introitus.

Eccl. 45. STatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Psl. 88 Psal. Misericordias Domini in æternum cantabo. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clauibus regni cælestis, ~~animas~~ ligandi atque soluendi pontificium tradidisti; concede; vt intercessionis eius auxilio à peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis.

Pro commemoratione sanctæ Priscæ virginis & martyris. Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus; vt qui beatæ Priscæ virginis & martyris tuæ natalitia colimus, & annua sollemnitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

1. Cap. 1. PEtrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi: Gratia vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus: vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi.

Graduale. Exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum. ℣. Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum. Psal. 106.

Si festum Cathedræ venerit ante Septuagesimam, post Graduale statim dicitur. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Alleluia. Matt. 16.

Si autem venerit post Septuagesimam, omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequens Tractus. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Matt. 16.
℣. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. ℣. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. ℣. Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 16. IN illo tempore, Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? At illi dixerũt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Credo.

Matt. 16. Offertorium. Tu es Petrus, & super hãc petrã ædificabo ecclesiã meam, & portæ inferi non præualebũt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Secreta.

Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine preces & hostias beati Apostoli tui Petri commendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per Dominum nostrum.

Pro commemoratione sanctæ Priscæ, Secreta.

Hostia quæsumus Domine, quam in Sanctorum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dominũ.

Præfatio. Te Domine suppliciter exorare. 189. Communio.

Matt. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã. Postcommunio.

Lætificet nos Domine munus oblatum: vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilem prædicamus, sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dominum nostrum.

Pro commemoratione sanctæ Priscæ, Postcommunio.

Quæsumus Domine salutaribus repleti mysterijs; vt cuius sollemnia celebramus, eius orationib⁹ adiuuemur. Per Dominum nostrum.

In festo S. Dionysij Papæ, & martyris Die 19. ~~Ordinis nostri~~ Missa, Sacerdotis Dei, de communi vnius martyris pontif. 5.

IN FESTO SANCTORVM martyrum Fabiani, & Sebastiani, Missa, Die 20.

Intret in conspectu tuo, de communi plurimorum mart. 8. preter orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio.

Infirmitatem nostram respice omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum. Secreta.

Hostias tibi Domine beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominũ nostrum Iesum Christum. Postcommun.

Refecti participatione muneris sacri quæsumus Domine Deus noster; vt cuius exequimur cultum, interce-

tercedẽtibus sanctis martyribus tuis Fabiano, & Sebastiano, sentiamus effectũ. Per Dominum nostrum.

---

Die 21. IN FESTO SANCTÆ Agnetis virginis, & martyris, Introit.

Psal. 118.
ME expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua Domine intellexi. Omnis consummationis vidi finẽ: latum mandatum tuum nimis. Psalm. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quæque confundas; concede propitius, vt qui beatæ Agnetis virginis & martyris tuæ sollemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum. Epistola, Confitebor tibi Domine rex, de communi vnius virginis, & mart. 21.

Ps. 44 Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternũ. ℣. Propter veritatem & mansuetudinẽ, & iustitiam: & deducet te mirabiliter

1. Cor. 11. dextera tua. Alleluia, allel. ℣. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Alleluia.

Psal. 125. Post Septuagesimam omisso Alleluia. & ℣. dicitur sequẽs Tractus, Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Euangelium, Simile erit regnum cælorum decem virginibus, de eodem communi. 22. Offertorium.

Adducentur regi virgines post eam: Ps. 44 proximæ eius afferentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino. Secreta.

HOstias Domine quas tibi offerimus, propitius suscipe: & intercedente beata Agnete virgine & martyre tua, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per Dominum. Communio.

Matt. 25. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino. Postcommunio.

REfecti cibo potuque cælesti, Deus noster te supplices exoramus; vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per.

IN FESTO SANCTORVM Die 22. martyrum Vincentij, & Anastasij, Missa. Multæ tribulationes, de communi plurimorum martyrũ. 9. excepta oratione, quæ dicitur vt infra. Oratio.

ADesto quæsumus Domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beatorum martyrũ tuorum Vincentij & Anastasij intercessione liberemur. Per Dominum. Secreta.

MVnera tibi Domine nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Postcommun.

QVæsumus omnipotens Deus; vt qui cęlestia alimenta percepimus, intercedentibus beatis martyribus tuis Vincentio & Anastasio, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dñm.

SAN-

Die 24. SANCTI TIMOTHEI Episcopi, & martyris. Introitus.

Eccl. 45. STatuit ei Dñs testamentum pacis, & principẽ fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.
Psal. 88. Psal. Misericordias Domini in æternum cantabo. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

INfirmitatem nostrã respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Timothei martyris tui atque pontificis intercesio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

1.c.6. CHarisime: Sectare iustitiã, pietatem, fidẽ, charitatem, patiẽtiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitã æternã, in qua vocatus es, & confessus bonã confesionem corã multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam cõfesionem: vt serues mandatũ sine macula, irreprehensibile vsque in aduentũ Domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, Rex regum, & Dñs dominantium: qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccesibilem: quem nullus hominũ vidit, sed nec videre potest: cui honor, & imperium in sempiternum: Amen.

Psal. 88. Grad. Inueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum, alleluia. Os. c. 14.

Post Septuagesimam omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequens Tract. Desiderium animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius nõ fraudasti eum. ℣. Quoniam præuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Psal. 20.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

c. 21. IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Ponite in cordibus vestris non pręmeditari quemadmodum respõdeatis: ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & cõtradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autẽ à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficiẽt ex vobis: & eritis odio omnibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro nõ peribit. In patientia vestra posidebitis animas vestras.

Psal. 88. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HOstias tibi Domine beati Timothei martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum. Communio.

Psal. 88. Semel iuraui in sancto meo: semen eius in æternum manebit. Et sedes eius, sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis. Postcommunio.

Refecti

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster; vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Timotheo martyre tuo atque pontifice sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

Die 25. IN CONVERSIONE S. Pauli Apostoli, Introitus.

LÆtemur omnes in Domino, hodiernum diem sollemniter celebrantes: quo beatus Paulus conuersione sua præsentem mundum decorauit.

Psal. 138. Psalmus. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri, & Filio.

Gloria in excelsis Deo. Oratio.

DEus, qui vniuersum mundum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti; da nobis quæsumus; vt qui eius hodie conuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 9. IN diebus illis: Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de cælo. Et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananías: & dixit ad illum in visu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego, Domine. Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum, qui vocatur rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem: ecce enim orat. (Et vidit virum Ananíam nomine, introeuntem, & imponentẽ sibi manus vt visum recipiat.) Respondit autem Ananías: Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem: & hic habet potestatẽ à principibus sacerdotum alligãdi omnes, qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananías, & introiuit in domũ: & imponẽs ei manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritu sancto. Et cõfestim ceciderunt

runt ab oculis eius tamquam ſquamę, et viſum recepit: & ſurgens baptizatus eſt. Et cum accepiſſet cibũ, confortatus eſt. Fuit autẽ cum diſcipulis, qui erant Damaſci, per dies aliquot. Et cõtinuo in ſynagogis prędicabat Ieſum, quoniam hic eſt Filius Dei. Stupebant autem omnes, qui audiebant, & dicebant: Nonne hic eſt, qui expugnabat in Ieruſalem eos, qui inuocabant nomen iſtud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes ſacerdotum? Saulus autem multo magis conualeſcebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damaſci, affirmans quoniam hic eſt Chriſtus.

Gal. 2. Graduale. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum, operatus eſt & mihi inter Gentes: & cognouerunt gratiam Dei, quæ data eſt mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit, ſed gratia eius ſemper in me manet. Alleluia, alleluia. ℣. Magnus ſanctus Paulus vas electionis, vere digne eſt glorificandus. Alleluia.

Poſt Septuageſimam, omiſſo Alleluia, & ℣. dicitur ſequens Tractus, Tu es vas electionis ſancte Paule Apoſtole: vere digne es glorificandus. ℣. Prædicator veritatis, & doctor gentium in fide & veritate. ℣. Per te omnes gentes cognouerunt gratiam Dei. ℣. Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Euangeliũ, Ecce nos reliquimus omnia, de cõmuni Abb. 17. Et dicitur Credo.

Pſal. 138. Offert. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Apoſtoli tui Pauli precibus Dñe plebis tuæ dona ſanctifica: vt quæ tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiant patrocinio ſupplicantis. Per Dominum.

Præfatio, Te Domine ſupplic. 189.

Communio. Amen dico vobis, quòd vos, qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſsidebitis. Matt. 19. Poſtcommunio.

Sanctificati Domine ſalutari myſterio quęſumus; vt pro nobis eius non deſit oratio, cuius nos donaſti patrocinio gubernari. Per Dominum.

---

## SANCTI POLYCARPI Episcopi, & martyris, Introitus.

Die 26.

Dan. 3. Sacerdotes Dei benedicite Dominum. Sancti, & humiles corde laudate Deum. Pſalm. Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſęcula. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelſis. Oratio.

Deus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atque põtificis annua ſolemnitate lætificas, concede propitius; vt cuius natalitia colimus, de eiuſdẽ etiam protectione gaudeamus. Per Dominũ.

Lectio Epiſtolæ B. Ioannis Apoſtoli.

Hariſsimi: Omnis, qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum: quoniam hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio, vt diligatis alterutrũ. Non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Et propter quod occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iuſta. Nolite mirari fratres, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: omnis, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. 1. c. 3

Et

Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Psal. 20. Grad. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Desiderium animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluia, allel. ℣. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Alleluia. Psal 63.

Post Septuagesimam omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequens Tractus.

Desiderium animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 10.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non scietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse væneunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

Offert. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Psal. 88.

Secreta.

MVnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato Polycarpo martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum nostrum.

Communio.

Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso. Psal. 20.

Postcomm.

REfecti participatione muneris sacri quæsumus Domine Deus noster; vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Polycarpo martyre tuo atque pontifice sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

## IN FESTO S. IOANNIS Chrysostomi episcopi, confessoris, & doctoris, Introitus. Die 27.

In medio Ecclesiæ, & cetera de communi doctorum. 13. Oratione excepta. Et dicitur Credo.

Oratio.

ECclesiam tuam, quæsumus Domine, gratia cælestis amplificet: quam beati Ioannis Chrysostomi confessoris tui, atque pontificis illustrare voluisti gloriosis meritis, & doctrinis. Per Dominum.

Secreta.

SAncti pontificis tui Ioannis Chrysostomi nobis Domine pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

VT nobis Domine tua sacrificia dent salutem, beatus Ioannes Chrysostomus pontifex tuus, & doctor egre-

egregius, quæſumus, precator accedat. Per Dominum noſtrum.

Die 28. IN FESTO S. CYRILLI Epi, confeſſoris, & doctoris, Intr.

Eccl. 15. IN medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eũ Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, ſtola gloriæ induit eum. Pſal. 91. Pſal. Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſsime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

ECcleſiam tuam Domine beati Cyrilli confeſſoris tui atque pontificis meritis benignus illuſtra: vt in fide tui nominis perſeuerans, ad æternæ gloriæ tranſeat viſionem. Per Dominum.

Pro ſancta Agnete virg. & mart. Oratio.

DEus, qui nos annua beatæ Agnetis virginis & martyris tuę ſollemnitate lætificas; da vt quam veneramur officio, etiam piæ conuerſationis ſequamur exemplo. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Cap 7. OPtaui, & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapiẽtiæ: & præpoſui illam regnis & ſedib⁹, & diuitias nihil eſſe duxi in cõparatione illius: nec cõparaui illi lapidẽ pretioſum: qm̃ omne aurũ in cõparatione illius, arena eſt exigua, & tamquã lutum æſtimabitur argentũ in conſpectu illius. Super ſalutẽ & ſpeciem dilexi illã, et propoſui pro luce habere illam: qm̃ inextinguibile eſt lumẽ illius. Venerunt autẽ mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius, & lętatus ſum in omnibus: qm̃ antecedebat me iſta ſapientia, & ignorabam quoniã horum omnium mater eſt. Quã ſine fictione didici, & ſine inuidia cõmunico, & honeſtatẽ illius nõ abſcondo. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitię Dei, propter diſciplinæ dona cõmendati. Mihi autẽ dedit Deus dicere ex ſentẽtia, & præſumere digna horũ, quæ mihi dantur: quoniã ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emendator.

Grad. Sacerdotes eius induam ſalutari: Pſal. 131.
& ſancti eius exultatione exultabunt.
℣. Illuc producã cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Alleluia, allel.
℣. Iurauit Dñs, & non pœnitebit eum: Pſal. 109.
Tu es ſacerdos in æternum. Alleluia.

Poſt Septuageſimam omiſſo Alleluia, & ℣. dicitur ſequẽs Tractus. Beatus vir, Pſal. 111.
qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Euang. Vos eſtis ſal terræ, de communi doctorũ. 14. Et dicitur Credo. Offert. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Pſal. 91.
quę in Libano eſt, multiplicabit. Secreta.

SAncti põtificis tui Cyrilli nobis Domine pia nõ deſit oratio: quæ & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per Dom.

Pro ſancta Agnete, Secreta.

SVper has, quęſumus Dñe, hoſtias benedictio copioſa deſcendat: quæ & ſanctificationem nobis clementer operetur, & ſanctę Agnetis virginis & martyris tuæ ſollemnitate lætificet. Per Do. Matt. 24. & Luc. 12.
Communio. Fidelis ſeruus, & prudens,

quem

quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcommunio.

VT nobis Domine tua ſacrificia dent ſalutẽ, beatus Cyrillus pontifex tuus, & doctor egregius, quæſumus, precator accedat. Per Dominum.

Pro ſancta Agnete, Poſtcommunio.

SVmpſimus Dñe celebritatis annuæ votiua ſacramẽta: præſta quæſumus; vt & temporalis nobis vitæ remedia prębeant, & æternę. Per Dominũ noſtrum.

Die 29. ¶ In feſto S. Petri Thomæ Epiſcopi, & martyris Ordinis noſtri. Miſſa, Statuit ei Dñs, de communi vnius mart. pont. 4.

Die 30. ¶ In feſto S. Andreæ Epi Feſſulani, & confeſſ. Ordinis noſtri. Miſſa, Statuit ei Dñs, de cõi vnius confeſſ. pontific. 11.

## FESTA FEBRVARII.

Die 1 IN FESTO S. IGNATII Epiſcopi, & mart. Introitus.

Gal. 6 MIhi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

Pſal. 131. Pſal. Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui nos beati Ignatij martyris tui atque pontificis annua ſolemnitate lętificas; concede propitius; vt cuius natalitia colimus, de eiuſdẽ etiam protectione gaudeamus. Per Dominũ.

Lectio Epiſtolę beati Pauli Apoſtoli ad Romanos.

Cap. 8. FRatres: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? (ſicut ſcriptũ eſt: Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis.) Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neq; principatus, neque virtutes, neque inſtãtia, neq; futura, neque fortitudo, neque altitudo, neq; profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Dño noſtro. Graduale.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruauit legẽ Excelſi. Eccl. 44.

Alleluia, alleluia. ℣. Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autem, iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. Alleluia. Gal. 2

Poſt Septuageſimam, Tractus.

Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniã pręueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Pſal. 20.

Euãg. Niſi granũ, de cõi vnius mart. 2.

Offert. Gloria & honore coronaſti eum: & cõſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum Domine. Secreta. Pſal. 8.

MVnera tibi Domine dicata ſanctifica: & intercedente beato Ignatio martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dom.

Communio. Frumentum Chriſti ſum: dentibus beſtiarũ molar, vt panis mundus inueniar. Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris ſacri, quęſumus Domine Deus noſter; vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Ignatio martyre tuo atque pontifice ſentiamus effectum. Per Dom.

IN

Die 2. IN FESTO Purificationis beatę Mariæ.

¶ Si hoc feſtū venerit in Dominicis Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quinquageſimæ, fiat tantum candelarum benedictio, & proceſsio: & dicatur Miſſa de Dominica: Miſſa vero feſti transferatur in ſequentem diem.

¶ Ante Miſſam Sacerdos indutus pluuiali albi coloris cum miniſtris indutis dalmatica, & tunicella eiuſdem coloris, procedit ad benedicendum candelas in medio Altaris poſitas, dicendo. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℣. Dominus vobiſcū. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hodierna die Vnigenitum tuum in vlnis ſancti Simeonis in templo ſancto tuo ſuſcipiendum pręſentaſti; tuam ſupplices deprecamur clementiam; vt hos cereos, quos nos famuli tui in tui nominis magnificentia ſuſcipientes geſtare cupimus, luce accenſos, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare, atque lumine ſupernæ bene ✠ dictionis accendere digneris: quatenus eos tibi Domino Deo noſtro offerendo, digni & ſancti, igne tuæ dulciſsimæ charitatis ſuccenſi, in templo ſancto gloriæ tuæ repræſentari mereamur. Per eumdem Dominum noſtrum.

¶ Poſt hanc Orationem aſpergat candelas aqua benedicta, & thurificet: & poſtmodum accendatur candela Sacerdotis facientis officium, & deinde aliæ. Mox ſequitur Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotēs, æterne Deus; bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris ignem iſtum, quem nos indigni ſuſcepimus per inuocationem Vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti: quem hodie in templo præſentatum, iuſtum Simeonem diu expectantem in vlnas ſuſcepiſſe nouimus: & Salutare tuum ante faciem omnium populorum, ſcilicet eſſe Lumen gentibus, & gloriam plebis tuæ Iſrael, prophetico Spiritu docuit: te quæſumus Domine, bene ✠ dicere digneris lumen iſtud: & omnibus geſtantibus verum lumen tuæ maieſtatis concede: vt te agnoſcentes, per viam virtutum ad te valeant peruenire. Per eumdem Chriſtum.

Completa benedictione, Cantor det cādelam accenſam facienti officium, genuflectens, ac incipiens Antiphonam, Lumen, quā Chorus proſequitur. Dein de Sacerdos diſtribuat cādelas accenſas Diacono, & Subdiacono, & ceteris Fratribus, per ordinē incipiendo à dignioribus, omnibus genuflectentibus, & manum celebrātis oſculantibus. Et Sacriſta, vel alius diſtribuat (ſi diſtribuendę ſint) populo candelas. Dum diſtribuuntur, à Choro cantatur Antiphona ſequens, Lumen ad reuelationem gentiū, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Cant. Nunc dimittis: & poſt quemlibet ℣. Cantici, & poſt Gloria Patri, et Sicut erat, repetatur tota Aña Lumen. Candelis diſtributis, & Antiphona cum Cantico finita, fiat proceſsio eo ordine, & modo, qui poſitus eſt in Dominica Palmarū: cantando Antiphonas ſequētes. Antiphona. Aue grā plena, Dei genitrix Virgo: ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ, illuminans quæ in tenebris ſunt. Lætare tu ſenior iuſte, ſuſcipiens in vlnas Liberatorē animarum noſtra-

noſtrarum, donantem nobis & reſurrectionem. Antiph. Adorna thalamum tuum Sion, & ſuſcipe regem Chriſtum. Amplectere Mariam, quæ eſt cæleſtis porta. Ipſa enim portat Regem gloriæ noui luminis. Subſiſtit Virgo, adducens manibus Filium, ante Luciferum genitum. Quem accipiens Simeon in vlnas ſuas, prædicauit populis, Dñm eum eſſe vitæ, & mortis, & Saluatorem mundi.

Resp. Reſpõſum accepit Simeon à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Dñi. Et cum inducerent Puerum in templum: accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis Dñe ſeruũ tuum in pace. ℣. Cum inducerẽt puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinẽ legis pro eo: ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & dixit. Nunc dimittis.

Ingrediendo eccleſiam, faciens officium incipiat ſequẽtem Antiphonam, quam Chorus proſequatur. Antiphona.

Hodie beata virgo Maria puerũ Ieſum pręſentauit in templo: & Simeon repletus Spiritu ſancto, accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis Domine ſeruum tuum in pace.

Finita proceſsione, accolythi dicant ℣. Reſpõſum accepit Simeon à Spiritu ſancto. ℟. Non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini. Deinde faciẽs officium ſine Dominus vobiſcum, pręmiſſo Oremus, dicat Orationem.

PErfice in nobis, quæſumus Domine, gratiam tuam: qui iuſti Simeonis expectationẽ impleſti: vt ſicut ille mortẽ non vidit priusquàm Chriſtum Dñi videre mereretur, ita & nos vitã obtineamus æternam. Per eumdem Chriſtum.

DEINDE INCIPIATVR Miſſa, Introitus.

SVſcepim⁹ Deus miſericordiã tuã in medio tẽpli tui. Secundum nomen tuũ Deus, ita & laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua. Pſal. Magnus Dñs, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Suſcepimus. ℣. Gloria Patri. Suſcepimus. Gloria in excelſis. Oratio. Pſal. 47.

OMps ſempiterne Deus, maieſtatẽ tuam ſupplices exoramus; vt ſicut Vnigenitus filius tuus hodierna die cum noſtrę carnis ſubſtantia in tẽplo eſt præſentatus, ita nos facias purificatis tibi mẽtibus præſentari. Per eumdem Dñm.

Lectio Malachiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dominus Deus: Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viã ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrificium Iuda, & Ieruſalem ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui. Cap. 3.

Graduale. Suſcepimus Deus miſericordiam tuã in medio templi tui. Secũdum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fi- Pſal. 47.

nes

nes terræ. ℣. Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Dei noſtri, in monte ſan-
Psal. 137. cto eius. Alleluia, alleluia. ℣. Adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Alleluia.

Poſt Septuageſimam omiſſo Alleluia, & ℣. dicitur ſequens Tract. Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti. ℣. Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidiſti. ℣. Dum virgo Deum, & hominem genuiſti, & poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℣. Dei Genitrix intercede pro nobis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

Cap. 2. IN illo tempore, Poſtquã impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundum legem Moyſi, tulerunt Ieſum in Ieruſalem, vt ſiſterẽt eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: Quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctũ Domino vocabitur: & vt darent hoſtiam ſecundũ quod dictũ eſt in lege Domini par turturum, aut duos pullos colũbarum. Et ecce homo erat in Ieruſalẽ, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus, & timoratus, expectans conſolationẽ Iſrael, & Spiritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum acceperat à Spiritu ſancto, non viſurũ ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. Et venit in ſpiritu in templum. Et cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo: & ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace: Quia viderũt oculi mei ſalutare tuum, Quod paraſti ante faciem omniũ populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Credo.

Offert. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, Psal. 44.
propterea benedixit te Deus in æternũ, & in ſæculum ſæculi.

Poſt Offertorium Fratres offerant candelas ſuas, incipientes à maioribus, manum celebrantis oſculando: quas Sacriſta reponat. Secreta.

EXaudi Domine preces noſtras: & vt digna ſint munera, quæ oculis tuæ maieſtatis offerimus, ſubſidiũ nobis per interceſsionem beatę Mariæ tuæ pietatis impende. Per Dominum. Præfatio. Quia per incarnati. 177. Communio.

Reſpõſum acceperat Simeon à Spiritu Luc. 2.
ſancto, non viſurũ ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. Poſtcomm.

QVæſumus Domine Deus noſter; vt ſacroſancta myſteria, quæ pro reparationis noſtrę munimine cõtuliſti, intercedẽte beata Maria ſemper virgine, & præſens nobis remedium eſſe facias, & futurum. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filiũ tuum: Qui tecum. Octaua

IN FESTO S. BLASII Die 3
episcopi, & martyris,

Miſſa, Sacerdotes Dei, vt in communi vnius mart. pontificis. 5.

---

IN FESTO S. AGATHÆ Die 5
virginis, & mart. Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem feſtum celebrantes ſub honore beatę Agathæ martyris: de cuius paſsione gaudent angeli, & collaudant Filium Dei. Pſalmus. Eructauit cor meum verbum Psal. 44.

bonum: dico ego opera mea regi.
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui inter cetera potentiæ tuę miracula, etiam in sexu fragili victoriā martyrij contulisti; concede propitius; vt qui beatæ Agathæ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1.Cor.1. VIdete vocationem vestram fratres, quia non multi sapiētes secundum carnem, nō multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quę non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autē vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, et redemptio: vt quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Grad.

Psal. 45. Adiuuabit eam Deus vultu suo: Deus, in medio eius, non commouebitur.
℣. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Alleluia, alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. Alleluia.

Psal. 44.

Post Septuagesimam, omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequens Tractus, Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent.

Psal. 125.

℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autē veniēt cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tēpore, Accesserunt ad Iesum Pharisæi tentātes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorē suam, quacumque ex causa? Qui respōdens, ait eis: Nō legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus cōiunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dare libellū repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, męchatur: & qui dimissam duxerit, męchatur. Dicūt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat. Cap. 19.

Offertorium. Offerentur regi virgines post eam: proximę eius offerentur tibi in lętitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino. Secreta. Psal. 44.

SVscipe Domine munera, quę in beatæ Agathæ virginis, & martyris tuæ sollem-

solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dom.

Communio. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, & mãmillam meam meo pectori restituere, ipsum inuoco Deum viuum. Postcommunio.

AVxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beata Agatha virgine & martyre tua, sempiterna protectione confirment. Per Do.

---

Die 6 IN FESTO S.DOROTHEÆ virginis,& mart. Introitus.

Psal. 118.

LOquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: & non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis.

Psalm. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

INdulgentiam nobis,quæsumus Domine, beata Dorothea virgo & martyr imploret:quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum.

Pro commemoratione sanctorũ episcoporum Vedasti, & Amandi, Oratio.

DEus, qui nos sanctorum tuorum confessorũ, pariterq; pontificum Vedasti & Amandi confessionibus gloriosis circumdas & protegis;da nobis & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Tertia Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus,resp. 81.

Lectio libri Sapientiæ.

Cap. 7.

SApientia est speciosior sole, & super omnẽ dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox,sapientiam autem non vincit malitia. Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hanc amaui, & exquisiui eã à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eã assumere, & amator factus sum formæ illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei: sed & omnium Dominus dilexit illam: doctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix operum illius. Cap. 8.

Graduale. Specie tua,& pulchritudine tua:intende,prospere procede,& regna. Psal. 44.

℣. Propter veritatẽ & mansuetudinem, & iustitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Alleluia. Psal. 44.

Post Septuagesimam,omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequens Tractus, Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. Psal. 125.

℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Euang. Simile est regnum cælorum thesauro. de communi vnius virginis,& martyris. 20. Offertorium.

Filiæ regum in honore tuo. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate. Secreta. Psal. 44.

HOstias tibi Domine beatę Dorotheæ virginis,& martyris tuæ dicatas meritis benignus assume:et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum.

Pro SS. Vedasto, & Amando, Secreta.

SVscipe Domine preces & munera: quę vt tuo sint digna conspectu,sanctorum tuorum precibus adiuuemur.

Tertia. Concede nobis. Communio.

Feci iudicium, & iustitiam Domine: Psal. 118.

non calumniētur mihi superbi. Ad omnia mādata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Postcomm.

Diuini muneris largitate satiati, q̄sumus Domine Deus noster; vt intercedente beata Dorothea virgine & martyre tua, in eius semper participatione viuamus. Per Dominum.

Pro sanctis Vedasto, & Amando, Postcommunio.

Qvæsumus Domine, muneribus sacris, & salutaribus repleti mysterijs; vt quorū sollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Tertia. Quos Domine.

Die 7 IN FESTO SANCTI Romualdi Abbatis,

Missa, Os iusti, de communi Abb. 17.

Die 9 IN FESTO S. APOLLONIÆ virginis, & martyris,

Missa, Vultū tuum, de communi vnius virg. & marty. 21. præter Orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio.

DEus, qui nos annua beatæ Apolloniæ virginis, & martyris tuæ sollemnitate lætificas; da; vt quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exemplo. Per Dominum nostrum. Secreta.

SVper has, quæsumus Domine, hostias benedictio tua copiosa descendat: quæ & sanctificationem in nobis clementer operetur, & de sanctę Apolloniæ virginis, & martyris tuæ sollemnitate lætificet. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcommunio.

SVmpsimus Domine celebritatis annuæ votiua sacramenta: præsta quęsumus; vt & temporalis nobis vitæ remedia præbeant, & æternæ. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

SANCTÆ SCHOLASTICÆ virginis, Missa, Dilexisti iustitiam, de communi vnius virginis tantum. 22. Die 10.

¶ In festo S. Euphrosinæ virginis Ordinis nostri, Missa, Dilexisti iustitiam. de communi vnius virg. non mart. 22. sed Euangelium erit, Simile erit regnum cęlorum decem virginibus. de communi vnius virginis martyris. 22. Die 11.

SANCTI VALENTINI presbyteri, & martyris, Missa, Die 14.

In virtute tua Domine, de communi vnius martyris. 3. præter Orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotēs Deus; vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus, eius intercessione liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

OBlatis, quæsumus Domine, placare muneribus: & intercedēte beato Valentino martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcomm.

SIt nobis Domine reparatio mentis, & corporis cæleste mysterium: vt cuius exequimur actionem, intercedente beato Valentino martyre tuo sentiamus effectum. Per Dominum.

SANCTORVM martyrum Faustini, & Iouitæ, Die 15.

Missa, Intret in conspectu tuo, de communi plurimorum mart. 8.

IN FESTO S. SIMEONIS episcopi, & martyris, Die 18.

Missa, Statuit ei Dominus, de communi vnius martyris pontificis. 4.

IN

Die 22. IN CATHEDRA Antiochena S. Petri Apostoli,

Omnia dicuntur sicut in festo Cathedræ Romanæ, vt supra. 311.

Die 23. vel 24. IN VIGILIA S. MATHIÆ

Fiunt genuflexiones.

Missa, **Ego autē sicut oliua**, de cōmuni Apostolorum. 1. Si hæc Vigilia venerit in Quadragesima, post Primam cantetur Missa de Vigilia: secunda Oratio de beata Virgine. **Concede. 42.** Tertia, **Ecclesiæ. 85.** Et maior de feria. Missæ vero priuatæ erūt de feria: & commem. Vigiliæ, & oratio. **Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum. 90.** & in fine Euangelium Vigiliæ.

Die 24. vel 25. IN FESTO SANCTI Mathiæ Apostoli, Introitus.

Psal. 138. MIhi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psal. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam & resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui beatum Mathiam Apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quæsumus; vt eius interuentione, tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per Dominum nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 1. IN diebus illis, exurgens Petrus in medio fratrum dixit: (erat autem turba hominum simul, fere centum viginti.) Viri fratres, oportet impleri scripturā, quam prędixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factū est omnibus habitantibus Ierusalem, ita vt appellaretur ager ille, lingua eorū, Haceldama, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat cōmoratio eorum deserta, & nō sit qui inhabitet in ea: & episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt cōgregati in omni tēpore, quo intrauit & exiuit inter nos Dn̄s Iesus, incipiens à baptismate Ioannis vsque in diē, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnū ex istis. Et statuerūt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: & Mathiam. Et orātes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius, & apostolatus, de quo pręuaricatus est Iudas vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Graduale.

Cōstitues eos principes super oēm terrā. Psal. 44.
Memores erūt nominis tui Dn̄e. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Propterea populi confitebuntur tibi. Tractus.

Cæli enarrant gloriam Dei, & opera ma- Psal. 18.
nuum eius annunciat firmamentum.
℣. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.
℣. In omnē terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

Sequentia S. Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 11.

IN illo tẽpore, Respondens Iesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Dñe cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrẽ quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Credo.

Psal. 138. Offert. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

HOstias tibi Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, sancti Mathię prosequatur oratio: per quã nos expiari facias & defendi. Per Dominũ.

Præfatio, Te Domine suppliciter. 289.

Matt. 19. Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.

PRęsta, quæsumus oĩpotens Deus; vt per hæc sancta, quę sumpsimus, interueniente beato Mathia Apostolo tuo, veniam cõsequamur, & pacem. Per Dominum nostrum.

Die 15. ¶ In festo S. Auertani Confess. Ordinis nostri. Missa, Os iusti meditabitur, &c. de cõi vnius confess. non pontificis. 15.

# FESTA MARTII.

## SANCTI ALBINI Die 1

Episcopi, & confessoris.

Missa, Statuit ei Dominus, de communi vnius episc. & confess. 11.

## IN FESTO S. CYRILLI Die 6

confessoris, & doct. Introitus.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eũ Dominus spiritu sapientię & intellectus, stolam glorię induit eum. Psal. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis Deo. Oratio. Eccl. 15. Psal. 91.

ECclesiam tuam Deus beati Cyrilli confessoris tui sollemnitas votiua lętificet: vt spiritualibus semper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres: Obsecro vos ego vinctus in Dño, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mãsuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatẽ Spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus Spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Vnus Dñs, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & Pater omniũ, qui est super oẽs, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuiq; autẽ nostrũ data est gratia secundũ mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens Cap. 4.

dens

dens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quòd autẽ ascẽdit, quid est, nisi quia & descẽdit primùm in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super oẽs cælos, vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdã quidem Apostolos, quosdã autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autẽ pastores, & doctores ad consummationẽ sanctorũ in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei, in virũ perfectũ, in mẽsuram ætatis plenitudinis Christi.

Psal. 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Tractus.

Psal. 111. Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi. Euang. Vos estis sal terræ, de communi doctorũ. 14. Et dicitur Credo. Offert.

Psal. 91. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus q̃ in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

OBlatis, quæsumus Dñe, placare muneribus: & intercedente beato Cyrillo confessore tuo atque doctore, à cunctis nos defende periculis. Per Dñm.

Matt. 24. & Luc. 12. Comm. Fidelis seruus, & prudens, quẽ constituit dñs super familiã suam, vt det illis in tpe tritici mensuram. Postcomm.

PErceptis Domine Deus noster salutaribus sacramẽtis, humiliter deprecamur; vt quæ beatus Cyrillus confessor tuus, & doctor egregius docuit in terris, à peccatis omnibus exuti speculemur in cælis. Per Dominum.

## IN FESTO S. THOMÆ de Aquino confessoris, & doctoris, Introitus. Die 7.

Eccl. 15. IN medio Ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus, stola gloriæ induit eum.

Psal. 91. Psal. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam beati Thomę confessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fœcundas; da nobis quæsumus; & quæ docuit intellectu conspicere, & quæ egit imitatione complere. Per Dominum.

Secunda oratio de feria, si infra Quadragesimam euenerit: tertia vt sequitur.

Pro commemoratione sanctarum martyrum Perpetuæ, & Felicitatis, Oratio.

DA nobis, quęsumus Dñe, sanctarum martyrũ tuarum Perpetuę, & Felicitatis palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltẽ frequentemus obsequijs. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 39. IVstus cor suũ tradet ad vigilandũ diluculo ad Dñm, qui fecit illum, & in cõspectu Altissimi deprecabit. Aperiet os suum in orõne, et pro delictis suis deprecabit. Si enim Dñs magnus voluerit, spiritu intelligentię replebit illũ: & ipse tamq̃ imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in orõne cõfitebitur Dño: & ipse diriget consilium eius, & disciplinam, & in abscõditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinam

doctri-

doctrinæ suæ, & in lege testamenti Dñi gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsque in sæculum non delebitur. Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem. Sapiētiam eius enarrabunt gentes, & laudē eius enunciabit ecclesia.

Psal. 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Tractus.

Psal. 111. Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius volet nimis. ℣. Potēs in terra erit semē eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Euang. Vos estis sal terræ, de communi doctorū. 14. Et dicitur Credo. Offert.

Psal. 91. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Secr.

SAncti Thomæ confessoris tui, atq; doctoris nobis Domine pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgētiam semper obtineat. Per Dominum.

Pro cōmemoratione sanctarum martyrum Perpetuæ, & Felicitatis, Secreta.

INtende, quęsumus Domine, munera altaribus tuis pro sanctarū martyrum tuarum Perpetuæ & Felicitatis festiuitate proposita: vt sicut per hęc beata mysteria illis gloriam cōtulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Do. Comm.

Matt. 24. & Lu. 12. Fidelis seruus, & prudens, quē cōstituit Dominus super familiā suam, vt det illis in tēpore tritici mensuram. Postcomm.

VT nobis Domine tua sacrificia dent salutē, beatus Thomas confessor tuus & doctor egregius, quæsumus, precator accedat. Per Dominum.

Pro commemor. sanctarum martyrum Perpetuæ, & Felicitatis, Postcomm.

PRæsta nobis, quæsumus Domine, intercedētibus sanctis martyribus tuis Perpetua & Felicitate; vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum.

---

## IN FESTO SANCTORVM Quadraginta martyrum, Introit.

Die 9

Psal. 33. CLamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Psalm. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

PRæsta quęsumus oṗs Deus; vt qui gloriosos Martyres fortes in sua cōfessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dñm.

Epistola, Sancti per fidem, de communi plurimorū martyrum. 8. Graduale.

Psal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucūdum habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Tractus.

Psal. 125. Qui semināt in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibāt, & flebāt, mittentes semina sua. ℣. Veniētes autē veniēt cum exultatione, portantes manipulos suos.

Euangel. Descendens Iesus de monte, de eodem communi. 8. Offertorium.

Psal. 31. Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Secr.

SAcrificijs præsentibus, q̄s Dñe, intende placatus: vt interçedentibus sanctis Martyribus tuis, & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Dominum.

Comm.

Matth. 12. Communio. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus. Postcommunio.

Qvæsumus omnipotens Deus; vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per Dominum nostrum.

---

Die 12. IN FESTO S. GREGORII Papæ, confessoris, & doctoris Ecclesiæ, Introitus.

Dan. 3. SAcerdotes Dei benedicite Dominum. Sancti, & humiles corde laudate Deum. Psalm. Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui animę famuli tui Gregorij, æternæ beatitudinis præmia cōtulisti; concede propitius; vt qui peccatorū nostrorum pōdere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per Do.

Epist. Testificor coram. de cōi doct. 14.

Psal. 109. Grad. Iurauit Dn̄s, & non pęnitebit eū: Tu es sacerdos in æternū secundum ordinē Melchisedech. ℣. Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.

Psal. 111. Tract. Beatus vir, qui timet Dominum: in mādatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sęculū sæculi. Euangelium, Vos estis sal terræ, de eodem communi. 14. Et dr̄ Credo.

Psal. 88. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

ANnue nobis, quæsumus Domine; vt intercessione beati Gregorij hæc nobis prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum. Communio. Fidelis seruus, & prudens, quē cōstituit dn̄s super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcomm. Matth. 24. & Luc. 12.

DEus, qui beatū Gregorium pontificem tuū Sanctorum tuorum meritis coæquasti; concede propitius; vt qui commemorationis eius festa recolimus, vitæ quoque imitemur exempla. Per Dominum nostrum.

---

¶ In festo S. Euphrasiæ virg. Ordinis nostri, Missa, Dilexisti iustitiā, de cōi vnius virg. non mart. 22. Sed Euangeliū erit, Simile erit regnum cælorū decem virginibus, de cōmuni vnius virg. mart. 22. Die 13.

---

IN FESTO SANCTI Ioseph confessoris, Introitus. Die 19.

IVstus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. Plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Psal. 91.

Tempore Paschali additur alleluia. Psal. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

SAnctissimę Genitricis tuę spōsi, quęsumus Dn̄e, meritis adiuuemur: vt quod possibilitas nostra nō obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui viuis.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.

FRatres: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: Cap. 4.

sed

sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad prefinitum tempus à patre: ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mũdi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factũ ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autẽ estis filij, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamãtem: Abba, Pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius: & hæres per Deum.

Psal. 20. Grad. Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitam petijt à te: & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum sæculi. Tractus.

Psal. 111. Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Post Pasch Grad. & Tract. omittuntur, Osee 14. & eorũ loco dicitur Alleluia. ℣. Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum. Alleluia, allel.

Matt. 28. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

Cap. 1.

Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam cõuenirent, inuẽta est in vtero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eã traducere: voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Dñi apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam: quod enim in ea natũ est, de Spiritu sancto est. Pariet autẽ filium: & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluũ faciet populũ suũ à peccatis eorũ.

Offertoriũ. Erant Ioseph, & Maria mirantes super his, quę dicebantur de Iesu. Et benedixit illis Simeon. Et vt perfecerunt omnia, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Luc. 2.

Tempore Paschali additur allel. Secreta.

Debitũ tibi Dñe nostræ reddimus seruitutis, suppliciter exorantes; vt suffragijs beati Ioseph sponsi Genitricis Filij tui Iesu Christi Domini nostri, in nobis tua munera tuearis: ob cuius venerandã festiuitatem, laudis tibi hostias immolamus. Per eumdem Dominum.

Comm. Tolle puerum, & matrem eius; & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Matt. 2.

Tẽpore Paschali additur allel. Postcom.

Sit nobis, quęsumus Dñe, per hæc sancta quæ sũpsimus, beatissimi Ioseph sollẽnitatis præsidiũ salutare: qui pretiosæ sponsæ Virginis matris Filium in pręsepio meruit adorare. Qui tecum viuit.

---

## IN FESTO S. IOACHIM patris gloriosę virg. Mariæ, Intr. Di. 20.

In virtute tua Domine lętabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer. Desideriũ cordis eius tribuisti ei. Psal. 20.

Tempore Paschali additur alleluia. Psal. Quoniã præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

A desto

ADesto Dñe supplicationibus nostris, quas in beati Ioachim cõfessoris tui sollẽnitate deferimus: vt qui nřæ iustitiæ fiduciã non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per Do.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl 44. LAudemus viros gloriosos, & parentes nřos in generatione sua. Multam gloriam fecit Dñs magnificẽtia sua à sęculo. Dominãtes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sua præditi, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarũ, & imperantes in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis sanctissima verba. In peritia sua requirentes modos musicos, & narrãtes carmina scripturarum. Homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationib' gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorũ: & filij eorũ propter illos vsque in æternũ manent: semen eorum, & gloria eorum nõ derelinquetur.

Psal. 20. Grad. Dñe præuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitam petijt à te: & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi. Tractus.

Psal. 111. Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius volet nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Post Pascha, Grad. & Tract. omittũtur, & eorum loco dr̃ Allel. ℣. Iustus germinabit sicut liliũ, & florebit in æternũ ante Dñm. Alleluia, allel. ℣. Angelus Dñi descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia. Osee 14. Matt. 28.

Euangelium, Liber generationis, vt in festo Conceptionis. 308. Offertorium.

Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. Psal. 91.

Tẽpore Pasch. additur alleluia. Secreta.

PRæsta nobis, quæsumus omnipotens Deus; vt nostræ humilitatis oblatio & pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, & nos corpore pariter, & mente purificet. Per Dominum.

Communio. Semel iuraui in sancto meo: Semen eius in æternum manebit. Et sedes eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis. Tempore Paschali additur alleluia. Postcommunio. Psal. 88.

QVæsumus omnipotens Deus: vt qui cęlestia alimenta percepimus, intercedẽte beato Ioachim genitore beatæ virginis Mariæ, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

## IN FESTO S. BENEDICTI Abbatis, Missa, Os iusti, de communi Abb. 17. Sed si celebratur tempore Paschali Missa, Protexisti me Deus, vt in communi temporis Paschalis. 6. cum Oratione sequenti. Oratio. Die 21.

INtercessio nos, quæsumus Domine, beati Benedicti Abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valeamus, eius patrocinio assequamur. Per Dominum. Secreta.

SAcris altaribus Dñe hostias superpositas sanctus Benedictus Abbas, quęsu-

quæsumus, in salutem nobis prouenire deposcat. Per Dominum. Postcomm.

PRotegat nos Domine cum tui perceptione sacramēti beatus Benedictus Abbas pro nobis intercedendo: vt & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per Dominum nostrum.

---

Die 25. IN FESTO

Annunciationis gloriosæ virginis Mariæ, Introitus.

Isa. 4. ROrate cæli desuper, & nubes pluāt iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Tēpore Paschali additur alleluia. Psalm.
Psal. 18. Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. Rorate cæli. ℣. Gloria Patri, & Filio. Rorate. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero Verbum tuum, angelo nūciante, carnem suscipere voluisti; præsta supplicibus tuis; vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eumdem.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 7. IN diebus illis, Adiecit Dn̄s loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dn̄m. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Numquid parū vobis est, molestos esse hoībus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dn̄s ipse vobis signum. Ecce virgo cōcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrū & mel comedet, vt sciat reprobare malū, & eligere bonum.

Grad. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portę ęternales: & introibit rex glorię. ℣. Quis ascendet in montem Dn̄i? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde. Psal. 23.

Tract. Aue Maria gratia plena: Dn̄s tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui. ℣. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obūbrabit tibi. ℣. Ideoq; & quod nascet̄ ex te Sanctū, vocabit̄ Filius Dei. Luc. 1.

Si post Pascha fuerit, nec Graduale, nec Tractus dicuntur, sed dicitur Alleluia. ℣. Egrediet̄ virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Alleluia, allel. Isa. 11.
℣. Virga Iesse floruit: virgo Deum & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Alleluia.

Sequentia S. Euāgelij secundū Lucam.

IN illo tēpore, Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilęæ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatā viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena: Dn̄s tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiā apud Deum: ecce concipies in vtero, & paries filiū, & vocabis nomē eius Iesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni Cap. 1.

gni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, qm̄ virū non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascet̄ ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filiū in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autē Maria: Ecce ancilla Dñi, fiat mihi secundum verbum tuum. Credo.

Luc. 1. Offertorium. Aue Maria gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Tempore Pasch. addit̄ alleluia. Secreta.

IN mentibus nostris, quæsumus Domine, verę fidei sacramenta cōfirma: vt qui conceptum de Virgine, Deum verum, & hominem confitemur, per eius salutiferæ resurrectionis potētiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiam. Per eumdem Dominum. Præfatio. Et te in Annunciatione. 188. Comm.

Isa. 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Tempore Pasch. additur allel. Postcom.

GRatiam tuā quęsumus Dñe mentibus nostris infunde: vt qui Angelo nunciante Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucē, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Dominum.

Die 29. ¶ In festo S. Bertholdi cōfessoris Ordinis nostri, Missa, Os iusti meditabitur, de communi vnius confess. non Pont. 15. Sed Euangelium erit, Ecce nos reliquimus omnia, de communi Abbat. 17. Si autē celebret̄ tēpore Pasch. Missa erit, Protexisti me Deus, de cōi tēp. Pasch. 6. cum Oratione, Adesto Domine. 15.

## FESTA APRILIS.

### IN FESTO S. FRANCISCI de Paula confessoris, Die 2

Missa, Os iusti meditabitur, de communi vnius confessoris non Pontificis. 15. præter Orationem, quæ dicitur v[illegible] infra. Sed si celebrat̄ tēpore Paschali, dr̄ Missa, Protexisti me Deus, de cōi tēp. Pasch. 6. cum Oratione sequenti. Oratio.

DEus humiliū celsitudo, qui beatū Franciscum confessorem tuum, sanctorum tuorum gloria sublimasti; tribue quęsumus; vt eius meritis et imitatione promissa humilibus præmia feliciter consequamur. Per Do. Secreta.

HÆc dona deuotæ plebis Domine, quibus tua cumulamus altaria, beati Francisci meritis, tibi grata, nobisque salutaria te miserante reddantur. Per Dominum nostrum. Postcomm.

SVmpta Dñe sacramēta cælestia, beato Francisco confessore tuo intercedente precamur; vt & tēporalis vitę subsidia nobis cōferant, & æternæ. Per Do.

¶ In festo S. Alberti Episcopi, & confess. Ord. nostri, Missa, Statuit ei Dominus. de communi vnius confess. Pontific. 11. Si vero celebretur tempore Paschali, dr̄ Missa, Protexisti me Deus, de cōi temp. Pasch. 6. cum Orat. Da quæsumus. 11. Die 8

### IN FESTO S. LEONIS Papæ, & confess. Introitus. Die 11.

STatuit ei Dñs testamentum pacis, & principē fecit eū, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Eccl. 45.

Psal.

Psal. 88. Psal. Misericordias Domini in æternum cantabo. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

EXaudi, quęsumus Dñe, preces nostras, quas in beati Leonis confessoris tui, atq; pontificis sollemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dñm. Epist. Ecce sacerdos magnus, de communi vnius confess. Pontif. 11. Grad.

Eccl. 44. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi.

Psal. 111. Tractus. Beatus vir, qui timet Dominũ: in mandatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sęculum sęculi. Euang. Venit Iesus in partes Cęsareę, vt sup. in Cathedra S. Petri. 312.

Psal. 88. Offertoriũ. Inueni Dauid seruũ meum: oleo sancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Secreta.

SAncti Leonis confessoris tui atque pontificis, q̃sumus Domine, annua sollemnitas pietati tuæ nós reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuę dona conciliet. Per Dominum nostrum. Communio.

Matt. 24. Beatus ille seruus, quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis, super oĩa bona sua constituet eum. Postcõ.

DEus fideliũ remunerator animarum, pręsta; vt beati Leonis cõfessoris tui, atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dñm.

¶ Si festũ S. Leonis post Pascha celebratur, dicitur Missa, Protexisti me Deus, de cõmuni temporis Paschalis. 6. pręter Orationem, Epist. & Euang. quę dicuntur, vt in superiori Missa sunt signata.

SS. MARTYRVM, Die 14. Tiburtij, Valeriani, & Maximi. Missa, Sancti tui Dñe, de cõi tẽporis Paschal. 7. præter Orõnem, quę dr̃ vt infra. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus; vt qui sanctorum martyrum tuorum Tiburtij, Valeriani, & Maximi sollemnia colimus, eorum etiã virtutes imitemur. Per Do. Secreta.

HÆc hostia, quæsumus Domine, quam in Sanctorũ tuorum natalitijs recẽsentes offerimus, & vincula nr̃ę prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordię dona conciliet. Per Do. Postcom.

SAcro munere satiati, supplices te Domine deprecamur; vt quod debitæ seruitutis celebramus officio, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per Dñm.

IN FESTO S. ANICETI Die 17. Papæ, & marty. Missa, Sacerdotes Dei, de communi vnius marty. Episcopi. 5. Sed tempore Paschali Missa, Protexisti, de communi temporis Paschalis. 6. cum Oratione sequenti. Oratio.

DEus, qui nos beati Aniceti martyris tui, atque pontificis annua sollemnitate lætificas; concede propitius; vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectione gaudeamus. Per Dominum. Secreta.

MVnera Domine oblata sanctifica: & intercedente beato Aniceto martyre tuo, atque pontifice, nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum. Postcomm.

Suppli-

Si uenerit in Quadragesima, fit ... eis commemoratio ... Si autem ... Pascha, dicitur

SVpplices te rogamus omnipotens Deus; vt quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Aniceto martyre tuo, atque pontifice, tibi etiam placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per Dominum noſtrum.

Die 22. IN FESTO SS. MARTY. & Pont. Soteris, & Caij, Miſſa, Sancti tui Dñe, de cõi tẽporis Paſch. 7. cum Oratione ſequenti. Oratio.

BEatorum martyrum, paritérque Pontificum Soteris, & Caij nos, quæſumus Domine, feſta tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Secreta.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, quas in Sanctorum tuorum cõmemoratione deferimus: vt qui noſtræ iuſtitiæ fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Poſtcommunio.

QVæſumus Domine ſalutaribus repleti myſterijs; vt quorum ſollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum.

Die 23. IN FESTO S. GEORGII martyris, Miſſa, Protexiſti me Deus, de cõmuni temporis Paſchalis. 6. cum Oratione ſequenti. Oratio.

DEus, qui nos beati Georgij martyris tui meritis, & interceſſione lætificas; concede propitius; vt qui tua per eum beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Secreta.

MVnera Domine oblata ſanctifica: & intercedẽte beato Georgio martyre tuo, nos per hæc à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per Dominum noſtrum. Poſtcommunio.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus; vt quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Georgio martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſeruire. Per Dominum.

IN FESTO SANCTI Marci Euangeliſtæ. Die 25.

Sunt Litaniæ maiores, Statio ad ſanctum Petrum.

Poſt Sextam cantetur Miſſa de Rogationibus, Exaudiuit de templo, &c. vt in feria ſecunda Rogationum. 233. & poſt Miſſam cantentur Litaniæ, vt in eadem feria notatur. * Prima Miſſa, & Miſſæ priuatæ erunt de feſto ſine commemoratione Rogationum.

* : niſi in Pascha ... dicendæ ... Et ſi contingat feſtũ transferri ... tranferri ... litaniæ, aut pa...

Ad Miſſam, Introitus.

PRotexiſti me Deus à conuentu malignantiũ, alleluia: à multitudine operãtium iniquitatem, alleluia, allel. Pſal. 63. Pſal. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui beatum Marcum Euangeliſtam tuum Euãgelicæ prædicationis gratia ſublimaſti; tribue quæſumus, eius nos ſemper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per Dom.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli.

IN diebus illis: Vidi: & ecce oſtium apertum in cælo, & vox prima, quam audiui tam- Cap. 4.

quam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc,& ostendã tibi quæ oportet fieri post hæc. Et statim fui in spiritu:& ecce sedes posita erat in cælo,& supra sedem sedens: Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & Sardinis: & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ. Et in circuitu sedis sedilia vigintiquattuor:& super thronos vigintiquattuor seniores sedentes, circũamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronę aureæ:Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum,qui sunt septem spiritus Dei. Et in cõspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis, & in circuitu sedis quattuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni,& secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. Et quattuor animalia, singula eorum habebant alas senas:& in circuitu, & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat,& qui est,& qui vẽturus est.Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem,& benedictionẽ sedenti super thronum,viuenti in sęcula sęculorum,procidebant vigintiquattuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum. Alleluia.

Isa.41 ℣. Primus ad Sion dicet, Ecce adsum, & Ierusalem euangelistam dabo. Alleluia, alleluia. ℣.Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu,dum loqueretur nobis in via? Alleluia. Luc. 24.

Sequentia S.Euangelij secundũ Lucam.

IN illo tempore, Designauit Domin' & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatẽ, & locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis:Messis quidem multa,operarij autem pauci. Rogate ergo dominũ messis,vt mittat operarios in messem suam. Ite:ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamẽta, & neminem per viam salutaueritis. In quamcũque domum intraueritis,primum dicite: Pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis,requiescet super illum pax vestra:sin autem,ad vos reuertetur.In eadem autẽ domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quę apponuntur vobis: & curate infirmos,qui in illa sunt,& dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei. Credo. Cap. 10.

Offert. Confitebuntur cęli mirabilia tua Domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia,alleluia. Secreta. Psal. 88.

BEati Marci Euangelistę tui sollemnitate tibi munera deferentes,quęsumus Domine; vt sicut illum prædicatio Euangelica fecit gloriosum, ita nos eius intercessio & verbo, & opere tibi reddat acceptos. Per Dominum.

Præfatio, Te Domine supplic. 189.

Communio. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabun- Psal. 63.

dabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. Postcommunio.

TRibuant nobis, quæsumus Domine, continuum tua sancta præsidium: quo beati Marci Euangelistæ tui precibus nos ab omnibus semper tueantur aduersis. Per Dominum.

Die 26. IN FESTO SS. CLETI, & Marcellini pontif. & marty.

Missa, Sancti tui Domine benedicēt te, de communi temp. Pasch. 7. cum Oratione sequenti. Oratio.

BEatorum martyrum, pariterq; Pontificum Cleti, & Marcellini nos Domine foueat pretiosa cōfessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum nostrum. Secreta.

ADesto Domine supplicationibus nostris, quas in Sanctorum tuorum cōmemoratione deferimus: vt qui nostræ iustitiæ fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per Dominum. Postcomm.

QVæsumus Domine salutaribus repleti mysterijs; vt quorū sollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum nostrum.

Die 28. SANCTI VITALIS,

Missa, Protexisti me Deus, de communi temporis Paschalis. 6. cum Oratione sequenti. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotēs Deus; vt qui beati Vitalis martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dominum. Secreta.

MVneribus nostris, quęsumus Domine, precibusque susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clemēter exaudi. Per Dominum. Postcōm. Miss. Carm.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster; vt sicut tuorum cōmemoratione Sanctorum temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dominum.

IN FESTO S. PETRI MART. Die 29.

Ordinis Prædicatorum, Missa, Protexisti, de communi temp. Pasch. 6. cum Oratione sequenti. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus; vt beati Petri martyris tui fidem cōgrua deuotione sectemur, qui pro eiusdem fidei dilatatione, martyrij palmam meruit obtinere. Per Dominum nostrum. Secreta.

PReces quas tibi Domine offerimus, intercedente beato Petro martyre tuo clementer intende: & ~~pugiles~~ fidei propugnator sub tua protectione custodi. Per Dominum nostrum. Postcommunio

FIdeles tuos Dñe custodiant sacramenta quæ sumpsimus: & intercedēte beato Petro martyre tuo, cōtra omnes aduersos tueantur incursus. Per Dñm.

## FESTA MAII.

IN FESTO SANCTORVM Die 1. Apostolorum Philippi, & Iacobi, Introitus.

EXclamauerunt ad te Domine in tempore afflictionis suæ: & tu de cęlo exaudisti eos, allel. allel. Psal. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. Psal. 32. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos annua Apostolorū tuorum Philippi, & Iacobi sollemni-

lemnitate lætificas; præsta quæsumus; vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum nostrum.

Epist. Stabunt iusti, de communi plurimorum Sanctorum tempore Pasch. 7.

Sap. 5. Alleluia, ℣. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Alleluia, alleluia. ℣. In die resurre- Matt. 14. ctionis meæ, dicit Dominus, præcedam vos in Galilæam. Alleluia.

Sap. 5. Post Ascensionem. Allel. ℣. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Alleluia, alleluia.

Eph. 4. ℣. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Alleluia.

Sequẽtia S. Euãgelij secundũ Ioannem.

Cap. 14. 

IN illo tẽpore, Dixit Iesus discipulis suis: Non turbetur cor vestrũ. Creditis in Deũ, & in me credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, si quo minus dixissem vobis: Quia vado parare vobis locũ. Et si abiero, & preparauero vobis locum: iterũ venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado scitis, & viã scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, & Patrem meũ vtique cognouissetis: & amodo cognoscetis eũ, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Dñe, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tẽpore vobiscum sum: & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrẽ. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autẽ in me manẽs, ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amẽ dico vobis: qui credit in me, opera, quę ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad Patrẽ vado. Et quodcũque petieritis Patrẽ in nomine meo, hoc faciam. Credo.

Offertorium. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: & veritatẽ tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, allel. Psal. 88. Secreta.

MVnera Domine, quæ pro Apostolorum tuorũ Philippi, & Iacobi sollemnitate deferimus, propitius suscipe: & mala omnia quæ meremur, auerte. Per Dominum. Præfatio.

Te Domine supplic. 189. Communio.

Tanto tempore vobiscum sum: & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem, alleluia. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est? alleluia, alleluia. Ioan. 14. Postcommunio.

QVæsumus Domine salutaribus rẽpleti mysterijs; vt quorum sollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum.

---

## IN FESTO S. ATHANASII Die 2.

Episcopi, & confessoris, & doctoris, Introitus.



IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientię & intellectus, stola gloriæ induit eum, alleluia, alleluia, alleluia. Eccl. 15.

Psal.

Psal. 91. Psal. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

EXaudi, quęsumus Domine, preces nr̃as, quas in beati Athanasij confessoris tui, atque pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dñm.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

2.c.4. FRatres: Non nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum: nos autẽ seruos vestros per Iesum: quoniã Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu. Habemus autẽ thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed nõ derelinquimur: deijcimur, sed nõ perimus: semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui viuimus, in mortẽ tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autẽ in vobis. Habentes autem eũdem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, Propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: scientes quoniã qui suscitauit Iesum, & nos cũ Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. Alleluia.

Psal. 88. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Alleluia, alleluia. ℣. Angelus Domini descendit de cęlo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia. Matt. 28.

Post Ascensionem. Alleluia: ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua Dñe: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Psal. 88.

Alleluia, alleluia. ℣. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Alleluia. Eph. 4.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Cũ persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat Filius hominis. Non est discipulus super magistrũ, nec seruus super dominum suum, sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos: Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur: & occultũ, quod non scietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidũt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eũ, qui potest & animã, et corpus perdere in gehẽnam. Nonne duo passeres asse vęneunt: & vnus ex illis non cadet super terrã sine patre vestro? Vestri autẽ capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passerib⁹ meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eũ coram Patre meo, qui in cælis est. Credo. Cap. 10.

Psal. 88. Offert. Confitebuntur cęli mirabilia tua Domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, allel. Secreta.

SAncti Athanasij cōfessoris tui atque pontificis, quęsumus Dn̄e, annua solemnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hęc pię placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

Psal. 63. Comm. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, allel. Postcomm.

DEus fidelium remunerator animarum, præsta; vt beati Athanasij confessoris tui, atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum nostrum.

---

Die 3 IN FESTO Inuentionis sanctæ Crucis, Introitus.

Gal 6. NOs autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus, alleluia. Psal. 66. Psal. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui in pręclara salutiferę crucis Inuentione, passionis tuæ miracula suscitasti; concede; vt vitalis ligni pretio, æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui viuis.

Pro commemoratione sanctorū martyrum Alexandri, Euentij, & Theoduli, ac Iuuenalis episcopi, & confess. Oratio.

PRæsta, q̄s op̄s Deus; vt qui sanctorum tuorū Alexādri, Euētij, Theoduli, atque Iuuenalis natalitia colimus, à cunctis malis imminētibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dn̄m.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

FRatres: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cū in forma Dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se æqualē Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu inuētus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortē autē crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū, & donauit illi nomē, quod est super omne nomē: vt in nomine Iesu *Omne genu flectatur*, cęlestium, terrestrium, & infernorū, & omnis lingua confiteatur, quia Dn̄s Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Alleluia. ℣. Salua nos Christe Saluator per virtutē sanctæ crucis. Qui saluasti Petrum in mari, miserere nobis. Alleluia, allel. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere Regem cælorum & Dominum. Alleluia. Cap. 2. Hic genu flectitur.

Euangelium, Erat homo ex Pharisæis, vt in festo Trinit. 255. Et dicit Credo.

Offert. Protege Dn̄e plebē tuam per signum sanctę crucis, ab insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratā exhibeamus seruitutem, & acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum, alleluia. Secreta.

SAcrificium Domine quod tibi immolamus, placatus intende: vt ab omni nos eruat bellorum nequitia, & per vexillum sanctæ crucis Filij tui, ad con-

conterẽdas aduersariorum insidias nos in tuę protectionis securitate constituat. Per eumdem Dominum.

Pro SS. Alexandro, Euentio, & Theodulo, ac Iuuenale. Secreta.

SVper has hostias, quæsumus Domine, benedictio copiosa descẽdat: quę & sanctificationẽ nobis clementer operetur, & de Sanctorum nos sollemnitate lætificet. Per Dominum.

Præfatio, Qui salutem. 180.

Commun. Per lignũ serui facti sumus, & per sanctam crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos, Filius Dei redemit nos, alleluia. Postcommunio.

REpleti alimonia cęlesti, & spiritali poculo recreati, quęsumus omnipotens Deus; vt ab hoste maligno nos defendas: quos per lignum sanctæ crucis Filij tui armis iustitiæ pro salute mundi, triumphare iussisti. Per eumdem Dñm.

Pro comm. SS. Alexandri, Euentij, & Theoduli, ac Iuuenalis. Postcomm.

REfecti participatione muneris sacri, quęsumus Domine Deus noster (vt cuius exequimur cultũ) intercedentibus sanctis tuis Alexandro, Euentio, Theodulo, & Iuuenale sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

---

Die 5 IN FESTO SANCTI Angeli martyris, Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrãtes sub honore beati Angeli martyris: de cui⁹ passione gaudẽt angeli, & collaudãt Filium Dei, allel. Psal. 32. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

PLebs tua Dñe, beati sacerdotis & martyris tui Angeli te glorificatione sanctificet: & eodẽ semper precante, te mereatur habere rectorem. Per Dñm.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

CHarissime: Nemo militans Deo implicat se negotijs sęcularibus: vt ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone, nõ coronabitur nisi legitime certauerit. Laborãtem agricolam oportet primùm de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memor esto Dñm Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Alleluia.

℣. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Psal. 63. Alleluia, alleluia. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia. Matt. 28.

Post Ascensionem. Alleluia. ℣. Lętabitur

Psal. 63. bitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

Ephe. 4. Alleluia, alleluia. ℣. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Alleluia.

Euangeliū, Si quis vult post me venire. de communi vnius martyris. 3.

Psal. 88. Offert. Confitebūtur cæli mirabilia tua Domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. Secreta.

HOstias tibi Domine beati Angeli martyris tui dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum.

Psal. 63. Comm. Lętabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. Postcomm.

REfecti participatione muneris sacri, quęsumus Domine Deus noster; vt beati Angeli martyris tui, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

Die 6 IN FESTO S. IOANNIS ante portam Latinam, Introitus.

Eccl. 15. IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus, stola gloriæ induit eum, alleluia, alleluia, alleluia. Psal. 91. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

DEus, qui conspicis quia nos vndique mala nostra perturbāt; pręsta quęsumus; vt beati Ioannis Apostoli tui, & Euangelistæ intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum.

Epist. Vidi: & ecce ostium, vt in festo S. Marci. 337. Allel. ℣. Primus ad Sion Esa. 41. dicet: Ecce adsunt, & Ierusalem euangelistam dabo. Alleluia, allel. ℣. Angelus Matth. 28. Dñi descēdit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Allel.

Post Ascensionem. Alleluia. ℣. Primus Esa. 41. ad Sion dicet: Ecce adsunt, & Ierusalem euangelistam dabo. Alleluia, alleluia.

℣. Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ. Alleluia. Psal. 46.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tēpore, Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meū bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistrā non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Credo. Cap. 20.

Offert. Confitebuntur cęli mirabilia tua Domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, allel. Secreta. Psal. 88.

MVneribus nostris, quęsumus Domine, precibusque susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clemēter exaudi. Per Dominum. Præfatio. Te Domine suppl. 189. Communio. Ego sum vitis vera: & vos palmites. Ioan. 15.

Qui

Qui manet in me, & ego in eo, hiç fert fructum multum, allel. allel. Postcom.

Refecti Domine pane cælesti, intercedēte beato Ioanne Apostolo tuo & Euangelista, ad vitam quæsumus nutriamur æternam. Per Dominū nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit.

## Die 7 IN FESTO S. STANISLAI

Episcopi, & martyris,

Missa, **Protexisti me Deus,** de communi temporis Paschal. **6.** cum Oratione sequenti. Oratio.

Deus, pro cuius honore gloriosus pontifex Stanislaus gladijs impiorum occubuit; pręsta quęsumus; vt omnes qui eius implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat. Secreta.

Hostias tibi Domine beati Stanislai martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dom. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus Domine Deus noster; vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Stanislao martyre tuo atq; pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

## Die 8 IN APPARITIONE

Sancti Michaelis fit Officium, sicut in Dedicatione eiusdem in mense Septembri. **407.** sed Introitus, & Comm. terminantur cum **alleluia,** & prætermisso Graduale dicuntur **alleluia,** cum suis versibus vt ibi.

## Die 9 IN FESTO S. GREGORII

Nazianzeni Episcopi, confessoris, & doctoris, Introitus.

In medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientię & intellectus, stola gloriæ induit eum, alleluia, alleluia, alleluia. Eccli 15.

Post Pentecost. non dicitur **alleluia.** Psal. **Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime.** ℣. Gloria Patri. Psal. 91. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus, qui populo tuo æternę salutis beatum Gregorium ministrū tribuisti; pręsta quæsumus; vt quem doctorem vitę habuimus in terris, intercessorē habere mereamur in cælis. Per Do.

Epist. **Iustus cor suum,** vt in die S. Thomę de Aquino. **329.** Alleluia. ℣. Confitebūtur cæli mirabilia tua Dn̄e: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Psal. 88.

Alleluia, allel. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia. Matt. 28.

Post Ascensionē, Allel. ℣. Confitebunt̄ cęli mirabilia tua Dn̄e: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Allel. allel. Psal. 88.

℣. Ascēdēs Christus in altū captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hoībus. Allel. Eph. 4.

Post Pentecost. Grad. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Allel. allel. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Allel. Psal. 36. Iac. 1

Euang. **Vos estis sal terræ,** de communi doctorum. **14.** Et dr̄ Credo. C

Psal. 88. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia.

Post Pentecosten. Offertorium.

Psal. 91. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus quę in Libano est, multiplicabitur. Secr.

SAncti tui Gregorij nobis Dñe pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

Psal. 63. Commun. Lætabitur iustus in Dño, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, allel. Post Pentecost.

Matt. 24 & Luc. 12. Comm. Fidelis seruus, & prudẽs, quem constituit dñs super familiã suam, vt det illis in tẽpore tritici mẽsuram. Postcõm.

VT nobis Domine tua sacrificia dent salutem, beatus Gregorius confessor tuus, & doctor egregius precator accedat. Per Dominum nostrum.

---

Die 10. SANCTORVM GORDIANI, & Epimachi mart. Introitus.

Psal. 144. SAncti tui Domine benedicent te: gloriã regni tui dicẽt, alleluia. Psal. Exaltabo te Deus meus rex: & benedicã nomini tuo in sæculum, & in sæculũ sæculi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus; vt qui beatorum martyrum tuorum Gordiani, & Epimachi sollemnia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Cap. 19. IN diebus illis: Audiui quasi vocem turbarũ multarum in cælo dicentium: alleluia: Salus, & gloria, & virtus Deo nostro est: quia vera, & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã in prostitutione sua, & vindicauit sanguinẽ seruorum suorũ de manibus eius. Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus eius ascendit in sæcula sæculorum. Et ceciderũt seniores vigintiquattuor, & quattuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronũ, dicentes: Amen: Alleluia. Et vox de throno exiuit, dicẽs: Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius: & qui timetis eũ pusilli, & magni. Et audiui quasi vocem turbę magnæ, & sicut vocem aquarũ multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorũ, dicentiũ: Alleluia: quoniã regnauit Dñs Deus noster omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerũt nuptię Agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti, & candido. Byssinum enim iustificationes sunt Sanctorum. Et dixit mihi: Scribe: Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Alleluia.

℣. Sancti tui Domine, benedicent te: gloriam regni tui dicent. Alleluia, alleluia. Psal. 144.

℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia. Matt. 28.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tẽpore, Dixit Iesus discipulis suis: Nolite arbitrari quia pacẽ venerim mittere in terrã: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominẽ aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurus aduersus socrum suam: & inimici Cap. 10.

mici

mici hominis, domestici eius. Qui amat patrē, aut matrem plus q̃ me, non est me dignus. & qui amat filiū, aut filiā super me, nō est me dignus. Et qui non accipit crucē suam, & sequitur me, nō est me dignus. Qui inuenit aīam suam, perdet illam: et qui perdiderit animā suā propter me, inueniet eā. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedē prophetę accipiet: & qui recipit iustū in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicūque potū dederit vni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

Psal. 31. Offertorium. Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Secreta.

HOstias tibi Dn̄e beatorū martyrū tuorū Gordiani, & Epimachi dicatas meritis benign⁹ assume: & ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per.

Psal. 32. Comm. Gaudete iusti in Dn̄o, alleluia: rectos decet collaudatio, allel. Postcōm.

QVęsumus op̄s Deus; vt qui cęlestia alimēta percepimus, intercedētib⁹ sanctis tuis Gordiano, & Epimacho, per hæc contra oīa aduersa muniamur. Per.

---

Die 12. SS. NEREI, ACHILLEI atque Pancratij mart. Intr.

Psal. 32. ECce oculi Dn̄i super timentes eū: sperantes in misericordia eius, allel. Vt eripiat à morte animas eorum: quoniā adiutor, & protector noster est, alleluia, allel. Psal. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

SEmper nos Domine sanctorū martyrū tuorum Nerei, Achillei atque Pācratij foueat q̄sumus beata solennitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per Do.

Lectio libri Sapientiæ.

Prou. 15. LIngua sapiētium ornat scientiā: os fatuorū ebullit stultitiam. In omni loco oculi Dn̄i contēplantur bonos, & malos. Lingua placabilis, lignū vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impij cōturbatio. Labia sapientiū disseminabunt scientiam: cor stultorū dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia. Qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo. Alleluia. ℣. Gaudete iusti in Domino: rectos decet collaudatio. Psal. 32. Allel. allel. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia. Matt. 28.

Sequētia S. Euāgelij secundū Ioannem.

IN illo tēpore, Dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mūdus autem gaudebit: vos autē cōtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cū parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudiū: quia natus est homo in mūdum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Cap. 16.

Psal. 88. Offert. Confitebūtur cęli mirabilia tua Domi-

Domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. Secreta.

SAnctorum martyrũ tuorum, quæsumus Domine, Nerei, Achillei atque Pancratij sit tibi grata confessio: quæ & munera nostra commendet, & tuam nobis indulgẽtiam semper imploret. Per Dominum nostrum. Comm.

Psal. 32. Gaudete iusti in Dño, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. Postcomm.

QVæsumus Domine; vt beatorum martyrum tuorũ Nerei, Achillei, atque Pancratij deprecationibus, sacramenta sancta quę sumpsimus, ad tuę nobis proficiant placationis augmẽtum. Per Dominum nostrum.

Die 16. ¶ In festo S. Simonis Anglici conf. Ord. nostri, Missa, Iustus vt palma. de cõi vnius cõfess. non Pont. 16. Sed Euang. erit, Ecce nos reliquimus omnia, de cõi Abbatum. 17. Si vero celebretur tẽpore Pasch. dr Missa, Protexisti me Deus, de communi temporis Paschalis. 6. cum oratione, Deus qui nos beati. 16.

Die 19. S. PVDENTIANÆ virginis, Missa, Dilexisti iustitiam, de communi virginis non martyris. 22.

Die 25. IN FESTO S. VRBANI Papæ, & mart. Introitus.

SAcerdotes Dei benedicite Dominum. Sancti, & humiles corde laudate Deum. Psalm. Benedicite omnia opera Domini, Domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

Dan. 3. DA, quęsumus omnipotens Deus; vt qui beati Vrbani martyris tui atque pontificis sollemnia colimus; eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRatres: Doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quę non profuerũt ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suũ sanguinem populũ, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portãtes. Non enim habemus hic manẽtem ciuitatẽ, sed futurã inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentiũ nomini eius. Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. Grad. Cap. 13.

Psal. 88. INueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso. Alleluia. Psal. 20.

Euang. Homo quidam peregre, de cõmuni vnius episcopi & confessoris. 12.

Psal. 88. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HÆc hostia, quæsumus Domine, emundet nostra delicta: & ad sacrifi-

crificium celebrãdum subditorum tibi corpora menteſq; sanctificet. Per Dñm.

Matt. 24.& Luc. 12. Communio. Fidelis seruus,& prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

REfecti participatione muneris sacri, quęsumus Dñe Deus noster; vt cuius exequimur cultum, intercedẽte beato Vrbano martyre tuo,atque pontifice,sentiamus effectum.Per Dominum.

¶ Si festum sancti Vrbani celebratur tẽpore Paschali, dicitur Missa, Protexisti me Deus, de communi temporis Paschalis. 6. cum Oratione, Da quęsumus omnipotens: vt supra.

---

## FESTA IVNII.

### Die 1. IN FESTO SANCTORVM martyrum Marcellini, Petri, atque Erasmi, Introitus.

Psal. 33. CLamauerunt iusti,& Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Psal. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos annua beatorũ martyrum tuorũ Marcellini, Petri, atque Erasmi sollemnitate lętificas; præsta quęsumus; vt quorum gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Per Dñm.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Cap. 7. IN diebus illis: Respondit vnus de senioribus,& dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt?& vnde venerunt? Et dixi illi: Dñe mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni: ideo sunt ante thronum Dei, & seruiũt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos: non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque vllus æstus: qm̃ Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Grad. Clamauerunt iusti, & Dñs exaudiuit eos:& ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit. Allel. allel. Psal. 33.

℣. Sancti tui Domine benedicent te: & gloriam regni tui dicent. Alleluia.

Euang. Cum audieritis prælia, de communi plurimorum marty. 9. Offert. Lætamini in Dño & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Secreta. Psal. 31.

HÆc hostia, quæsumus Domine, quam in Sanctorum martyrum tuorũ natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostrę prauitatis absoluat,& tuę nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dominum nostrum. Communio.

Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommunio.

SAcro munere satiati supplices te Domine deprecamur; vt quod debitæ seruitutis celebramus officio, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per Dñm.

¶ Si festum sanctorum Marcellini, Petri, atque Erasmi celebratur ante Pentecost. dicitur Missa, Sancti tui Domine. de

de communi tẽporis Paſchalis.7. cum oratione, Deus qui nos annua, vt ſupra.

Die 8 SANCTORVM MEDARDI & Gildardi Epiſcoporum, & confeſſorum, Miſſa, Sapientiam ſanctorum, de communi plurimorũ confeſſorum Epiſcoporum. 19.

Die 9 SS. MARTYRVM Primi, & Feliciani, Introitus.

Eccl. 44. SApientiam ſanctorũ narrent populi, & laudẽ eorum nunciet eccleſia: nomina autem eorum viuẽt in ſæculum ſæculi.

Pſal. 32. Pſalmus. Exultate iuſti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

FAc nos, quæſumus Domine, ſanctorum martyrum tuorum Primi, & Feliciani ſemper feſta ſectari: quorum ſuffragijs protectionis tuæ dona ſentiamus. Per Dominum noſtrum.

Lectio Epiſtolę beati Pauli Apoſtoli ad Romanos.

Cap. 8. FRatres: Non ſunt cõdignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt nõ volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitũ à ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Scimus enim ꝙ omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc. Non ſolum autẽ illa, ſed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes: & ipſi intra nos gemimus adoptionẽ filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri.

Grad. Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate Domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Alleluia, allel. ℣. Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia. Alleluia. Pſal. 149. Pſal. 67.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

Cap. 24. IN illo tempore, Sedẽte Ieſu ſuper mõtem Oliueti, acceſſerũt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi? Et reſpondens Ieſus, dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat, multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini, oportet enim hæc fieri: ſed nondum eſt finis. Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca, hæc autem omnia initia ſunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebũt inuicem. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum, qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Offertorium.

Pſal. 67. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus. Secreta.

Fiat

FIat tibi, quæsumus Domine, hostia sacranda placabilis, pretiosi celebritate martyrij: quę & peccata nostra purificet, & tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per Dominum.

Ioan. 15. Commun. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat. Postcommunio.

QVæsumus omnipotens Deus; vt sanctorum martyrũ tuorum Primi, & Feliciani cælestibus mysterijs celebrata sollemnitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Per Dñm.

---

Die 11. IN FESTO SANCTI Barnabæ Apostoli, Introitus.

Psal. 138. MIhi autẽ nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ante Trinitatẽ additur alleluia. Psal. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos beati Barnabę Apostoli tui meritis, & intercessione lætificas; concede propitius; vt qui eius beneficia poscimus, dono tuę gratię consequamur. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 11. IN diebus illis: Multus numerus credentiũ conuersus est ad Dominum. Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ, quæ erat Ierosolymis super istis: & miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam. Qui cum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Dño: quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide. Et apposita est multa turba Dño. Profectus est autem Tarsum, vt quęreret Saulum: quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totum cõuersati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbã multam, ita vt cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiani. Erant Cap. 13. autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetę, & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchę collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunãtibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabã in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Graduale.

Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos, et super arenã multiplicabuntur. Allel. allel. ℣. Per manus Act. 5. autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in populo. Alleluia.

Ante Trinitatem, omisso Graduali, dicitur Allel. ℣. Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa Act. 5. in populo. Alleluia, allel. ℣. Ascendens Eph. 4. Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Allel.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 15. IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionem

nemo

nemo habet, vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quę ego præcipio vobis. Iam non dicã vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: vt quodcũque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Credo.

Psal. 138. Offertorium. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Ante Trinit. additur alleluia. Secreta.

MVnera Domine oblata sanctifica: et intercedẽte beato Barnaba Apostolo tuo, nos per hæc à peccatorũ nostrorum maculis emunda. Per Dñm.

Præfatio, Te Domine supplic. 189.

Matt. 19. Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel.

Ante Trinit. additur allel. Postcomm.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus; vt quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Barnaba Apostolo tuo, tibi etiã placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per Dominum.

---

Die 12. SANCTORVM MART. Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij, Introitus.

Psal. 78. INtret in conspectu tuo Domine gemitus cõpeditorum. Redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum. Vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est.

Psal. Deus venerunt gentes in hęreditatem tuam, polluerũt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorũ custodiam. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

SAnctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarij, quæsumus Domine, natalitia nobis votiua resplendeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ deuotionis accrescat. Per Dñm.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRatres: Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum: & in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantiũ effecti. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manẽtem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuit. Graduale. Cap. 10.

Psal. 78. Vindica Domine sanguinẽ sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum, escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Alleluia, alleluia. ℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuent in generatione, & generationem. Alleluia. Eccl. 44.

Euangel. Descendens Iesus de monte, de communi plurim. mart. 8. Offert.

Exulta-

Psal. 149. Exultabunt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis. Exaltationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

PRo sanctorum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij sanguine venerando, hostias tibi Domine sollemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quem talis est perfecta victoria. Per Dominum.

Psal. 78. Com. Posuerunt mortalia seruorum tuorum Dñe, escas volatilibus cæli: carnes sanctorũ tuorum bestijs terræ. Secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. Postcom.

SEmper Dñe sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarij sollemnia celebrantes; pręsta quęsumus; vt eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per Dominum.

---

## Die 13. IN FESTO S. ANTONII

de Padua confessoris.

Missa, Os iusti, de communi vnius confessoris non pontificis. 15. præter Orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio.

ECclesiam tuam Deus beati Antonij confessoris tui sollemnitas votiua lætificet: vt spiritualibus semper muniatur auxilijs, et gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

PRęsens oblatio fiat Domine populo tuo salutaris: pro quo dignatus es patri tuo te viuentẽ hostiam immolare. Qui ~~viuis & regnas.~~ Postcom.

DIuinis Domine muneribus satiati, quæsumus; vt beati Antonij confessoris tui meritis gloriosis, salutaris victimæ desideratũ sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

Miss. Carm.

cum eodem Deo Patre, et spiritu sancto uiuis, et regnas Deus per omnia.

---

## IN FESTO SANCTI

Elisei Prophetæ. Introitus.

REquieuit spiritus Elię super Eliseũ. 4. Regũ 2. Et veniẽtes filij prophetarũ in occursum eius, adorauerũt eũ proni in terrã. Psal. Voce mea ad Dominũ clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi. Psal. 76. Requieuit. Gloria. Requieuit. Gloria in excelsis. Oratio.

OMnĩps sempiterne Deus, qui in electis prophetis mirabilis prędicaris; præsta quęsumus; vt sicut Eliæ Spiritum in propheta tuo Eliseo duplicasti, ita in nobis Spiritus sancti gratiã ad virtutum opera exercenda multiplicare digneris. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis: Videntes Eliseũ filij prophetarũ, qui erant in Iericho è cõtra, dixerunt: Requieuit spiritus Eliæ super Eliseũ. Et venientes in occursum eius, adorauerũt eũ proni in terram. Dixerunt viri ciuitatis ad Eliseum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse dñe perspicis: sed aquæ pessimę sunt, & terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. Quod cũ attulissent, egressus ad fontem aquarũ, misit in illum sal, & ait: Hęc dicit Dñs: Sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors, neque sterilitas. Sanatę sunt ergo aquæ vsque in diẽ hanc, iuxta verbũ Elisei, quod locutus est. Ascendit autem inde in Bethel: cumque ascenderet per viã, pueri parui egresi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: Ascen- 4. c. 2.

de calue, ascende calue. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egreßique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Abijt autem inde in montem Carmeli. Graduale.

4. Regũ 2. Egressus Eliseus ad fontem aquarũ, misit in illũ sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors, neque sterilitas. ℣. Sanatæ sunt ergo aquæ vsque in diem hanc, iuxta verbum Elisei. Alleluia, alleluia. ℣. Elias in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus eius. Alleluia. Eccl. 48.

Sequentia S. Euãgelij secundũ Lucam.

Cap. 4.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorum: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura te ipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autẽ: Amen dico vobis, quia nemo ꝓpheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multę viduę erant in diebus Elię in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex: cũ facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierẽ viduam. Et multi leprosi erãt in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Credo.

4. Regũ 4. Offert. Dixit Eliseus mulieri de vxoribus prophetarum: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nõ pauca. Et ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, & filij tui: & mitte oleum in omnia vasa hæc: & cum plena fuerint, tolles. Secreta.

HOstias tibi Dñe laudis offerimus, suppliciter deprecãtes; vt easdem pro nobis prophetico interueniẽte suffragio, & placatus accipias, & ad salutẽ nostrã prouenire cõcedas. Per Do. Comm. Eccl. 48.

Eliseus in vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. Postcõm.

PVrificet nos semper, & muniat tui susceptio sacramenti: & intercesione beati Elisei prophetæ tui mereamur gaudijs cælestibus admisceri. Per Dñm.

---

## IN FESTO S. BASILII Die 15.

Episcopi, confess. & doctoris, Intr.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dñs spiritu sapientiæ, & intellectus, & stola gloriæ induit eum. Eccl. 15.

Psal. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altißime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 91.

DEus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Basilium ministrũ tribuisti; præsta quęsumus; vt quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Do.

Et fit commem. de octa. Omnipotens. Deinde fit cõmem. sanctorũ martyrum Viti, Modesti, & Crescentiæ, Oratio.

DA Ecclesię tuæ, quæsumus Dñe, sanctis tuis Vito, Modesto, atque Crescentia intercedẽtibus, superbe nõ sapere, sed tibi placita humilitate proficere: vt proterua despiciens, quæcũq; matura sunt, libera exerceat charitate. Per Dñm.

Epistola, Testificor coram, de communi Doctorum. 14. Graduale.

Os iusti meditabitur sapientiã, et lingua eius Psal. 36.

eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius:& non supplantabuntur
Psal. 88. gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Alleluia.

Sequẽtia S. Euangelij secundũ Lucam.

Cap. 14.

IN illo tẽpore, Dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ suum, & matrẽ, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autẽ & animã suã, non potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucẽ suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volẽs turrim ædificare, non prius sedens computat sumptos, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiẽdum, ne, posteaquàm posuerit fundamentũ, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cũ viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agẽte, legationem mittens rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal euanuerit: in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. Credo.

Psal. 88. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAncti Basilij cõfessoris tui atq; pontificis, quæsumus Dñe, annua solẽnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Pro commem. oct. Secreta. Hostias tibi.

Pro commemor. sanctorum Viti, Modesti, & Crescentiæ, Secreta.

SIcut gloriam diuinæ potentię munera pro Sanctis oblata testantur, sic nobis effectum Domine tuæ saluationis impendant. Per Dominum. Comm.

Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dñs super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcom. Matt. 24. & Luc. 12.

VT nobis Domine tua sacrificia dent salutem, beatus Basilius confessor tuus, & doctor egregius precator accedat. Per Dominum nostrum.

Pro commem. octa. Postcom. Purificet.

Pro commem. sanctorum Viti, Modesti, & Crescentiæ, Postcommunio.

REfecti Domine benedictione solemni, quæsumus; vt per intercessionem sanctorum martyrum tuorum Viti, Modesti, & Crescentiæ, medicina sacramenti & corporibus nostris prosit, & mentibus. Per Dominum.

INFRA OCTAVAM & in die octa. sancti Elisei

Dicitur Missa, vt in die: sed Introitus bis tantum dr: & infra oct. post orationem diei, dicitur secunda Oratio de B. Virg. Concede. 42. Tertia, pro seruãdo Religionis voto, Deus, qui nos à sęculi. 259.

¶ In Dñica infra oct. post Primã cantetur Missa de Dñica: & maior Missa de oct. sine aliqua commem. de Dominica.

Missæ vero priuatæ de oct. cum comm. Dominicæ tantum, & in fine Euangelium Dominicæ.

¶ In die autem oct. nulla fiat commem. Quòd si Dominica fuerit, fiat vt dictũ est de Dominica infra oct.

Die 18. PRO COMMEM. SS. MART.

Marci, & Marcelliani, Oratio.

PRæsta, quęsumus omnipotens Deus; vt qui sanctorum martyrum tuorum Marci, & Marcelliani natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus, eorum intercesſionibus liberemur. Per Dominum.

Tertia Oratio de B. Virg. Concede. 42.

Pro SS. Marco, & Marcelliano, Secreta.

MVnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedētibus sanctis martyribus tuis Marco, & Marcelliano, per eadem nos placatus intende. Per Dominum nostrum.

Tertia de beata Virgine. Tua Domine.

Pro SS. Marco, & Marcell. Postcomm.

SAlutaris tui Domine munere satiati, supplices exoramus; vt cuius lætamur gustu, intercedentibus sanctis martyribus tuis Marco, & Marcelliano renouemur effectu. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Tertia de beata Virgine. Sumptis Dñe.

Die 19. PRO COMMEMORAT.

Sanctorum martyrum Geruasij, & Protasij, Oratio, Deus, qui nos annua, de communi plurimorum mart. 8. Tertia de beata Virgine, Concede. 42.

Die 20. PRO COMMEMORAT.

sancti Siluerij Papæ & martyris, Oratio. Infirmitatem, de communi vnius Episcopi, & marty. 4. Tertia de beata Virg. Concede nos famulos. 42.

Die 22. IN FESTO SANCTORVM

Decem millium mart. Introitus.

SAlus iustorũ à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis. Psal. 36. Psalm. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri, et Filio. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

DEus, qui ad imitandum pasſionis tuę exēplum, decē millia martyrũ crucis patibulũ subire fecisti; concede propitius; vt qui pasſionē eorũ veneramur in terris, pasſionis tuę remedia cōsequi mereamur in cælis. Qui viuis &c.

Et fit commemor. S. Paulini, Oratio.

DA, quæsumus omnipotēs Deus; vt beati Paulini cōfessoris tui atque pontificis veneranda sollemnitas, & deuotionē nobis augeat & salutem. Per Dominum. Epist. Sancti per fidem, de cōi plurimorum marty. 8. Graduale.

Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciēs prodigia. ℣. Dextera tua Dñe magnificata est in fortitudine, dextera manus tuæ confregit inimicos. Exo. 15. Allel. allel. ℣. Sancti, & iusti in Dño gaudete: vos elegit Deus in hęreditatem sibi. Allel. Euangel. Cum audieritis prælia, de eodem communi. 9. Offertorium.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus. Psal. 67. Secreta.

BEnedictio tua Dñe larga descēdat, quæ & munera nr̃a deprecãtibus sanctis tuis tibi reddat accepta, & nobis sacramentũ redemptionis efficiat. Per Do.

Pro

Pro sancto Paulino, Secreta.

SAncti tui, q̃s Dñe, nos vbique lætificent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dñm.

Psal. 78. Comm. Posuerunt mortalia seruorum tuorum Dñe, escas volatilibus cæli: carnes sanctorũ tuorum bestijs terrę. Secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. Postcomm.

CÆlestibus refecti sacramentis, & gaudijs, supplices te Domine deprecamur; vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per Dñm.

Pro sancto Paulino, Postcommunio.

PRæsta, q̃sumus omnipotens Deus; vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Paulino confessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

---

Die 23. IN VIGILIA sancti Ioannis Baptistæ.

Fiunt genuflexiones, Introitus.

Luc. 1 NE timeas Zacharia, exaudita est oratio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomẽ eius Ioannem: & erit magnus coram Domino: et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Psal.

Psal. 20. Domine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

PRæsta, q̃sumus omnipotens Deus, vt familia tua per viam salutis incedat: & beati Ioannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prędixit, secura perueniat, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

Lectio Ieremiæ prophetæ.

Cap. 1. IN diebus illis: Factũ est verbum Dñi ad me, dicens: Priusquàm te formarem in vtero, noui te: & antequã exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te. Et dixi; A, a, a, Dñe Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dñs ad me: Noli dicere: Puer sum: qm̃ ad omnia, quę mittam te, ibis: & vniuersa, quęcũque mandauero tibi, loquęris. Ne timeas à facie eorũ: quia tecũ ego sum vt eruam te, dicit Dñs. Et misit Dñs manum suã, & tetigit os meum: & dixit Dñs ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Graduale.

Ioan. 1. Fuit homo missus à Deo, cui nomẽ erat Ioannes. ℣. Hic venit vt testimonium perhiberet de lumine, & pararet Domino plebem perfectam. Grad. reiteratur.

Initium S. Euangelij secundũ Lucam.

Cap. 1. FVit in diebus Herodis, regis Iudææ sacerdos quidã nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius, eo quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in or-

dine vicis suæ ante Deum, secundũ consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret, ingressus in templum Dñi: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incẽsi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudiũ tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum: & ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudẽtiam iustorum, parare Domino plebẽ perfectam. Offert.

Psal. 8. Gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Secreta.

MVnera Domine oblata sanctifica: & intercedente beato Ioanne Baptista, nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostrum. Communio.

Psal. 20. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decorem impones super eum Domine. Postcommunio.

BEati Ioannis Baptistæ nos Domine præclara comitetur oratio: & quem venturum esse prædixit, poscat nobis fore placatum Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum.

## IN NATIVITATE S. Ioannis Baptistæ, Introitus. Dec. 24.

DE ventre matris meæ vocauit me Dñs noĩe meo. Et posuit os meũ, vt gladium acutum: sub tegumẽto manus suę protexit me, & posuit me quasi sagittã electam. Psal. Bonũ est cõfiteri Dño, & psallere nomini tuo Altissime. De ventre. ℣. Gloria Patri. De ventre. Gloria in excelsis. Oratio. Isa. 49. Psal. 91.

DEus, qui præsentẽ diẽ honorabilẽ nobis in beati Ioãnis natiuitate fecisti; da populis tuis spiritualiũ gratiam gaudiorũ: & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dñm.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

AVdite insulę, & attendite populi de longe: Dñs ab vtero vocauit me, de vẽtre mřis meæ recordatus est noĩs mei. Et posuit os meũ quasi gladiũ acutũ: in vmbra manus suę protexit me, & posuit me sicut sagittã electã: in pharetra sua abscõdit me. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et nũc dicit Dñs, formans me ex vtero seruũ sibi: Ecce dedi te in lucẽ Gẽtiũ, vt sis salus mea vsque ad extremũ terræ: Reges videbunt, & cõsurgent principes, & adorabunt propter Dñm, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. Cap. 49.

Grad. Priusquàm te formarem in vtero, noui te: & anteq̃ exires de ventre, sanctificaui te. ℣. Misit Dñs manum suam, & tetigit os meum: & dixit mihi. Alleluia, allel. ℣. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Alleluia. Iere. 1. Matt. 11.

Sequen-

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

Cap. 1.

Eliſabeth impletũ eſt tẽpus pariẽdi, & peperit filiũ. Et audierũt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dñs miſericordiã ſuam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum eſt in die octauo, venerunt circũcidere puerum, & vocabãt eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondens mater eius, dixit: Nequaquã, ſed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocet hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et poſtulãs pugillarem ſcripſit, dicens: Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicẽs Deum. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorũ: & ſuper omnia montana Iudęæ diuulgabantur omnia verba hæc: & poſuerunt omnes, qui audierant in corde ſuo, dicentes: Quis, putas, puer iſte erit? Etenim manus Dñi erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto: & prophetauit, dicens: Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ. Credo. Offertorium.

Pſal. 91. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus, quę in Libano eſt, multiplicabit. Secreta.

Tua Dñe muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatẽ honore debito celebrantes, qui Saluatorem mundi & cecinit affuturũ, & adeſſe monſtrauit Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit. Communio.

Tu puer, propheta Altiſsimi vocaberis: Luc. 1 præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Poſtcommunio.

Sumat Eccleſia tua Deus beati Ioannis Baptiſtæ generatione lętitiam: per quem ſuę regenerationis cognouit auctorem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit.

INFRA OCTAVAM ſancti Ioannis Baptiſtę, Miſſa dicitur ſicut in die: ſed Introitus dr̃ bis tantum: & poſt orationem diei, dicitur ſecunda oratio de ſancta Maria, Concede. 42. Tertia contra perſecutores Eccleſiæ, vt poſt Dominicam in Albis. 228.

¶ In Dominica infra octauam dicitur Miſſa de Dominica: ſecunda oratio de octaua: tertia Pietate. 258.

---

## IN FESTO SS. MARTYRVM Ioannis, & Pauli, Introitus. Die 26.

Multæ tribulationes iuſtorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum: vnum ex his non cõteretur. Pſal. Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelſis. Oratio. Pſal. 33.

Quæſumus omnipotens Deus; vt nos geminata lętitia hodiernę feſtiuitatis excipiat, quæ de beatorum martyrum Ioannis, & Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides & paſsio verè fecit eſſe germanos. Per Dominum. Secunda oratio de ſancto Ioanne: Tertia Concede nos famulos. 42.

Epiſt. Quis nos ſeparabit à charitate, vt in feſto ſancti Ignatij. 320. Graduale.

Psal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucũdum habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentùm in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, allel.
Apoc. 11. ℣. Isti sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucẽtia ante Dominum. Habent potestatem claudere cælum nubibus, & aperire portas eius: quia linguæ eorum claues cæli factæ sunt. Alleluia.

Euangelium, Cum audieritis prælia, de communi plurimorum martyrum. 9.

Psal. 5. Offert. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu Dñe benedices iusto. Dñe, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Secreta.

Hostias tibi Dñe sanctorum martyrum tuorum Ioannis, & Pauli dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum. Communio.

Sap. 3 Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos. Tamquam aurũ in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos. Postcomm.

Sumpsimus Domine, sanctorũ martyrum tuorum Ioannis, & Pauli sollemnia celebrantes, sacramenta cælestia: præsta quęsumus; vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudijs consequamur. Per Dominum nostrum.

¶ Si sequens festum S. Leonis venerit in Dñica, transfertur post oct. Visitationis, & Missa dicitur de Dñica: secunda Oratio de octaua: tertia Pietate tua. 258. Et in sabbato præcedenti post Sextã cantetur Missa de Vigilia: prima Missa de octaua: Missæ vero priuatæ de oct. cum comm. Vigiliæ, & beatæ Virginis. 42. & in fine Missæ dicitur Euang. Vigiliæ. Quocũque alio die venerit, fit de festo: & post Sextam cantetur Missa de Vigilia: prima Missa de festo: Missæ vero priuatæ dicuntur de festo, cum commem. octa. & Vigiliæ: & in fine Missæ dicitur Euangelium Vigiliæ.

## IN FESTO S. LEONIS Die 28.

Papæ, & confessoris, Missa,

Statuit ei Dominus, de communi vnius confessoris pontificis. 11. præter orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio.

Deus, qui beatum Leonem Pontificem tuum sanctorum tuorum meritis coæquasti; cõcede propitius; vt qui commemorationis eius festa percolimus, vitæ quoque imitemur exẽpla. Per Dñm. Secunda Oratio de oct. Tertia, Pietate tua. 258. Secreta.

Annue nobis, quæsumus Domine; vt intercessione beati Leonis hæc nobis prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum. Postcommunio.

Deus, qui animę famuli tui Leonis æternę beatitudinis pręmia cõtulisti; concede propitius; vt qui peccatorũ nostrorũ pondere pręmimur, eius apud te precibus subleuemur. Per Dominum.

---

## IN VIGILIA Die 28.
## Apostolorum Petri, & Pauli.

Fiunt genuflexiones, Introitus.

Dixit Dominus Petro: Ioan. 21. Cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Psalm. Cæli enarrant gloriam Psal. 18. Dei,

Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria Patri.

Non dr̃ Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos beatorũ Apostolorũ tuorũ Petri, & Pauli natalitiã gloriosa præuenire concedis; tribue q̃s; eorũ nos semper & beneficijs prçueniri, & orationibus adiuuari. Per Dominum.

Secũda oratio de beata Virgine, Cõcede. Tertia, Ecclesiæ: vt post Dominicam in Albis. 228.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 3. IN diebus illis: Petrus, & Ioãnes ascẽdebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidã vir, qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cũ vidisset Petrum, & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynã acciperet. Intuens autẽ in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperãs se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum & aurum nõ est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius, & plantæ. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliẽs, & laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum. Cognoscebant autem illum, ꝙ ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portã templi: & impleti sunt stupore & extasi in eo, quod contigerat illi. Graduale.

In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Psal. 18. ℣. Cęli enarrant gloriã Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Graduale reiteratur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tẽpore, Dicit Simoni Petro Iesus: Cap. 21. Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Dñe, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioãnis, diligis me? Ait illi: Etiam Dñe, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei: Dñe tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi: cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum.

Offert. Mihi autem nimis honorificati Psal. 138. sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

MVnus populi tui, quęsumus Domine, Apostolica intercessione sanctifica: nosq; à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

Communio. Simon Ioannis diligis me Ioan. 21. plus his? Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Postcommunio.

QVos cælesti Domine alimẽto satiasti, Apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per Dñm.

IN

Die 29. IN FESTO APOSTOLORVM Petri, & Pauli, Introitus.

Act. 12.

NVnc scio verè q̄a misit Dñs Angelum suũ, & eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Iudæorũ. Psal. Dñe
Psal. 138.
probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam, & resurrectionẽ meam. Nunc scio verè. ℣. Gloria Patri. Nunc scio verè. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui hodiernã diem Apostolorũ tuorum Petri, & Pauli martyrio cõsecrasti; da Ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per Dñm. De octa. S. Ioannis nulla fit commem.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 12.
IN diebus illis, Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autẽ Iacobum fratrẽ Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit vt apprehenderet & Petrum. Erant autem dies Azymorum. Quem cũ apprehendisset, misit in carcerẽ, tradens quattuor quaternionibus militum custodiẽdum, volẽs post Pascha producere eũ populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autẽ fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deũ pro eo. Cum autẽ producturus eũ esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostiũ custodiebãt carcerem. Et ecce Angelus Dñi astitit: & lumen refulsit in habitaculo: percussoq; latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderũt catenæ de manibus eius. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimẽtum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verũ est, quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quę ducit ad ciuitatem: quę vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum: & continuo discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio verè quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Graduale.

Constitues eos principes super oẽm terram. Memores erunt nominis tui Dñe. Psal. 44.
℣. Pro patrib'tuis nati sunt tibi filij, Propterea populi confitebuntur tibi. Allel. allel. ℣. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Allel. Matt. 16.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tẽpore, Venit Iesus in partes Cęsareę Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quẽ dicunt homines esse Filiũ hominis? At illi dixerũt: Alij Ioannẽ Baptistam, alij autẽ Eliam, alij vero Ieremiã, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respõdens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro, & Cap. 16.

sanguis

sanguis nõ reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cęlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Credo.

Psal. 44. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui Domine, in omni progenie, & generatione. Secreta.

HOstias Dñe, quas nomini tuo sacrandas offerimus, Apostolica prosequatur oratio: per quas nos expiari tribuas & defendi. Per Dominum.

Præfatio, Te Dñe suppl. 189. Comm.

Matt. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. Postcomm.

QVos cælesti Domine alimento satiasti, Apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per Dominum nostrum.

---

Die 30. IN COMMEMORATIONE sancti Pauli, Introitus.

2. Timo. 1. SCio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meũ seruare in illum diem, iustus iudex.

Psal. 138. Psal. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã, & resurrectionẽ meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui multitudinem gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti; da quæsumus; vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Et fit commem. de beato Petro, Oratio.

DEus, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clauibus regni cælestis, animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti; concede; vt intercessionis eius auxilio, à peccatorum nostrorum nexibus liberemur.

Deinde fit commemoratio sancti Ioannis, Oratio. Deus, qui præsentem.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Galatas.

NOtum vobis facio, fratres, Euãgeliũ, qđ euangelizatũ est à me, cap. 1. qa nõ est secundũ hoĩem: neq; enim ego ab hoĩe accepi illud, neq; didici, sed per reuelationẽ Iesu Christi. Audistis enim conuersationẽ meã aliqñ in Iudaismo: qm̃ supra modum persequebar Ecclesiã Dei, & expugnabã illã, et proficiebã in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarũ mearũ traditionũ. Cum autẽ placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meę, & vocauit per grãm suã, vt reuelaret Filium suũ in me, vt euangelizarẽ illũ in Gentibus: continuo nõ acquieui carni & sanguini, neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abij in Arabiã: et iterũ reuersus sum Damascũ: deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrũ, & mãsi apud eũ diebus quindecim: alium autẽ Apostolorũ vidi neminẽ, nisi Iacobũ fratrem Dñi. Quæ autem scribo vobis, ecce corã Deo, quia non mentior.

Graduale. Qui operatus est Petro in Gal. 2 Apostolatum, operatus est & mihi inter Gentes: & cognouerũt gratiam Dei, quæ data est mihi. ℣. Gratia Dei in me 1. Cor. 15 vacua non fuit, sed gratia eius semper in

me

me manet. Allel.allel. ℣.Tu es vas electionis sancte Paule Apostole: vere digne es glorificãdus. Allel. Euang. Ecce nos reliquimus omnia, de cõi Abb. 17. Et dicitur Credo. Offertorium.

Psal. 138. Mihi autẽ nimis honorificati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

APostoli tui Pauli precibus Dñe plebis tuæ dona sanctifica: vt quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per Dominum.

Pro beato Petro, Secreta.

ECclesię tuæ, quæsumus Dñe, preces & hostias beati Apostoli tui Petri cõmendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam.

Pro S. Ioanne, Secreta. Tua Domine.

Præfatio, Te Domine suppl. 189.

Matt. 19. Communio. Amen dico vobis, quòd vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Postcommunio.

PErceptis Domine sacramẽtis, beato Paulo Apostolo tuo interueniente, deprecamur; vt quę pro illius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum nostrum.

Pro beato Petro, Postcommunio.

LÆtificet nos Dñe munus oblatũ: vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilẽ prædicamus, sic per illũ tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per Do.

Pro S. Ioanne, Postcõ. Sumat Ecclesia.

## FESTA IVLII.

Die 1 IN OCTAVA S. Ioannis Baptistæ

Dicitur Missa, vt in die: sed Introitus dicitur bis tantum, & fit commemoratio Apostolorum, Oratio. Deus, qui hodiernam diem. vt supra.

---

## IN FESTO VISITATIONIS gloriosæ Virg. Mariæ, Introitus. Die 2

GAudeamus omnes in Dño, diem festum celebrantes sub honore beatæ Marię virginis; de cuius Visitatione gaudent angeli, & collaudant Filium Dei. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Psal. 44. Gaudeamus. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gaudeamus omnes. Gloria in excelsis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui ex abundantia charitatis, beatam Mariam tuo filio fęcundatam ad salutationem Elisabeth inspirasti; præsta quæsumus; vt per eius visitationẽ donis cælestibus repleamur, & ab omnibus aduersitatibus eruamur. Per eumdem Dñm.

De oct. Apostolorum nulla fit cõmem. In Missis priuatis pro cõmem. sanctorũ marty. Processi, & Martiniani, Oratio.

DEus, qui nos sanctorũ martyrum tuorum Processi, & Martiniani gloriosis cõfessionibus circũdas & protegis; da nobis & eorũ imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Do.

Lectio libri Sapientiæ.

ECce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. Can. 2. En ipse stat post parietẽ nrm respiciens per fenestras, prospiciens p cancellos. En dilectus meus loquitẽ mihi: Surge, propera amica mea, columba

mea

mea, formosa mea, & veni. Iam enim hiems trāsijt, imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra nr̄a, tēpus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nr̄a: ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge amica mea, speciosa mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Grad. Benedicta, & venerabilis es virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Visitatio gloriosæ virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda, claræ ex stirpe Dauid. Alleluia.

Sequētia S. Euangelij secundū Lucam.

Cap. 1.

IN illo tēpore, Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione, in ciuitatē Iuda: Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factū est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Dn̄i mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Credo. Offertorium.

Felix nāq; es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster. Secreta.

OMṗs sempiterne Deus, qui curam de oībus in te confidentibus semper habes; pręsta quęsumus; vt per oblationē quā tibi offerimus, visitationē spiritualem beatę virginis Mariæ in nostris necessitatibus sentiamus. Per Dominū.

In Missis priuatis pro sanctis Processo, & Martiniano. Secreta.

SVscipe Dn̄e preces & munera, quæ vt tuo sint digna cōspectu, Sanctorū tuorū precibus adiuuemur. Per Do.

Præfatio, Et te in Visit. 88. Commun.

Regina mūdi, dignissima Maria, virgo perpetua intercede pro nostra pace & salute: quæ genuisti Christum Dominum Saluatorem omnium. Postcomm.

OMṗs sempiterne Deus, qui cōmemorationē Visitationis beatę Mariæ matris Dei fieri voluisti; præsta q̄s; vt per hoc sacrificium quod fideliter sumpsimus, ab eiusdē visitationis gratia nullatenus excidamus. Per eumdem Dn̄m.

In Missis priuatis pro sanctis Processo, & Martiniano, Postcommunio.

COrporis sacri tui & pretiosi sāguinis repleti libamine, q̄s Dn̄e Deus nr̄; vt quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Qui viuis &c.

## INFRA OCT. SS. APOST.

Petri, & Pauli, Introitus.

MIhi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psal. 138.

Psalm. Domine probasti me, & cognouisti

uisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionẽ meam. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

DEus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri, & Pauli martyrio consecrasti; da Ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum nostrum.

Secunda Oratio de octaua Visitationis: tertia pro Papa. 83.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 5. IN diebus illis, Per manus Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se cõiungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentiũ in Domino multitudo virorũ, ac mulierum, ita vt in plateas eijcerẽt infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt, veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem & multitudo vicinarũ ciuitatum Ierusalẽ, afferẽtes ægros, & vexatos à spiritibus immũdis: qui curabãtur omnes.

Psal. 44. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: Memores erunt nominis tui Domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, Propterea populi con-

Act. 5. fitebuntur tibi. Alleluia, allel. ℣. Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Alleluia.

Euangeliũ, Hoc est præceptum meum, vt in festo sancti Barnabæ. 351. Et dicitur Credo.

Psal. 44. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui Domine, in omni progenie & generatione. Secreta.

HOstias Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, Apostolica prosequatur oratio: per quã nos expiari tribuas & defendi. Per Dominum.

Secunda, de octaua. Tertia pro Papa. Præfatio, Te Domine suppl. 189.

Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.

QVos cælesti Dñe alimento satiasti, Apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per Dñm.

Secunda, de octaua. Tertia pro Papa.

DOMINICA INFRA Oct. Apost. Missa dicitur de Dominica, secunda Oratio de Octa. Apostol. tertia de Octaua Visitationis.

---

## IN OCT. APOSTOLORVM Petri, & Pauli, Introitus. Die 6

SApientiam sanctorũ narrent populi, & laudẽ eorũ nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuẽt in sæculũ sæculi. Psal. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, & Filio, et Spiritui sancto. Gloria in excelsis Deo. Oratio. Eccli. 44. Psal. 32.

DEus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur erexit; & coapostolum eius Paulum tertiò naufragantẽ, de profundo pelagi liberauit; exaudi nos propitius, & concede; vt amborum meritis æternitatis gloriam consequamur. Qui viuis & regnas.

Et fit tantum commemoratio de Octaua Visitationis.

Lectio

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 44. HI viri misericordię sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum: & filij eorum propter illos vsque in æternum manent: semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuit in generationem, & generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet ecclesia. Grad.

Sap. 3 Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia.

Apoc. 11. ℣. Isti sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum. Habent potestatem claudere cælum nubibus, & aperire portas eius: quia linguæ eorum claues cæli factæ sunt. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 14. IN illo tẽpore, Compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trãs fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi, nauicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare. Et videntes eũ super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimq; Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. Respõdens autem Petrus dixit: Dñe, si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum. Videns vero ventũ validum, timuit: & cum cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine, saluum me fac. Et continuo Iesus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eũ, dicentes: Verè filius Dei es. Credo.

Offert. Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. Exaltationes Dei in faucibus eorum. Psal. 149. Secreta.

OFferimus tibi Dñe preces, & munera: quę vt tuo sint digna cõspectu, Apostolorũ tuorum Petri, & Pauli precibus adiuuemur. Per Dominum.

Et fit commemoratio de octa. Visitat. Præfatio, Te Dñe suppl. 189. Comm.

Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitię. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Sap. 3 Postcommunio.

PRotege Domine populũ tuum: & Apostolorũ tuorum Petri & Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per Dominum.

INFRA OCTAVAM,

& in die octaua Visitationis

Dicitur Missa, sicut in die: sed Introitus bis tantum dr: & infra oct. secunda Oro dicitur de Spiritu sancto, Deus, qui corda fidelium. 35. tertia, Ecclesiæ. 85.

¶ Dominica infra octa. dicitur Missa de Dominica: secunda Oratio de oct. tertia de

de Spiritu sancto. 35. In die vero Octa. nulla fiat commemoratio prędictarum.

## IN FESTO SANCTORVM martyrũ Septem fratrum, ac Ruffinæ, & Secundę virginum, & mart. Introitus.

Die 10.

Psal. 112. LAudate pueri Dominũ: laudate nomen Domini. Qui habitare facit sterilẽ in domo, matrẽ filiorum lætantem. Psalm. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nũc, & vsque in sæculum. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 2. QVi timent Dñm, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conseruabunt viam illius. Qui timent Dñm, inquirent quæ beneplacita sunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius. Graduale.

Psal. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrũ in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Alleluia, alleluia.

Psal. 112. ℣. Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. Alleluia. Euangelium, Loquente Iesu ad turbas, ecce mater, de communi vnius matronæ. 25.

Offert. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta. Psal. 123.

SAcrificijs præsentibus, quæsumus Domine, intende placatus: & intercedẽtibus Sanctis tuis, deuotioni nostræ proficiant & saluti. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Communio.

Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dñs. Postcomm. Matt. 12.

QVæsumus omnipotens Deus; vt intercedentibus Sanctis tuis illius salutaris capiamus effectũ, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per Dominum nostrum.

## ~~IN FESTO~~ S. PII PAPÆ, & martyris, Missa, Statuit ei Dominus, vt in communi vnius mart. Pont. 4.

Die 11.

## S. IOANNIS GVALBERTI Abbatis, Missa, Os iusti, de communi Abbatum. 17.

Die 12.

## IN FESTO S. ANACLETI Papæ, & martyris, Missa, Sacerdotes Dei, de comuni vnius martyris Pontificis. 5.

Die 13.

## IN FESTO SANCTI Bonauenturę Episcopi confessoris, & doctoris Ecclesiæ, Intr.

Die 14.



Eccl. 15. IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientię, & intellectus: stola gloriæ induit eum.

Psal. 91. Psalmus. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus,

DEus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Bonauenturam ministrum tribuisti; præsta quæsumus; vt quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

Epistola, Testificor coram Deo, de communi Doctorum. 14. Graduale.

Psal. 36. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplanta-
Psal. 109. buntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum. Alleluia. [illegible] Vos estis sal terræ, de eodem communi. 14. Et dicitur Credo. Offertorium.
Psal. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAncti tui Bonauenturæ nobis Domine pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate. Communio.

Matt. 24. & Luc. 12. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

VT nobis Domine tua sacrificia dent salutem, beatus Bonauentura confessor tuus, & doctor egregius, precator accedat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

## COMMEMORATIO Die 26.

sollemnis beatissimæ virginis Mariæ. de monte Carmelo Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Mariæ virginis: de cuius Sollemnitate gaudent angeli, & collaudant Filium Dei. Psal.
Eructauit cor meū verbū bonum: dico Psal. 44.
ego opera mea regi. Gaudeamus. ℣. Gloria Pri. Gaudeamus. Gloria in exc. Or.

MAiestatē tuā omnipotens Deus supplices deprecamur; vt qui hodie exultantibus animis beatissimæ, semperq; virginis Mariæ Cōmemorationis sollēnitatē celebrare gaudemus, eius gloriosis precibus & meritis, ab instantibus malis & à morte ꝑpetua liberemur. Per.

Lectio libri Sapientiæ.

EGo quasi vitis fructificaui sua- Eccl. 24.
uitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ, & veritatis, in me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum: Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esuriēt: & qui bibūt me, adhuc sitiēt. Qui audit me, nō cōfundetur: & qui operantur in me, non peccabūt. Qui elucidāt me, vitā æternam habebunt. Grad. Benedicta & venerabilis es virgo Ma-



Missa com. solemnis B. V. Mariæ de monte Carmelo sumatur de libello PP. Discalceatorum. cum octaua.

ria, quę sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus nō capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Per te Dei genitrix nobis est vita perdita data: quæ de cælo suscepisti prolē; & mūdo genuisti Saluatorē. Alle.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 11.

IN illo tempore, Loquente Iesu ad turbas, extollens vocem quædā mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Credo. Offertorium. Recordare Virgo mater, in conspectu Dei vt loquaris pro nobis bona: & vt auertas indignationē suam à nobis. Secr.

SAnctifica Domine quæsumus oblata libamina: & beatæ Dei genitricis Mariæ saluberrima intercessione nobis salutaria fore concede. Per eumdem Dominum nostrum. Præfatio. Et te in commemoratione beatæ. 188. Communio. Regina mundi, dignissima Maria, virgo perpetua, intercede pro nostra pace & salute: quæ genuisti Christum Dominum Saluatorem omnium. Postcom.

REpleti vitalibus alimonijs, & diuinis reparati mysterijs, supplices te rogamus omnipotens Deus; vt beatæ Mariæ, cuius venerandam colimus commemorationem, pia intercessione, coniungi mereamur gaudijs ciuiū supernorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

SANCTI ALEXII confessoris, Missa, Os iusti, de communi vnius conf. non pont. 15. præter Orationē, quæ dicitur vt infra: cum Euang. Ecce nos reliquimus omnia, de communi Abbatum. 17. Oratio. Die 17.

DEus, qui nos beati Alexij confessoris tui annua sollemnitate lætificas; cōcede propitius; vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum. Secreta.

LAudis tibi Domine hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos & præsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum. Postcommunio.

REfecti cibo, potuque cælesti, Deus noster te supplices exoramus; vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum nostrū Iesum Christum filium tuum.

SANCTÆ SYMPHOROSÆ, cum septem filijs martyribus, Intr. Die 18.

CLamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Psalm. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 33.

DEus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Symphorosæ, & filiorum natalitia colere; da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum. Epist. Sancti per fidem vicerunt regna, de cōi plurimorum mart. 8. Graduale.

Ecce

Psal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucũdum habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguẽ tũ in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia.
Psal. 112. ℣. Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 12. IN illo tempore, Dixit Iesus ad discipulos suos: Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autem opertum est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendã autem vobis quem timeatis: timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinq. passeres væneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis, quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illũ coram Angelis Dei. Offer.
Psal. 31. Lætamini in Dño, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

MVnera tibi Dñe nostræ deuotionis offerimus: q̃ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per.
Matt. 12. Commun. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus. Postcommunio.

PRæsta nobis quæsumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Symphorosa, & filijs; vt quæ ore cõtingimus, pura mẽte capiamus. Per Do.

---

IN FESTO S. ELIÆ ducis, & patris nostri, Introitus. Die 20.

ZElo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, dixit Elias ad Dominum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, & quęrunt animã meam vt auferant eã. 3. Re. 19. Psalm. Exaltabo te Dñe quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Psal. 29. Zelo zelatus sum. ℣. Gloria Patri. Zelo zelatus sũ. Gloria in excelsis. Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt sicut beatum Eliã prophetã tuũ ante cõmunem mortem curru igneo aereũ eleuasti ad cęlum; ita nos facias, eo interueniẽte, dum viuimus à terrenis sẽper ad cælestia spiritu subleuari: & cũ eo in resurrectione iustorum pariter gaudere. Per Dñm. In Missis priuatis tantum, fit commemoratio sanctæ Margaritæ virg. & marty. Oratio. Indulgentiam, de communi vnius virg. & mart. 21.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis, Ait Achab rex ad Eliam prophetam: Tu ne es ille, qui conturbas Israel? Et ille ait: Non ego turbaui Israel, sed tu, & 3. Re. 18.

domus patris tui, qui dereliquistis mandata Dñi, & secuti estis Baalim. Verumtamen nunc mitte, & congrega ad me vniuersum Israel in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasq; lucorũ quadringentos, qui comedũt de mensa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregauit prophetas in monte Carmeli. Accedens autem Elias ad omnem populũ, ait: Vsquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populum: Ego remansi propheta Domini solus: prophetæ autẽ Baal quadringenti & quinquaginta viri sunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligant sibi bouem vnum, & in frusta cædentes ponãt super ligna, ignem autem non supponant: & ego faciã bouem alterũ, & imponam super ligna, ignem autẽ nõ supponam. Inuocate nomina deorũ vestrorũ, & ego inuocabo nomen Domini mei: & Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait: Optima propositio. Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum, & facite primi, quia vos plures estis: & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis. Qui cum tulissent bouem, quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de mane vsque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet: trãsiliebantq; altare quod fecerãt. Cumque esset iam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce maiore: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabãt ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritũ suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Postquã autem transijt meridies, & illis prophetantibus venerat tẽpus, quo sacrificiũ offerri solet, nec audiebatͅ vox, nec aliquis respondebat, nec attendebat orãtes: dixit Elias omni populo: Venite ad me. Et accedente ad se populo, curauit altare Domini, quòd destructum fuerat. Et tulit duodecim lapides iuxta numerũ tribuũ filiorũ Iacob, ad quem factus est sermo Dñi, dicẽs: Israel erit nomẽ tuum. Et ædificauit de lapidibus altare in nomine Domini: fecitq; aquę ductum, quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris, & cõposuit ligna: diuisitq; per membra bouem, & posuit super ligna, & ait: Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum, & super ligna. Rursumq; dixit: Etiã secundò hoc facite. Qui cum fecissent secundò, ait: Etiam tertiò idipsum facite. Feceruntq; tertio, & currebant aquæ circũ altare, & fossa aquæ ductus repleta est. Cũque iã tempus esset vt offerretur holocaustũ, accedẽs Elias propheta, ait: Dñe Deus Abraham, & Isaac, & Israel, ostende hodie qa tu es Deus Israel, & ego seruus tuus, & iuxta præceptũ tuum feci oĩa verba hęc: Exaudi me Domine, exaudi me: vt discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, & tu cõuertisti cor eorũ iterũ. Cecidit autem ignis Dñi, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerẽ quoque, & aquã, quæ erat in aquæ ductu lambens. Quod cũ vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait: Dominus ipse est Deus, Dñs ipse est Deus. Dixitque Elias

Missa S. Eliæ accõmodetur libello PP. Discalceatorum

Elias ad eos: Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cũ apprehẽdissent, duxit eos Elias ad Torrentem cison, & interfecit eos ibi.
3.Re. 18. Graduale. Elias ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum: Ascende, & prospice cõtra mare septem vicibus. ℣. In septima autem vice, Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait: Ascende, & dic Achab: Iunge currum tuum, & descẽde, ne occupet te pluuia. Et facta est pluuia grandis.
Eccl. 48. Alleluia. alleluia. ℣. Quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis: qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorũ. Allel.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 4.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorum: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multæ viduæ erãt in diebus Eliæ in Israel, quãdo clausum est cælum annis tribus, & mẽsibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorũ mũdatus est nisi Naamã Syrus. Credo.
Iac. 5. Offertorium. Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt nõ plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit: & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Secreta.

OFferimus tibi Domine hostiam laudis in honore sancti Eliæ prophetæ tui: & sicut tu holocausto suo adfuisti, ita in sacrificium nostrum interuenire digneris: vt per illud ad æternam mereamur peruenire lætitiam. Per Do. In Missis priuatis pro S.Margarita, Secr. Hostias, de communi. 22. Communio. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Mal. 4. Postcommunio.

DEus, qui per sanctum Angelum tuum beato Eliæ prophetæ tuo cibum & potum tribuisti; ipso interueniente concede; vt quæ de cælesti mensa percepimus, sinceris mentibus illibata seruemus. Per Dñm. In Missis priuatis pro sancta Margarita, Postcommun. Diuini muneris, de communi. 22.

INFRA OCTAVAM sancti Eliæ, & in Dominica infra oct. atque in die octauæ Missa dicitur, vt in die: sed Introitus bis tantum dicitur.

¶ Dominica infra octauam post Primam cantatur Missa de Dominica: & maior de octa. Missæ vero priuatæ de oct. cum commem. de Dominica, & in fine Missæ Euang. de Dominica.

PRO COMMEMORAT. sanctæ Praxedis virginis. Oratio. Die 21.
Exaudi nos Deus, de communi vnius virginis non mart. 23. tertia Oratio de beata Virgine. 42.

Die 22. IN FESTO S. MARIÆ Magdalenæ, Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Mariæ Magdalenæ: de cuius sollemnitate gaudent angeli, & collaudant Filium Dei. Psal.
Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

LArgire nobis clementissime Pater; quòd sicut beata Maria Magdalena, Dñm nostrũ Iesũ Christũ super oĩa diligendo, suorũ obtinuit veniã peccatorũ; ita nobis apud misericordiã tuã, sempiternã impetret beatitudinẽ. Per eundẽ Dñm. Et fit cõm. de oct. Orõ. Præsta.

Lectio libri Sapientiæ.

Can. 3. SVrgam, & circuibo ciuitatem: per vicos, & plateas quæram, quem diligit aĩa mea: quæsiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiũt ciuitatẽ: Nũ quẽ diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quẽ diligit anima mea: tenui eũ: nec dimittã donec introducã illũ in domũ matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Adiuro vos filiæ Ierusalẽ per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis
Cap. 8. dilectam donec ipsa velit. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substãtiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Grad. Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex decorem tuum. Alleluia, alleluia. ℣. Hæc est illa Maria, cui se Dñs resurgens à mortuis primum ostendit. Allel. Psal. 44.

Sequentia S. Euangelij secundũ Lucã.

IN illo tempore, Rogabat Iesum quidã de Pharisæis vt manducaret cũ illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autẽ Pharisęus, qui vocauerat eum, ait intra se dicẽs: Hic si esset propheta, sciret vtique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eũ: quia peccatrix est. Et respondẽs Iesus, dixit ad illũ: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidã fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderẽt, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Æstimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Rectè iudicasti. Et cõuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hãc mulierem? Cap. 7.

Intraui

Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculũ mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierẽ: Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Credo.

Psal. 44. Offertoriũ. Filiæ regum in honore tuo. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circũdata varietate. Secreta.

MVnera nostra quæsumus Domine beatæ Mariæ Magdalenæ gloriosa merita tibi reddant accepta, cuius oblationis obsequium Vnigenitus filius tuus clementer suscepit impensum. Qui tecum viuit & regnat.

Pro cõm. oct. Secr. Offerimus. Comm.

Psal. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternũ. Postcom.

SVmpto quæsumus Dñe vnico, ac salutari remedio, corpore scilicet, & pretioso sanguine tuo, ab omnibus malis sanctæ Mariæ Magdalenæ patrocinijs eruamur. Qui viuis & regnas cum Deo.

Pro commem. oct. Postcommunio. Deus, qui per sanctum Angelum.

Die 23. PRO COMMEMORAT. S. Apollinaris Episcopi, & mart. Oratio.

DEus, fideliũ remunerator animarum, quique hunc diẽ beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti; tribue quæsumus nobis famulis tuis; vt cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per Dñm.

Tertia. Concede nos famulos. 42. Secr.

REspice Dñe propitius super hæc munera, quæ pro beati sacerdotis, & martyris tui Apollinaris commemoratione deferimus; & pro nostris offensionibus immolamus. Per Dñm.

Tertia, Tua Domine. Postcommunio.

TVa sancta sumẽtes quęsumus Domine; vt beati Apollinaris nos foueant continuata pręsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per Dominum nostrum. Tertia, Sumptis Domine.

IN VIGILIA SANCTI Iacobi Apostoli. Die 24.

Post Sextam cantetur missa de Vigilia. Omnia vt in Vigilia Apostolorum. 1. Secunda, & tertia Oratio, vt in Dominica prima post Trinit. 258. Et fiunt genuflexiones. Prima Missa de oct. Secunda Oratio de B. Virg. Tertia. Ecclesiæ, vt post Dominicam in Albis. 228. Missæ vero priuatæ, de oct. cum commemoratione Vigiliæ, & beatæ Virginis. 42. Et in fine Missæ Euang. Vigil.

---

IN FESTO S. IACOBI Apostoli, Introitus. Die 25.

Psal. 138. MIhi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. Psalm. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam,

meam, & resurrectionẽ meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Esto Domine plebi tuæ sanctificator & custos: vt Apostoli tui Iacobi munita præsidijs, & conuersatione tibi placeat, & secura mente deseruiat. Per Dominum nostrum.

Deinde fit commem. de oct. Oratio, Præsta quæsumus. In Missis priuatis dicitur tertia Oratio de sanctis Christophoro, & Cucuphate martyr. Oratio, Deus, qui nos concedis, de cõmuni plurimorum mart. 9.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1. Cap. 4. 
Fratres: Puto quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operãtes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutionẽ patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Non vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Nã si decem millia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Graduale.

Psal. 44. Constitues eos principes super omnem terrã. Memores erunt nominis tui Dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Propterea populi confitebuntur tibi.

Allel. allel. ℣. Non vos me elegistis: sed Ioan. 15.
ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat. Allel. Euang. Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi: vt in festo S. Ioannis ante portã Latinam. 244. Et dr̃ Credo.

Offertorium. Mihi autem nimis hono- Psal. 138.
rificati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Oblationes populi tui Iacobi passio beata conciliet: vt quæ nostris nõ apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per Dominum.

Pro commem. oct. Secreta, Offerimus, In Missis priuatis de SS. Christoph. & Cucuph. tertia Sec. Munera. de cõi. 10. Præfat. Te Dñe suppl. 189. Cõmunio.

Vos, qui secuti estis me, sedebitis super Mat. 19.
sedes duodecim, iudicantes tribus Israel.

Postcommunio.

Beati Apostoli tui Iacobi quæsumus Domine intercessione nos adiuua: pro cuius sollemnitate percepimus tua sancta lætantes. Per Dominum.

Pro cõm. oct. Postc. Deus, qui per sanctũ Angelum. In Missis priuatis pro SS. Christoph. & Cucuph. tertia Postcom. Præsta nobis, de communi. 10.

---

## IN FESTO S. ANNÆ Die 26.

matris virg. Mariæ, Introitus.

Gaudeamus oẽs in Dño, diẽ festũ celebrantes sub honore beatæ Annæ: de cuius sollẽnitate gaudent Angeli, & collaudant Filiũ Dei. Psal. Eructauit Psal. 44.
cor meum verbũ bonũ: dico

dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui beatæ Annæ tantã gratiam donare dignatus es, vt beatam Mariam matrem tuã in vtero suo portare mereretur; da nobis per intercessionem matris, & filiæ, tuæ propitiationis abundantiam: vt quarum memoriã pio amplectimur amore, earum precibus ad cælestem Ierusalem peruenire mereamur: Qui viuis. Commem. oct. Orõ, Præsta q̃s. 371. Epist. Mulierem fortẽ, de cõi vnius matronæ. 24. Grad.
Psal. 44. Propter veritatẽ & mansuetudinem, & iustitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã: quia cõcupiuit rex decorem
Psal. 44. tuũ. Allel. allel. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternũ. Allel. Euang. Liber generationis, vt supra in festo Concept. 308.
Psal. 44. Offertorium. Filiæ regũ in honore tuo. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circũdata varietate. Secreta.

PRæsentibus sacrificijs q̃s Dñe intende propitius: vt per intercessionẽ beatæ Annæ, q̃ mater est Matris Filij tui Dñi nostri Iesu Christi, deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per eũdem. Pro oct. Secr. Offerimus. Commun.
Psal. 44. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Postcomm.

SAcramenta salutis nostræ suscipientes, concede q̃s omnipotens Deus; vt beatæ Annæ matris beatissimæ virginis Mariæ nos vbique oratio adiuuet: in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dominum nostrum.

Pro oct. Postcom. Deus, qui per sanctũ.

IN OCTAVA SANCTI Die 27.
Eliæ Missa vt in die: & fiat commemoratio sancti Pantaleonis mart. Oratio. Præsta quæsumus omnipotẽs Deus; vt intercedẽte, de communi vnius mart. 3. Si Dominica fuerit, fiat vt dictum est in Dominica infra octauam.

IN FESTO SANCTORVM Die 28.
Nazarij, Celsi, & Victoris martyrum, & Innocentij Papæ, & confessoris, Missa, Multæ tribulationes, de communi plurimorum mart. 9. præter Orationes, quæ dicuntur vt infra. Oratio.

SAnctorum tuorum nos Domine Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij confessio beata cõmuniat: & fragilitati nostræ subsidium dignanter exoret. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

COncede nobis omnipotens, Deus; vt his muneribus quæ pro sanctorum tuorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij honore deferimus, & te placemus exhibitis, & nos viuificemur acceptis. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcommunio.

SAnctorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij Domine intercessione placatus, præsta quæsumus, vt qđ temporali celebramus actione, perpetua saluatione capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

---

IN FESTO S. MARTHÆ Die 29.
virginis, Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festũm celebrantes sub honore beatæ Marthæ virginis: de cuius sollemnitate gaudent

dent angeli, & collaudant Filium Dei.
Psal. 44. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ Marthæ virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominũ.

Pro commem. SS. martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis, Oratio.

PRæsta quæsumus Domine; vt sicut populus Christianus martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis temporali sollẽmnitate congaudet, ita perfruatur æterna: & quod votis celebrat, comprehendat effectu.

Tertia de beata Virgine. 42. Epistola, Qui gloriatur, de communi vnius virginis tantum. 23. Graduale. Propter
Psal. 44. veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex decorem tuũ.
Psal. 44. Alleluia, alleluia. ℣. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia.

Euang. Intrauit Iesus in quoddam cast. require in Assum pt. virg Mariæ. 390.
Psal. 44. Offert. Filiæ regũ in honore tuo. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circũmdata varietate. Secreta.

OFferimus tibi Domine preces & munera in honorem sanctæ Marthæ gaudentes: præsta quæsumus; vt conuenienter hæc agere, & remedium sempiternum valeamus acquirere. Per Dominum nostrum Iesum.

Pro commem. SS. Felicis, & soc. Secreta.

HOstias tibi Domine pro sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis commemoratione deferimus: suppliciter deprecantes; vt indulgentiam nobis pariter conferant, & salutem. Tertia de B. Virg.
Communio. Diffusa est gratia in labijs Psal. 44.
tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. Postcommunio.

SAtiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos refoue, cuius sollẽnia celebramus. Per Dominum.

Pro commem. SS. Felicis, & soc. Postc.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis cælestibus mysterijs celebrata solemnitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Tertia de beata Virgine.

---

## SANCTORVM martyrum Abdon & Sennen, Intr. Die 30.

INtret in conspectu tuo Psal. 78.
Domine gemitus compeditorum. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. Vindica sanguinẽ sanctorũ tuorum, qui effusus est. Psalm. Deus venerunt gẽtes in hæreditatem tuã, polluerunt templum sanctum tuũ: posuerũt Ierusalẽ in pomorũ custodiã. ℣. Gloria Patri. Gloria in exc. Oro.

DEus, qui sanctis tuis Abdon, & Sennen ad hanc gloriã veniendi copiosum munus gratiæ contulisti, da famulis tuis suorum veniam peccatorum: vt sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereantur aduersitatibus liberari. Per Dominum.

Epistola, Iusti autẽ in perpetuũ, de cõm. plurimorum confess. 18. Graduale.

Glo-

Exo. 15. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis mirabilis in maieſtate, faciens prodigia.

℣. Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine: dextera tua Domine percuſſit inimicum. Alleluia, alleluia.

Pſal. 67. ℣. Iuſti epulentur, & exultent in cõſpectu Dei: & delectẽtur in lætitia. Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Cap. 24. IN illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Videte ne quis vos ſeducat: multi enim venient in nomine meo, dicẽtes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini: oportet enim hęc fieri, ſed nondum eſt finis: conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca: hæc autem omnia initia ſunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos. Et quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum: qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Pſal. 31. Offertorium. Lætamini in Domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

HÆc hoſtia quæſumus Dñe, quã in Sanctorum tuorum natalitijs recenſentes offerimus, & vincula noſtrę prauitatis abſoluat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per Dñm. Cõm.

Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum Domine, eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Secundum magnitudinem brachij tui poſſide filios morte punitorum. Pſal. 78. Poſtcommun.

PEr huius Domine operationem myſterij, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Abdon, & Sennen, & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria compleantur. Per Dominum noſtrum Ieſum.

SANCTI GERMANI Epiſcopi, & confeſſoris, Miſſa. Statuit ei Dñs, de cõi vnius Epiſc. & confeſſ. 11. Die 31.

# FESTA AVGVSTI.

IN ~~VIGILIA~~ FESTO S. PETRI ad Vincula, Introitus. Die 1.

NVnc ſcio vere quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Act. 12. Pſalmus. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Pſal. 138. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui beatum Petrum Apoſtolum à vinculis abſolutum, illæſum abire feciſti; noſtrorum quæſumus abſolue vincula peccatorum: & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per Dominum noſtrum.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Machabæorum. Oratio.

FRaterna nos Dñe martyrum tuorum corona lætificet: quæ & fidei noſtræ præbeat incrementa virtutũ, & mul-

mulüplici nos suffragio consoletur. Per.
Epist. Misit Herodes rex manus, vt in festo Apostolorum Petri, & Pauli. 362.
Psal. 44. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui Domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia.
℣. Solue iubente Deo terrarum, Petre catenas: qui facis vt pateāt celestia regna beatis. Alleluia. Euang. Venit Iesus in partes Cęsareæ Philippi: & inter. ibidem vbi Epistola. 362. Et dicitur Credo.
Psal. 44. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui Domine, in omni progenie & generatione. Secreta.

OBlatum tibi Dn̄e sacrificiū, intercedente B. Petro Apostolo tuo, viuificet nos sēper & muniat. Per Dn̄m.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Machabæorum, Secreta.

ITerata mysteria Domine pro Sanctorum martyrum tuorum commemoratione, deuota mente tractemus: quibus præsidium nobis crescat, & gaudium. Per Dominum. Præfat. Te Domine suppliciter. 189. Communio.
Matt. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Postcommun.

COrporis sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine, quæsumus Domine Deus noster; vt quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per Dominum nostrum.

Pro cōmem. SS. Machabæorum. Postc.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus; vt quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoq; proficiendo sectemur. Per Dn̄m.

IN FESTO S. STEPHANI papæ, & marty. Introitus. Dec. 1.

Dan. 3. SAcerdotes Dei benedicite Dominum. Sancti, & humiles corde laudate Deū. Psalmus. Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos beati Stephani martyris tui, atque pontificis annua sollemnitate lætificas; cōcede propitius; vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiā protectione gaudeamus. Per Dn̄m.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 20. IN diebus illis, A Mileto Paulus mittens Ephesum, vocauit maiores natu Ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis à prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum: quomodo nihil subtraxerim vtilium, quominus annunciarem vobis, & docerem vos publice, & per domos, testificans Iudæis, atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum.
Psal. 131. Graduale. Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid, Psal. 88. paraui lucernam Christo meo. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum. Alleluia.
Euang. Si quis vult post me venire, de communi vnius martyris. 3. Offertoriū.

Inueni

Pſal. 88. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Secreta.

MVnera tibi Domine dicata ſăctifica: & intercedĕte beato Stephano martyre tuo, atque pontifice, per eadem nos placatus intende: Per Dñm.

Matt. 25. Communio. Domine, quinque talenta tradidiſti mihi; ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. Poſtcommunio.

HÆc nos cŏmunio Domine purget à crimine: & intercedente beato Stephano martyre tuo, atque pontifice, cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per Dominum noſtrum.

Die 3. IN INVENTIONE SANCTI Stephani protomartyris,

Miſſa, Sederŭt principes, vt in alio feſto eiuſdem poſt Natiuitatem. 19. Sed Introitus bis tantum dicitur: & in oratione vbi dicitur natalitia, dicatur inuĕtionem: & non fit commemoratio Natiuitatis, nec dicitur Credo.

Die 4. IN FESTO SANCTI Dominici confeſſoris, Miſſa, Os iuſti, de communi vnius confeſſoris non pŏtificis. 15. præter Orationem, quæ dicitur vt infra: cum Euangelio, Sint lumbi veſtri præcincti, de communi plurimorum confeſſorum. 18. Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Dominici confeſſoris tui illuminare dignatus es meritis, & doctrinis; concede; vt eius interceſſione temporalibus non deſtituatur auxilijs, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Secreta.

MVnera tibi Domine dicata ſanctifica: & meritis beati Dominici confeſſoris tui nobis proficiăt ad medelam. Per Dominum. Poſtcommunio.

COncede quæſumus omnipotens Deus; vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, beati Dominici cŏfeſſoris tui patrocinio ſubleuemur. Per Dominum noſtrum.

---

IN DEDICATIONE Die 5.
ſanctæ Mariæ ad Niues, Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem feſtum celebrantes ſub honore beatæ Mariæ virginis: de cuius glorioſo deſcenſus Niuis miraculo pro ædificădo ſibi templo, gaudent angeli, & collaudant Filium Dei. Pſal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Pſal. 44. Gaudeamus. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gaudeamus. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui virginalĕ aulam B. Mariȩ virginis, in qua habitares eligere dignatus es; da quæſumus, vt ſua nos defenſione munitos, iucundos ſuȩ facias intereſſe feſtiuitati. Qui viuis, & regnas.

Lectio libri Sapientiæ.

Prou. 8. EGo diligentes me diligo: & qui mane vigilant ad me, inueniĕt me. Mecŭ ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia. Melior eſt enim fructus meus auro, & lapide pretioſo, & genimina mea argĕto electo. In vijs iuſtitiæ ambulo, in medio ſemitarum iudicij,

iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Grad. Benedicta & venerabilis es virgo Maria, quę sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus nō capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, allelu. ℣. Virga Iesse floruit: virgo Deum, & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij secundū Lucā.

Cap. 11.

IN illo tempore, Loquente Iesu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Credo. Offertorium. Beata es virgo Maria, quæ Dominum portasti creatorē mundi: genuisti, qui te fecit: & in æternū permanes virgo. Sec.

TVa Domine propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam, atq; præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, & pacem. Per Dominum.

Præfatio. Et te in festiuitate. 188.

Commun. Beata viscera Marię virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium.

Postcommunio.

SVmptis Domine salutis nostræ subsidijs, da quæsumus, beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dominum.

---

## IN FESTO Trāsfigurationis Domini nostri Iesu Christi, Introitus.

Die 6.

ILluxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & cōtremuit terra. Psalm. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Illuxerunt. ℣. Gloria Patri. Illuxerunt. Gloria in excelsis. Oratio.

Psal. 76.

Psal. 83.

DEus, qui fidei sacramenta in Vnigeniti tui gloriosa Transfiguratione patrum testimonio roborasti; & adoptionem filiorum perfectam voce delapsa in nube lucida mirabiliter præsignasti; concede propitius; vt ipsius Regis gloriæ nos coheredes efficias, & eiusdem gloriæ tribuas esse consortes. Per eumdem Dominum nostrum.

In Missis priuatis pro commemoratione sanctorum martyrum Xysti, Felicissimi, & Agapiti, Oratio, Deus, qui nos concedis, de cōi plurimorū mart. 9.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

2. Cap. 1.

CHarissimi: Non doctas fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorē, & gloriā, voce delapsa ad eū huiuscemodi à magnifica gloria: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui, ipsū audite. Et hanc vocē nos audiuim⁹ de cęlo allatā, cū essemus

mus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonẽ: cui benefacitis attendẽtes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Graduale.

Psal. 44. Speciosus forma prę filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Alleluia, alleluia. ℣. Candor est lucis æternæ: speculum sine macula: & imago bonitatis illius. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij secundũ Matth.

Cap. 17. IN illo tempore, Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrẽ eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitq; eis: Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solũ Iesum. Et descẽdentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat. Credo. Offertorium.

Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculũ sæculi, allel. Secr. Psal. 111.

OBlata quæsumus Domine munera, gloriosa Vnigeniti tui Transfiguratione sanctifica: nosque à peccatorum maculis, splendoribus ipsius illustrationis emunda. Per eumdem Dñm.

In Missis priuatis pro SS. Xysto, & soc. Secreta, Munera. de communi.

Præfat. Quia cũ Vnigenitus, de Epiph.

Communio. Visionem, quam vidistis, nemini dixeritis, donec Filius hominis à mortuis resurgat. Postcommunio. Matt. 17.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt sacrosancta Transfigurationis mysteria, quæ sollemni celebramus officio, purificatæ mẽtis intelligẽtia consequamur. Per Dominum.

Filij tui eundem

In Missis priuatis pro SS. Xysto, & soc. Postcom. Pręsta nobis. de communi. 10.

---

## IN FESTO S. ALBERTI confessoris, Introitus. Die 7.

OS iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius. Psalm. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. O s iusti. ℣. Gloria Patri, & Filio. O s iusti. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 36.

DEus, qui beatum Albertum confessorem tuum, spreto sæculo, ad almæ tuæ genitricis Mariæ Religionem vocare dignatus es; tribue nobis quæsumus; vt eius meritis, & exemplis digne tibi seruiẽtes, cũ ipso in ęterna gloria ppetuò

Oratio de s. Alberto accipiatur ex libello PP. discalceatorum.

tuò te perfrui mereamur. Qui viuis & re.

In Miſſis priuatis pro commemoratione S. Donati Epiſcopi, & mart. Oratio.

DEus tuorum gloria ſacerdotũ; præſta quæſumus; vt ſancti martyris tui & epiſcopi Donati, cuius feſta gerimus, ſentiamus auxilium. Per Dñm.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Timotheum.

1. Cap. 6.
CHariſſime: Eſt quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundũ: haud dubiũ quòd nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nã qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omniũ malorũ eſt cupiditas: quã quidã appetentes errauerũt à fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis. Tu aũt ò homo Dei hæc fuge: ſectare vero iuſtitiam, pietatẽ, fidẽ, charitatẽ, patiẽtiã, manſuetudinẽ. Certa bonũ certamẽ fidei, apprehende vitã æternam. Grad.

Funeri dum traditur Chriſti Seruus inclytus, mox in tẽplo cernitur vox diuina cælitus. ℣. Clerus hinc proſequitur: gaudet omnis populus. Alleluia, alleluia.

℣. Te rogamus ò Pater inclyte, deprecare ꝓ nobis miſeris: vt in alto Carmeli vertice collocemur cũ sãctis Angelis. Allel.

Sequentia S. Euãgelij ſecũdum Matth.

Cap 19.
IN illo tempore, Dixit Petrus Ieſu: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Credo. Offertoriũ.

Almi Patris filiũ laudant ciues cælici, cũ Albertũ deferunt ſpiritus Angelici. Secr.

HOſtias quæſumus Domine beati Alberti confeſſoris tui dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidium. Per Do.

In Miſſis priuatis pro commemoratione ſancti Donati, Secreta.

PRæſta quæſumus Domine; vt ſancti martyris tui, & epiſcopi Donati interceſſione, quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, piæ nobis fructus deuotionis accreſcat. Per.

Communio. Vacant ægri vigilantes ad Alberti limina: ſurdi, claudi conſequenter inuocantes numina: febres fugat: morbos curat omnes: ſanat noxium: ventos placat: maris ſedat tædium.

Poſtcommunio.

DEus, qui Filium tuum in terram, vt ignem mitteret, venire feciſti; concede propitius; quatenus ille ignis in nobis accendatur, & ardeat, qui confeſſorem tuũ beatũ Albertũ ad ſeruiendũ tibi iugiter inflãmauit. Per eumdẽ Dñm.

In Miſſis priuatis pro commemoratione ſancti Donati, Poſtcommunio.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui nos ſacramentorum tuorum & participes efficis & miniſtros; præſta quæſumus; vt intercedente beato Donato

Donato martyre tuo, atque pontifice, eiuſdem proficiamus & fidei conſortio, & digno ſeruitio. Per Dominum.

---

Die 8. IN FESTO SANCTORVM martyrum Cyriaci, Largi, & Smaragdi, Introitus.

Pſal. 33. TImete Dominum omnes ſancti eius: quoniam nil deeſt timentibus eum. Diuites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem Dñm non deficient omni bono. Pſ. Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui nos annua ſanctorũ martyrum tuorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi ſollemnitate lętificas; concede propitius; vt quorũ natalitia colimus, virtutem quoq; paſſionis imitemur. Per Dominum. Secunda Oratio de octa. S. Alberti. Tertia de beata Virgine. 42.

Lectio Epiſtolę beati Pauli Apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

2. Cap. 2. FRatres: Gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam cũ accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud, non vt verbũ hominum, ſed (ſicut eſt vere) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis: vos enim imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu: quia eadem paſſi eſtis & vos à contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis: qui & Dominum occiderunt Ieſum, & Prophetas, & nos perſecuti ſunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, prohibentes nos Gentibus loqui vt ſaluæ fiãt, vt impleãt peccata ſua ſemper: peruenit enim ira Dei ſuper illos vſque in finem.

Graduale. Timete Dñm omnes ſancti eius: quoniam nil deeſt timentibus eum. Pſal. 33. ℣. Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono. Alleluia, alleluia. ℣. Fulgebũt iuſti, & tanquã ſcintillæ in arundineto diſcurrent in æternũ. Allel. Sap. 3

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

IN illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Euntes in mundũ vniuerſum prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non credideit, condẽnabitur. Signa autẽ eos qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: & ſi mortiferũ quid biberint, non eis nocebit: ſuper ęgros manus imponẽt, & bene habebũt. Cap. 16.

Offert. Lætamini in Dño, & exultate iuſti, & gloriamini oẽs recti corde. Sec. Pſal. 31.

ACcepta ſit in conſpectu tuo Domine noſtra deuotio: & eorũ nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro quorum ſollemnitate defertur. Per Dominũ.

Communio. Signa eos, qui in me credent hæc ſequentur: In nomine meo dęmonia eijcient: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. Poſtcomm. Mar. 16.

REfecti participatione muneris ſacri, quęſumus Domine Deus noſter; vt cuius exequimur cultum, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Cyriaco, Largo, & Smaragdo ſentiamus effectum. Per Dominum.

INFRA OCTAVAM ſancti Alberti, Miſſa dicitur vt ſupra in die: ſed Introitus dicitur tantum bis: & ſecunda Oratio dicitur de beata virgine. Concede. 42. Tertia Deus, qui nos à ſæculi. 84.

¶ Dominica infra octa. dicitur Miſſa de Dominica: ſecunda Oratio de oct. Tertia. Pietate. 258.

Die 9. IN VIGILIA SANCTI Laurentij.

Poſt Sextam cantetur Miſſa de Vigilia: & prima Miſſa de oct. Miſſæ vero priuatæ de oct. cum commemoratione Vigiliæ, & Deus qui nos à ſæculi. 84. & in fine Miſſæ Euang. Vigiliæ.

¶ Ad Miſſam Vigiliæ: fiunt genuflexiones. Introitus.

Pſal. 111. Iſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Pſal. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria Patri, non dicitur Gloria in excelſis. Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris: & interceſſione beati Laurentij martyris tui, cuius præuenimus feſtiuitatem, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccli. 51. Onfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum ſaluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantium mendacium, & in conſpectu aſtantium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad eſcam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum quæ circumdederunt me: à preſſura flammæ, quæ circũdedit me, & in medio ignis non ſum æſtuatus: de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniuſta: laudabit vſque ad mortem anima mea Dominum, & vita mea appropinquans erat in inferno deorſum. Circumdederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret. Reſpiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memoratus ſum miſericordiæ tuæ Domine, & operationis tuæ, quæ à ſæculo ſunt, quoniam eruis ſuſtinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium.

Graduale. Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Pſal. 111.

℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.

Graduale reiteratur. Euang. Si quis vult poſt me venire, de cõmuni vnius mar. 3.

Offertorium. Oratio mea munda eſt: & ideo peto, vt detur locus voci meæ in cęlo: quia ibi eſt iudex meus, & conſcius meus in excelſo: aſcendat ad Dominum deprecatio mea. Secreta.

HOſtias Domine, quas tibi offerimus propitius ſuſcipe: & intercedente beato Laurentio martyre tuo vincula peccatorũ noſtrorũ abſolue. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium.

Communio. Qui vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Poſtcommunio. Matt. 16.

DA quæsumus Domine Deus noster; vt sicut beati Laurentij martyris tui commemoratione, tẽporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dominum nostrum.

Die 10. IN FESTO S. LAVRENTII martyris. Introitus.

Psal. 95. COnfessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius. Psalm. Cantate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra. Cõfessio. ℣. Gloria Patri, & Filio. Confessio. Gloria in excelsis. Oratio.

DA nobis quæsumus omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum nostrum.

De oct. sancti Alberti non fiat comm.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

2. Cap. 9. FRatres: Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnẽ sufficientiã habẽtes, abũdetis in omne opus bonũ, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculũ sæculi. Qui autem administrat semẽ seminãti: & panẽ ad manducandũ pręstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestrę.

Graduale. Probasti Domine cor meum, & visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Psal. 16.

Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus est, qui per signũ crucis cæcos illuminauit. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij secundũ Ioannẽ.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Amẽ, amen dico vobis, nisi granũ frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit; ipsum solum manet. si autẽ mortuũ fuerit, multũ fructũ affert. Qui amat animã suam, perdet eã: & qui odit animã suã in hoc mundo, in vitã æternã custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pater meus. Cap. 12.

Offertoriũ. Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius. Psal. 95. Secreta.

ACcipe quæsumus Domine munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per Dominum.

Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Ioan. 12. Postcommunio.

SAcro munere satiati, supplices te Domine deprecamur; vt quod debitæ seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per Dominum nostrum.

¶ De oct. sancti Alberti, infra oct. S. Laurentij fit tantũ commem. nisi in die oct.

INFRA OCTAVAM ſancti Laurentij, id eſt, vſque ad Aſſumptionem, dicitur Miſſa, vt in die: ſed Introitus dicitur bis tantum: & ſecunda oratio dicitur de oct. ſancti Alberti: tertia vero de feſto occurrente, vt infra.

¶ In Dominica infra oct. Miſſa dicitur de Dominica: ſecunda Oratio de S. Laurentio: tertia de S. Alberto.

---

Die 11. PRO COMMEMORAT. ſancti Tiburtij mart. tertia Oratio.

BEati Tiburtij nos quæſumus Domine foueant continuata præſidia: quia nõ deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs conceſſeris adiuuari. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Secreta.

ADeſto Domine populi tui precibus: vt quæ ſacris ſunt oblata myſterijs, tuorum tibi placeant interceſſione Sanctorum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Poſtcommunio.

SVmptum Domine pignus redemptionis æternæ, ſit nobis quæſumus, interueniente beato Tiburtio martyre tuæ, vitæ præſentis auxilium pariter, & futuræ. Per Dominum noſtrum.

Die 12. PRO COMMEMORAT. ſanctæ Claræ virginis. Tertia Oratio, Exaudi nos Deus, de communi vnius virginis tantum. 23.

Die 13. PRO COMMEMORAT. SS. mar. Hippolyti, & ſoc. Tertia Oro.

DA quæſum' omnipotẽs Deus; vt beati Hippolyti martyris tui ſociorumque eius venerãda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat & ſalutem. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Secreta.

REſpice Domine munera populi tui, Sanctorum feſtiuitate votiua: & tuæ teſtificatio veritatis nobis proficiat ad ſalutem. Per Dñm. Poſtcomm.

SAcramentorum tuorum Domine communio ſumpta nos ſaluet: & in tuæ veritatis luce confirmet. Per Dñm.

IN OCTAVA SANCTI Alberti, Miſſa vt in die: ſed Introitus bis tantũ dicitur: & ſecunda Oratio dicitur de oct. S. Laurentij: tertia de ſancto Euſebio cõfeſſore, Oro, Deus qui nos beati, de communi vnius conf. nõ põtif. 16. Die 14.

Poſt Sextã cantetur Miſſa de Vig. Aſsũptionis. Miſſæ vero priuatæ erunt de oct. S. Alberti: & ſecunda Oro de oct. S. Laurentij: tertia de Vigil. & quarta de S. Euſebio, vt ſup. & in fine Miſſę dr̃ Euãg. Vig.

AD MISSAM de Vigilia fiũt genuflexiones. Introitus.



SAlue ſancta Parens, enixa puerpera regem, qui cælum terramque regit in ſæcula ſæculorum. Pſalm. Sedu lij.

Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Pſal. 44. ℣. Gloria Patri. Nõ dicatur Gloria in exc. Oro.

DEus, qui virginalẽ aulã beatæ Mariæ virginis, in qua habitares eligere dignatus es; da quæſumus; vt ſua nos defenſione munitos, iucundos ſuæ facias intereſſe feſtiuitati. Qui viuis & regnas, cũ Deo Patre in. Secũda Oro de Spiritu ſancto. 35. Tertia, Eccl. 85. Epiſt. Ab initio. vt in Miſſa votiua beatæ virg. 42. Graduale. Benedicta & venerabilis es virgo Maria, quæ ſine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo

Dei

Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Graduale reiteretur. Euangel. Loquente Iesu, vt in eadem Missa. 42.

Offert. Beata es virgo Maria, quę Dñm portasti creatorem mũdi: genuisti, q te fecit: & in ęternũ permanes virgo. Secreta.

M Vnera nostra Domine apud clementiam tuam Dei genitricis commendet oratio: quã idcirco de præsenti sæculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eumdem Dñm. Præf. cõis. Comm. Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium. Postcom.

C Oncede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: vt qui sanctæ Dei Genitricis festiuitatem præuenimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eũdẽ Do.

---

Die 15. IN ASSVMPTIONE Gloriosæ virginis Mariæ

Ante Missam maiorem fiat processio eo ordine, qui positus est in Dñica Palmarũ: & dũ fit pcessio, cãtant ℟. sequentia ℣. [illegible] Responsoriorũ à duobus cãtant. ℟. Hodie Maria virgo cælos ascendit: Gaudete, quia cũ Christo regnat in æternum. ℣. Regina mundi hodie de sæculo nequã eripitur. Gaudete. ℟. Felix nãque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: Quia ex te ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu: sentiãt omnes tuũ iuuamen, quicumque celebrant tuã Assumptionem. Quia. Gloria Patri. Quia. In introitu ecclesiæ incipiunt, qui facit officiũ, Antiph. Ascẽdit Christus super cælos, & præparauit suæ sanctissimæ Matri immortalitatis locum: & hæc est illa præclara festiuitas omnium sanctorum festiuitatibus incomparabilis, in qua gloriosa, & felix, mirantibus cælestis curiæ ordinibus, ad æthereum peruenit thalamum. Finita processione accolythi dicant ℣. Exaltata est sancta Dei Genitrix. ℟. Super choros Angelorum ad cęlestia regna. Faciens officium, sine Dñs vobiscum, præmisso Oremus, dicat Orationem sequentem.

C Oncede nobis quæsumus oĩpotẽs Deus, ad beatæ Mariæ semp virginis gaudia æterna pertingere: de cuius nos venerãda Assumptione tribuis annua sollẽnitate gaudere. Per Christum.

DEINDE INCIPITVR Missa. Introitus.

G Audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Mariæ virginis; de cuius Assumptione gaudent angeli, & collaudant Filium Dei. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gaudeamus. Psal. 44. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gaudeamus. Gloria in excelsis. Oratio.

V Eneranda nobis Domine huius diei festiuitas opem conferat salutarem, in qua sancta Dei genitrix mortem subijt temporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum de se genuit incarnatum. Qui tecum viuit. Non fiat commemoratio de sancto Laurentio.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccli. 24.
IN omnibus requiẽ quæſiui, & in hereditate Domini morabor. Tunc pręcepit, & dixit mihi Creator omniũ: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi. In Iacob inhabita, & in Iſrael hereditare, & in electis meis mitte radices. Et ſic in Siõ firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine ſanctorum detẽtio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion: quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plantatio roſę in Iericho: quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquã in plateis. Sicut cinnamomũ, & balſamũ aromatizans odorẽ dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Graduale.

Psal. 24. Propter veritatẽ & mãſuetudinẽ, & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã: qa cõcupiuit rex decorẽ tuũ. Sequẽs Allel. [illegible] Allel. allel. ℣. Hodie Maria virgo cælos aſcẽdit: gaudete, quia cum Chriſto regnat in ęternũ. Allel. Per octauam dicatur. Allel. allel. ℣. Aſſũpta eſt Maria in cælum: gaudent angeli: laudãtes benedicunt Dñm. Alle.

Sequentia S. Euãgelij ſecundũ Lucam.

Cap. 10.
IN illo tempore, Intrauit Ieſus in quoddã caſtellũ: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domũ ſuam, & huic erat ſoror nomine Maria, q̃ etiã ſedens ſecus pedes Dñi, audiebat verbũ illius. Martha autẽ ſatagebat circa frequens miniſterium: quæ ſtetit, & ait: Domine non eſt tibi curæ quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. Et reſpondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Credo. Offertorium.

Felix namque es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſſima: qa ex te ortus eſt Sol iuſtitię Chriſtus Deus noſter, all. Sec.

SVbueniat Domine plebi tuæ Dei Genitricis oratio: quam & ſi pro cõditione carnis migraſſe cognoſcimus, in cæleſti gloria apud te pro nobis orare ſentiamus. Per eũdem Dñm. Præfatio. Et te in Aſſumptione. 188. Communio.

Regina mũdi, digniſſima Maria, virgo perpetua intercede pro noſtra pace, & ſalute: quæ genuiſti Chriſtum Dominum Saluatorem omnium. Poſtcommunio.

MEnſæ cæleſtis participes effecti, imploramus clementiam tuam Domine Deus noſter: vt qui Aſſumptionem Dei Genitricis colimus, annalis imminentibus, eius interceſſionibus adiuuemur. Per eumdem Dominum.

INFRA OCTAVAM Aſſumptionis.

Dicitur Miſſa, vt in die: ſed Introitus bis tantum dicitur: & ad Alleluia, dicitur ℣. Aſſumpta eſt Maria: & dicitur ſecunda oratio de Spiritu ſancto, Deus qui corda fidelium. 35. Tertia, Eccleſiæ. 85. Sed infra oct. S. Laurentij, dicitur ſecunda oratio de oct. ſancti Laurentij. Tertia de Spiritu ſancto.

¶ Dominica infra oct. poſt Primã cãtetur Miſſa de Dñica: maior Miſſa de oct.

ſine

ſine commemoratio. Dñicæ: Miſſæ vero priuatæ de oct. cũ cõmemoratio. Dominicæ: & in fine Euang. Dominicæ.

Die 17. IN OCTAVA S. LAVRENTII, Introitus.

Pſal. 16.
Robaſti Domine cor meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Pſalm. Exaudi Domine iuſtitiam meam: intende deprecationem meam. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelſis. Oratio.

EXcita Domine in Eccleſia tua Spiritum, cui beatus Laurentius leuita ſeruiuit: vt eodem nos repleti ſtudeamus amare quod amauit, & opere exercere quod docuit. Per Dominum. In vnitate eiuſdem.

Et fit commem. de oct. Aſſumptionis. Epiſtola, Qui parce ſeminat, vt in feſto eiuſdem. 387. Graduale.

Pſal. 20. Poſuiſti Dñe ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eũ. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt, qui per ſignum crucis cæcos illuminauit. Allel. Euang. Niſi granum frumenti, vt in eius feſto. 387. Offert.

Pſal. 20. In virtute tua Dñe lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehemẽter. Deſiderium animę eius tribuiſti ei. Secr.

SAcrificium noſtrum tibi Domine quæſumus beati Laurentij precatio ſancta conciliet: vt cuius honore ſollemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per Dominum noſtrũ.

Matt. 16. Communio. Qui vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Poſtcommunio.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus; vt quos donis cæleſtibus ſatiaſti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione cuſtodias. Per Dominum noſtrum.

PRO COMMEMORAT. Die 18. ſancti Agapiti martyris, Oratio.

LÆtetur Eccleſia tua Deus; beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragijs: atque eius precibus glorioſis & deuota permaneat, & ſecura conſiſtat. Tertia de Spiritu ſancto. Deus, qui corda. 35. Secreta.

SVſcipe Domine munera, quę in eius tibi ſollenitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Poſtcõ.

SAtiaſti Domine familiam tuam muneribus ſacris: eius quæſumus ſemper interuentione nos refoue, cuius ſolemnia celebramus.

IN FESTO S. BERNARDI Die 20. Abbatis, & doctoris, Introitus.

N medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus: ſtola gloriæ induit eum. Eccli. 15.
Pſalm. Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio. Pſal. 91.

PErfice quæſumus Domine pium in nobis ſanctæ religionis affectũ: & ad obtinendam tuæ gratiæ largitatẽ, beatus Bernardus abbas, & doctor egregius, ſuis apud te ſemper pro nobis meritis, & precibus intercedat. Per Dñm. Et fit commem. de oct. Epiſt. Dilectus

Psal. 36. Deo, de communi Abb. 17. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, allel. ℣ In-
Psal. 88. ueni Dauid seruũ meum: oleo sãcto meo vnxi eum. Allel. Euang. Ecce nos reliquimus oĩa, de eodẽ cõi. 17. Offertoriũ.
Psal. 88. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in noĩe meo exaltabĩt cornu eius. Sec.

BEatissimi confessoris tui Bernardi Abbatis, & doctoris patrocinia postulãtes, supplices quæsumus, vt oblationes, quas in eius honore offerimus, pia deuotione suscipi iubeas. Per Dominũ.
Matt. 24. & Lu. 12. Communio. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

REpleti Dñe muneribus sacris, quę sumus; vt intercedẽte beato confessore tuo Bernardo Abbate, & doctore, in gratiarum tuarum semper actione maneamus. Per Dominum.

---

Die 22. IN OCTAVA ASSVMPT. beatæ Mariæ, Introitus.

GAudeamus omnes in Dño, diẽ festum celebrantes sub honore beatæ Mariæ virginis; de cuius Assumptione gaudẽt Angeli, & collaudant Filium Dei. Psalm. Eru-
Psal. 44. ctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

FAmulorum tuorum quęsumus Domine delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filij tui Dñi nostri intercessione saluemur. Per eumdem Dominum.

Pro commemoratione SS. mart. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani. Oro.

AVxilium tuum nobis Domine quæsumus placatus impende: & intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano dexteram super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum nostrum.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

GAudens gaudebo in Dño, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimẽtis salutis: & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratũ corona, & quasi spõsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dñs Deus germinabit iustitiã, & laudem coram vniuersis Gentibus. Cap. 61.

Graduale. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex decorem tuum. Alleluia, allel. ℣. Assumpta est Maria in cælum: gaudet exercitus Angelorum. Alleluia. Psal. 44.

Euang. Intrauit Iesus in quoddam castellũ, vt in die. 390. Et dicitur Credo.

Offertorium. Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster. Secreta.

SVbueniat Domine plebi tuæ Dei Genitricis oratio: quã & si pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in cælesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus. Per eumdem Dominum.

Pro

Pro SS. Timotheo, & ſoc. Secreta.

ACcepta tibi ſit Domine ſacratę plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per Dñm. Præf. Et te in Aſſump. 188.

Cõm. Regina mundi, digniſſima Maria, virgo ꝑpetua intercede pro noſtra pace & ſalute: quæ genuiſti Chriſtum Dominum Saluatorem omnium. Poſtcom.

ADiuuet nos quæſumus Domine beatæ Marię ſemper virginis interceſſio veneranda: & à cunctis periculis abſolutos, in tua faciat pace gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum.

Pro SS. Timotheo, & ſoc. Poſtcomm.

DIuini muneris largitate ſatiati, quæſumus Domine Deus noſter; vt intercedentibus ſanctis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, in eius ſemper participatione viuamus. Per Dominum noſtrum.

Die 23. vel 24. IN VIGILIA SANCTI Bartholomæi, fiunt genuflexiones. Miſſa. Ego autẽ, de cõmuni Apoſtolorũ. 1.

¶ Sequens feſtum ſancti Bartholomæi celebretur ſecundum conſuetudinem locorum, vel 24. vel 25. Auguſti. Romæ autem celebratur 25.

---

Die 24. vel 25.

## IN FESTO S. BARTHOLOMÆI Apoſtoli, Introitus.

Pſal. 138.

MIhi autem nimis honorificati sũt amici tui, Deus: nimis confortatus eſt principatus eorũ. Pſal. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meã. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui huius diei venerandam ſanctamque lætitiam in beati Apoſtoli tui Bartholomæi feſtiuitate tribuiſti; da Eccleſiæ tuæ quæſumus & amare, quod credidit, & prędicare, qđ docuit. Per Dom.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

1. cap. 12. FRatres: Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum interpretationes ſermonum. Numquid omnes Apoſtoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores? nũquid omnes virtutes? numquid omnes gratiã habent curationũ? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? Æmulamini autem charismata meliora. Graduale.

Pſal. 44. Conſtitues eos principes ſuper omnẽ terram. Memores erunt nominis tui Dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sũt tibi filij. Propterea populi cõfitebũtur tibi. Alleluia, allel. ℣. Nõ vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis, & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Alleluia. Ioan. 15.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

Cap. 6. IN illo tempore, Exijt Ieſus in mõtem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cũ dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis (quos & Apoſtolos

ſtolos

ſtolos nominauit) Simonem, quẽ cognominauit Petrum, & Andreã fratrẽ eius, Iacobũ, & Ioannẽ, Philippum, & Bartholomæum, Matthæũ, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. Et deſcẽdẽs cum illis, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorũ eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa, & Ieruſalem, & maritima, & Tyri, & Sydonis, qui venerant, vt audirent eum, & ſanarentur à languoribus ſuis. Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eũ tangere: quia virtus de illo exibat, & ſanabat oẽs. Credo.

Pſal. 138. Offertorium. Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui, Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Beati Apoſtoli tui Dñe Bartholomæi ſollẽnia recẽſentes, quęſumus; vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hoſtias laudis immolamus. Per Dñm. Præfatio. Te Dñe ſuppl. 189.

Matt. 19. Communio. Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcommunio.

Svmptum Domine pignus redemptionis æternæ, ſit nobis quæſumus interueniente beato Bartholomæo Apoſtolo tuo, vitæ præſentis auxilium pariter & futuræ. Per Dominum.

---

Die 25. IN FESTO S. LVDOVICI confeſſoris. Introitus.

Pſal. 36. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipſius. Pſalm. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelſis. Oratio.

Devs, qui beatum Ludouicum cõfeſſorem tuum, de terreno ac temporali regno ad cæleſtis & æterni regni gloriam tranſtuliſti; eius quæſumus meritis & interceſſione, regis regum Ieſu Chriſti filij tui nos coheredes efficias: & eiuſdem regni tribuas eſſe conſortes. Per eumdem Dominum noſtrum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Philippenſes.

Fratres: Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſũ propter Chriſtum detrimẽta. Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiã Ieſu Chriſti Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu: quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide ad cognoſcendum illum, & virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionum illius: configuratus morti eius, ſi quo modo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis: non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim: ſequor autem, ſi quo modo comprehendam in quo & comprehẽſus ſum à Chriſto Ieſu. Grad. Cap. 3.

Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. Pſal. 91.
℣. Ad annunciandũ mane miſericordiã tuã, & veritatem tuã per noctẽ. Alleluallel. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronã vitæ. Allel. Euang. Nemo lucernã accendit, de cõmuni vnius cõf. nõ pont. Iaco. 1.

pontificis. 15. Offertorium.
Pſal. 88. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus; vt ſicut beatus Ludouicus confeſſor tuus, ſpretis mundi oblectamentis, ſoli regi Chriſto placere ſtuduit, ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per Dominum. Communio.

Matt. 24. Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem. Amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcommunio.

DEus, qui beatum confeſſorem tuum Ludouicum mirificaſti in terris, quæſumus; vt quem in cælis glorioſum feciſti, Eccleſiæ tuæ conſtituas defenſorem. Per Dominum.

X, et glorioſum in cœlis feciſti: eundem, quæſumus, Eccleſiæ tuæ conſtitue defenſorem. Per Dom.

Die 26. IN FESTO S. ZEPHIRINI Papæ, & martyris, Miſſa, Sacerdotes Dei, de communi vnius martyris pontificis. 5. præter orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens Deus; vt beati Zephirini martyris tui, atque pōtificis, cuius gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per Dominum. Secreta.

MVnera tibi Domine dicata ſanctifica: & intercedente beato Zephirino martyre tuo, atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Poſtcommunio.

HÆc nos cōmunio Domine purget à crimine: & intercedente beato Zephirino martyre tuo, atque pontifice, cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per Dominum noſtrum Ieſum.

Die 28. IN FESTO S. AVGVSTINI Epiſcopi, & confeſſoris, ac doctoris Eccleſiæ. Miſſa, In medio Eccleſiæ, de communi doctorum. 13. præter orationem, quæ dicitur vt infra. Et dicitur Credo. Oratio.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus: & quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges, intercedente beato Auguſtino confeſſore tuo, atque pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum noſtrum.

Pro cōmem. S. Hermetis marty. Oratio.

DEus, qui beatum Hermetē martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti; ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo proſpera mundi deſpicere: & nulla eius aduerſa formidare. Per Dominum. Secreta.

SAncti confeſſoris tui Auguſtini nobis Domine pia non deſit oratio: quę & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per Dominum noſtrum Ieſum.

Pro commem. S. Hermetis. Secreta.

SAcrficium tibi Domine laudis offerimus in tuorum commemoratione Sanctorum: da quæſumus; vt quod illis contulit ad gloriā, nobis proſit ad ſalutem. Per Dominum. Poſtcommunio.

VT nobis Domine tua ſacrificia dent ſalutem, beatus confeſſor tuus Auguſtinus, & pontifex, quæſumus, precator accedat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Pro commem. S. Hermetis, Poſtcomm.

REpleti benedictione cæleſti, quæſumus clementiam tuā; vt intercedente B. Hermetę martyre tuo, quæ humili-

humiliter gerimus, ſalubriter ſentiamus. Per Dominum noſtrum.

Die 29. IN DECOLLATIONE ſancti Ioannis Baptiſtæ, Introitus.

Pſal. 118. LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: & non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. Pſal. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelſis. Oratio.

SAncti Ioannis Baptiſtæ præcurſoris, & martyris tui, quæſumus Domine, veneranda feſtiuitas, ſalutaris auxilij nobis præſtet effectum. Per Dñm.

X. qui uiuis e regnas cum.

Pro comm. S. Sabinæ marty. Oratio.

DEus, qui inter cetera potentiæ tuę miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti; concede propitius; vt qui beatæ Sabinæ martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum noſtrũ.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

Cap. 1. IN diebus illis: Factum eſt verbũ Domini ad me, dicens: Accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad Iuda omnia, quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciã vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitã, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terrã, regibus Iuda, principibus eius, & ſacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te. Grad.

Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur ĩ domo Dñi. ℣. Ad annunciandũ mane miſericordiã tuã, & veritatem tuam per noctẽ. Allel. allel. ℣. Miſſo Herodes ſpiculatore, pręcepit amputari caput Ioannis in carcere. Alleluia. Psal. 91. Mar. 6.

Sequentia S. Euangelij ſecundũ Marcũ.

Cap. 6. IN illo tempore, Miſit Herodes, ac tenuit Ioãnem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem inſidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, ſciẽs eum virum iuſtum & ſãctum: & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. Cumq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulque recumbentibus; rex ait puellæ: Pete à me quòd vis, & dabo tibi: & iurauit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quę cũ exiſſet, dixit mři ſuę: Quid petã? At illa dixit: Caput Ioãnis Baptiſtę. Cũque introiſſet ſtatim cũ feſtinatione ad regẽ, petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et cõtriſtatus eſt rex propter iuſiurandum: & propter ſimul diſcumbentes noluit eam cõtriſtare: ſed miſſo ſpiculatore pręcepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in di-

in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. Quo audito, diſcipuli eius venerũt, & tulerunt corpus eius: & poſuerunt illud in monumento. Offert.
Pſal. 91. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrꝰ quę in libano eſt, multiplicabitur. Secreta.

MVnera quæ tibi Domine pro ſãcti martyris tui Ioannis Baptiſtę paſſione deferimus, quæſumus, vt eius obtentu nobis proficiant ad ſalutẽ. Per.

Pro ſancta Sabina, Secreta.

HOſtias tibi Domine beatæ Sabinæ martyris tuæ dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per Do.
Pſal. 20. Comm. Poſuiſti Domine in capite eius coronam de lapide pretioſo. Poſtcom.

COnferat nobis Domine ſancti Ioãnis Baptiſtæ vtraque ſollemnitas; vt & magnifica ſacramenta, quæ ſumpſimus, ſignificata digne veneremur: & ~~nobis ſalutaria ſentiamus.~~ Per Dñm.

X in nobis potius edita gaudeamus.

Pro ſancta Sabina, Poſtcommunio.

DIuini muneris largitate ſatiati; q̃ſumus Dñe Deus noſter; vt intercedente beata Sabina martyre tua, in eius ſemper participatione viuamus. Per Do.

---

Die 30. SANCTORVM

Felicis, & Adaucti martyrum. Intr.

Eccli. 44. SApientiam ſanctorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſæculum
Pſal. 32. ſæculi. Pſalmus. Exultate iuſti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

MAieſtatem tuam Domine ſupplices exoramus; vt ſicut nos iugiter Sanctorum tuorum commemoratione lætificas, ita ſemper ſupplicatione defendas. Per Dominum noſtrum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

FRatres: Rememoramini priſti- Cap. 10.
nos dies, in quibus illuminati, magnum certamẽ ſuſtinuiſtis paſſionum: & in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem ſocij taliter cõuerſãtiũ effecti. Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorũ cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnã habet remunerationẽ. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei faciẽtes, reportetis promiſſionẽ. Adhuc enim modicũ aliquantulum, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit. iuſtus autem meuș ex fide viuit.
Graduale. Exultabunt ſancti in gloria: Pſal. 149.
lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate Dño canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorũ. Allel. allel. ℣. Te martyrũ candidatus laudat exercitus, Dñe. Allel.

Sequẽtia S. Euangelij ſecundũ Matthęũ.

IN illo tempore, Dixit Ie- Cap. 10.
ſus diſcipulis ſuis: Nihil eſt opertum, quod non reuelabitur: & occultũ, quod non ſcietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennam. Nonne duo paſſeres aſſe væneunt: &

vnus

vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Offert.
Psal. 31. Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Secreta.
Hostias Domine tuæ plebis intende: & quas in honore Sanctorũ tuorum deuota mente celebrat, proficere sibi sentiat ad salutem. Per Dñm.
Luc. 15. Dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Postcommunio.
Repleti Dñe muneribus sacris, q̃sumus; vt intercedentibus Sanctis tuis, in gratiarum tuarum semper actione maneamus. Per Dominum.

## FESTA SEPTEMBRIS.

Die 1. SANCTI ÆGIDII Abbati, & conf. Missa. Os iusti meditabitur, vt in communi Abbatum. 17.

Die 2. In festo S. Brocardi conf. ord. nostri dr Missa, Iustus vt palma, de cõi vnius confessoris nõ Pont. 16. Sed Euang. erit. Ecce nos reliq̃mus oĩa. de cõi Abbatũ. 17.

Die 8. IN NATIVITATE gloriosæ virginis Mariæ, Introitus.

Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Mariæ virginis: de cuius Natiuitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. Psalm. Eructauit cor meũ verbũ bonum: dico ego opa mea regi. Gaudeamus. V. Glo. Pat. Gaudeamus. Gloria in excelsis. Oratio.
Psal. 44.
Supplicationem seruorum tuorum Deus miserator exaudi: vt qui in Natiuitate Dei genitricis, & virginis Mariæ congregamur, eius intercessionibus à te de instantibus periculis eruamur. Per eumdem Dominum.

In Missis priuatis ꝑ cõmem. S. Hadriani mart. Oratio. Præsta q̃sumus omnipotẽs Deus, vt qui, de cõmuni vnius marty. 2.

Lectio libri Sapientiæ.

Prou. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarũ, antequã quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erãt abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdũ montes graui mole constiterant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta componẽs: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore; ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ esse, cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.

Qui

Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Graduale. Benedicta & venerabilis es virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Natiuitas gloriosæ virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda, claræ ex stirpe Dauid. Alleluia.

Initium sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 1.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudam, & fratres eius. Iudas autẽ genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Arã. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ. Salomon autẽ genuit Roboam. Roboam autẽ genuit Abiam. Abias autẽ genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziã. Ozias autẽ genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis: Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autẽ genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Credo. Offertorium. Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est Sol iustitiæ Christus De⁹ noster. Secr.

Vnigeniti tui Dñe nobis succurrat humanitas: vt qui natus de Virgine, matris integritatem non minuit sed sacrauit; in Natiuitatis eius solẽnijs, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum viuit.

In Missis priuatis pro S. Hadriano, Secr. Muneribus, de communi. 3.

Præfatio. Et te in Natiuitate. 188.

Communio. Regina mundi, dignissima Maria, virgo perpetua intercede pro nostra pace & salute: quæ genuisti Christum Dominum Saluatorem omnium.

Postcommunio.

Svmpsimus Domine celebritatis annuæ votiua sacramenta: præsta quęsumus; vt & temporalis nobis vitæ remedia præbeant, & æternæ. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat.

In Missis priuatis pro sancto Hadriano, Postcommunio.

Da nobis. de communi. 3.

IN-

INFRA OCTAVAM Natiuitatis gloriosæ virg. Mariæ

Missa dicitur sicut in die: sed Introitus bis dicitur tantum: & secunda Oratio dr̃ de Spiritu sancto. 35. Tertia, Eccl. 85.

¶ Dominica infra octauam, Missa dicitur de Dominica, cum commemoratione oct. & de Spiritu sancto. 35.

Die 9. PRO COMMEMORAT. sancti Gorgonij martyris, Oratio.

SAnctus tuus Domine Gorgonius sua nos intercessione lætificet: & pia faciat sollemnitate gaudere. Per Dñm nostrum. Tertia de Spiritu sancto: nisi fuerit Dominica, quia tertia tunc erit de ... Secreta.

ORata sit tibi Domine nostræ seruitutis oblatio: pro qua sanctus Gorgonius martyr interuentor existat, & nobis imploret auxilium. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

FAmiliam tuam Deus ~~suauitas vegeta~~: quæ in martyre tuo Gorgonio Christi tui bono iugiter odore pascitur. Per eumdem Dominum.

---

Die 10. IN FESTO S. NICOLAI de Tolentino confessoris, Introitus.

DEdit Dominus confessionem sancto suo, & excelso in verbo gloriæ: de omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit eum, qui fecit illum. Psal. 91. Psalm. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt Ecclesia tua, quæ beati Nicolai confessoris tui virtutum, & miraculorum gloria coruscat, eius intercessione, & meritis, perpetua pace, atq; vnitate lætetur. Per Dominum nostrũ. Et fit commem. oct. Oratio, Supplicationem. Epistola, Dilectus Deo, de communi Abbatum. 17. Graduale.

I n lege Domini fuit voluntas eius die ac Psal. 1.
nocte. ℣. Prædicans præceptum Domi- Psal. 2.
ni: cõstitutus est in mõte sancto eius, A lleluia, alleluia. ℣. Iustus germinabit sicut Oseæ 14.
lilium: & florebit in æternum ante Dominum. Alleluia. Euang. Nemo lucernam accendit, vt in communi vnius conf. non pont. 15. Offertorium.

Lætentur omnes, qui sperant in te Do- Psal. 5.
mine: quoniã tu benedixisti iusto, scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eũ. Secr.

OBlatũ tibi Dñe sacrificium, intercedente beato Nicolao confessore tuo, viuificet nos semper, & muniat. Per Dñm. Pro cõmem. oct. Secr. Vnigeniti.

Communio. I n fide, & lenitate ipsius Eccli. 45.
sanctum fecit illum: & circumcinxit eũ zona gloriæ, & induit eum Dominus stolam gloriæ. Postcommunio.

POpulum tuum Domine quæ sumpsimus sacramenta custodiant: vt qui sancti Nicolai confessoris tui iugiter implorant auxilium, petitionũ suarum salutarem consequantur effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Pro commem. oct. Postc. Sumpsimus.

PRO COMMEMORAT. Die 11. SS. mart. Proti, & Hyacinthi, Oratio.

BEatorum martyrum tuorum Proti, & Hyacinthi nos Domine foueat pretiosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum nostrum Iesum Christũ filiũ tuum. Qui tecum viuit, & reg.

Tertia

Tertia de Spiritu sancto. Secreta.

PRo sanctorum tuorum Proti, & Hyacinthi cõmemoratione, munera tibi Domine, quæ debemus exoluimus: præsta quæsumus; vt remedium nobis perpetuæ salutis operentur. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

VT percepta nos Dñe tua sancta purificent, beatorum Proti, & Hyacinthi q̃s imploret oratio. Per Do.

Die 13. PRO COMMEMORATIONE S.Maurilij Episcopi, & conf. Oratio.

BEatus Maurilius cõfessor tuus, atq; pontifex sua nos Domine sollẽnitate lætificet: vt pro nobis tibi supplicans, copiosius audiatur. Per Do. Tertia de Spiritu sancto. Secr.

QVæsumus Domine gratam tibi fore oblationẽ nostræ seruitutis, pro qua sanctus Maurilius confessor & pontifex interuentor existat. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

PRæsta quæsumus Domine; vt salutaribus repleti mysterijs, cuius sollemnia celebramus, eius intercessionibus adiuuemur. Per Dominum.

---

Die 14. IN EXALTATIONE sanctæ Crucis, Introitus.

Gal. 6.

NOs autẽ gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus.

Psal. 66. Psal. Deus misereat̃ nostri, & benedicat nobis: illuminet vultũ suũ super nos, & misereat̃ nostri. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos hodierna die Exaltationis sanctæ Crucis annua sollemnitate lætificas; præsta quæsumus, vt cuius mysteriũ in terra cognouimus, ei⁹ redẽptionis præmia in cælo mereamur. Per eundem Dñm. Et fit commemoratio de octa. Oratio, Supplicationem.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

FRatres: In Christo inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis: in quo & circũcisi estis circũcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circũcisione Christi: cõsepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidẽ operationis Dei, qui suscitauit illũ à mortuis. Et vos cũ mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, cõuiuificauit cũ illo, donans vobis oĩa delicta: delẽs quod aduersũ nos erat chirographũ decreti, quod erat contrariũ nobis, et ipsum tulit de medio, affigẽs illud cruci: & expoliãs principat⁹, & potestates traduxit confidenter, palã triumphãs illos in semetipso. Igitur, si cõsurrexistis cũ Christo: quę sursum sunt, quęrite, vbi Christus est in dextera Dei, sedẽs: quę sursum sunt sapite, nõ quę super terrã. Mortui enim estis, & vita vestra est abscõdita cũ Christo in Deo. Cũ Christus apparuerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Cap. 2. Cap. 3.

Graduale. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortẽ, mortem autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ. Allel. allel. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens Phil. 2.

pondera: quæ sola fuisti digna sustinere Regem cælorum & Dominum. Allel.
Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 12.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorũ: Nũc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. (hoc autem dicebat, significãs qua morte esset moriturus.) Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucẽ habetis, vt non vos tenebræ comprehendãt: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Credo. Offertorium.
Protege Domine plebem tuã per signũ sanctæ Crucis ab insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, & acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum, alleluia. Secreta.

IEsu Christi Dñi nostri corpore & sanguine saginandi, per quem crucis sanctificatum est vexillum, quæsumus Domine Deus noster; vt sicut illud adorare meruimus, ita perenniter eius gloriȩ salutaris potiamur effectu. Per eumdem Dominum. Præfatio. Qui salut. 180.
Communio. Per lignũ serui facti sumus, & per sanctam crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos, Filius Dei redemit nos, alleluia. Postcommunio.

REfecti cibo potuq. cælesti, quæsumus omnipotens Deus; vt ab hostium defendas formidine, quos redemisti pretioso sanguine filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit, &c.

IN OCT. NATIVITATIS beatæ Mariæ, Missa vt in die: sed Introitus bis tantum dicitur, Et fit commemoratio S. Nicomedis martyris, Oratio. Die 15.

ADesto Domine populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrocinijs adiuuetur. Per Dominum nostrum. Secreta.

SVscipe Domine munera propitius oblata: quæ maiestati tuæ beati Nicomedis martyris tui commendet oratio. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

PVrificent nos Domine sacramenta quæ sumpsimus: & intercedente beato Nicomede martyre tuo, à cunctis efficiamur vitijs absolutos. Per Dominum nostrum Iesum.

IN FESTO SANCTORVM pontificum, & martyrum Cornelij, & Cypriani, Missa, Sapientiam sanctorũ, de communi plurimorum martyrum Episcoporũ. 10. cum Euangelio, Cum audieritis, de communi plurimorum martyr. 9. Et fit commemoratio aliorum martyrum vt infra: nisi fuerit Dominica: quia tunc commemoratio sequens fit in Dominica, & festum prædictum transfertur in secundam feriam. Die 16.

¶ Pro commemoratione sanctorum martyrum Euphemiæ, Luciæ & Geminiani. Oratio.

PRæsta Domine precibus nostris cum exultatione prouentum: vt quorũ diem passionis annua

annua deuotione recolimus, etiam fidei constantiam subsequamur. Per Dominum nostrum Iesum. Secreta.

VOta populi tui quæsumus Domine propitiatus intende: & quorũ nos tribuis sollemnia celebrare, fac gaudere suffragijs. Per Dñm. Postcomm.

EXaudi Domine preces nostras: & sanctorum martyrum tuorum Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani, quorum festa sollemniter celebramus, continuis foueamur auxilijs. Per Dominum.

Die 17. SANCTI LAMBERTI episcopi, & martyr. Missa, Sacerdotes Dei, de cõi vnius episcopi, & mart. 5.

Die 19. IN FESTO SANCTI Ianuarij episcopi, & sociorum martyr. Missa, Intret in conspectu tuo, de communi plurimorum martyr. 8.

---

Die 20. IN VIGILIA S. MATTHÆI Apostoli, & Euangelistæ.

Fiunt Genuflexiones, Introitus.

Psal. 51. EGo autem, sicut oliua fructificaui in domo Domini, speraui in misericordia Dei mei: & expectabo nomen tuũ, quoniam bonum est in conspectu sanctorũ tuorum. Psal. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? ℣. Gloria Patri. Nõ dr̃ Gloria in excelsis. Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus; vt beati Matthæi Apostoli tui & Euangelistæ, quam præuenimus, veneranda sollemnitas, & deuotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum.

Epistola, Benedictionem, vt in vigilia Apostolorum. 1. Graduale.

Psal. 91. IUstus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 5. IN illo tempore, Vidit Iesus publicanũ nomine Leui, sedentem ad Telonium, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnũ Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discũbentes. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ eorum dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Offertorium. Gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Secreta. Psal. 8.

APostolici reuerentia culminis offerimus tibi Dñe munera sacris mysterijs imbuẽdi: præsta quęsumus; vt beati Apostoli tui, & Euangelistæ Matthæi suffragijs, cuius natalitia præuenimus, hæc plebs tua semper & sua vota depromat, & desiderata percipiat. Per Dñm.

Commun. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnũ decorem impones super eum Domine. Postcomm. Psal. 20.

SAncti Apostoli tui, & Euangelistæ Matthæi quæsumus Domine supplicatione placatus, & veniam nobis tribue,

tribue, & remedia sempiterna concede. Per Dominum nostrum.

¶ Si hæc Vigilia venerit in Quatuor tēp. prima Missa cantetur de Vigilia: secunda Oratio de beata Virg. tertia Ecclesiæ, vt post Dominicam in Alb. 228. Et post Sextā cantetur Missa de Quattuor temp. Missæ vero priuatæ erunt de Quattuor temp. secunda Oratio de Vigilia, tertia Pietate. 258. Et in fine Missæ dicitur Euangelium Vigiliæ.

Die 21. IN FESTO S. MATTHÆI Apostoli, & Euang. Introitus.

Psal. 36.

OS iusti meditabitur sapientiā, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius. Psal. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Orō.

BEati Apostoli, & Euangelistę Matthæi Dn̄e precibus adiuuemur: vt quod possibilitas nostra nō obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per Dn̄m.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Cap. 4.

FRatres: Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primū in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cęlos, vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidē Apostolos, quosdā autē Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatē fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in mēsuram ætatis plenitudinis Christi.

Graduale. Beatus vir, qui timet Dominum: in mādatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluia, allel. ℣. Primus ad Sion dicet: Ecce adsunt, & Ierusalem euangelistam dabo. Alleluia. Psal. 111. Isaiæ 41.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 9.

IN illo tempore, Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. Et videntes Pharisæi, dicebāt discipulis eius: Quare cū publicanis, & peccatoribus mādueat Magister vester? At Iesus audiēs, ait: Nō est opus valentibus medicus, sed male habētibus. Euntes autē discite quid est: Misericordiā volo, & non sacrificiū. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Credo.

Offertorium. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petijt à te: & tribuisti ei, alleluia. Secreta. Psal. 20.

SVpplicationibus Apostolicis beati Matthæi Euangelistæ quæsumus Domine Ecclesiæ tuæ commendetur oblatio: cuius magnificis prædicationibus eruditur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Præ-

Præfatio. Te Domine suppliciter. 189.
Psal. 20. Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã, & magnum decorem impones super eum Domine. Postcomm.

PErceptis Dñe sacramentis, beato Matthæo Apostolo tuo & Euangelista interueniẽte, deprecamur; vt quæ pro eius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

Die 21. IN FESTO SANCTORVM martyrum Mauritij, & sociorum eius, Missa. Intret in conspectu tuo, de communi plurimorũ mart. 8. præter orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio.

ANnue quæsumus omnipotens Deus; vt sanctorũ martyrum tuorum Mauritij, & sociorum eius nos lætificet festiua sollemnitas: vt quorũ suffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per Dominum. Secreta.

REspice quæsumus Domine munera, quæ in sanctorũ martyrũ tuorum Mauritij, & sociorum eius commemoratione deferimᵘ: & p̃sta; vt quorũ honore sunt grata, eorũ nobis fiãt intercessione perpetua. Per Do. Postcom.

CÆlestibus refecti sacramentis, & gaudijs, supplices te rogamus Domine; vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per Dominum.

Die 23. IN FESTO SANCTI Lini Papæ, & mart. Missa. Sacerdotes Dei, de communi [illegible] pontific. 5. [illegible] commemoratione sanctæ Teclæ virginis, & martyris, [illegible] fuerit Dominica: quia tunc commemoratio sequens fit in Dominica, & festum prædictũ transfertur in secundam feriã.

¶ Pro commemoratione sanctæ Teclæ virginis, & martyris, Oratio.

DA quęsumus omnipotẽs Deus; vt qui beatæ Teclæ virginis & martyris tuę natalitia colimus, & annua sollemnitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Tertia oratio. Pietate tua. 81. Secreta.

SVscipe Dñe munera, quæ in beatæ Teclæ virginis & martyris tuæ sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Postcomm.

AVxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beata Tecla virgine & martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere.

In festo S. Gerardi Episcopi, & martyris ordinis nostri. Missa, Statuit ei Dominus, de communi vnius mart. Pont. 4. Die 24.

IN FESTO S. CLEOPHÆ Die 25.
martyris, Introitus.

LÆtabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Psal. 63. Psal. Exaudi Deus orationẽ meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

BEati martyris tui Cleophæ quæsumus Dñe supplicatione placatus, & veniam nobis delictorũ tribue, & remedia sempiterna concede. Per Dñm.

Lectio libri Sapientiæ.

BEatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudẽtia: melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auri primi & purissimi fructus eius: pretiosior est cunctis opibus: & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari. Longi- Prouer. 3.

tudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria. Viæ eius viæ pulchræ,& omnes semitæ illius pacificę. Lignum vitę est his,qui apprehenderint eam:& qui tenuerit eam,beatus. Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt.

Psal. 111. Graduale. Beatus vir, qui timet Dominum:in mandatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit semẽ eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluia, alleluia.

Luc. 24. ℣. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in via? Allel. Euang. Duo ex discipulis, vt in feria ij Paschæ. 219. Offertorium.

Psal. 8. Gloria & honore coronasti eum: & cõstituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Secreta.

INtercessio quæsumus Domine beati Cleophæ martyris tui hęc tibi cõmendet sacrificia: & tua nobis multiplicet beneficia. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Communio.

Psal. 20. Posuisti Dñe super caput eius coronam de lapide pretioso. Postcommunio.

SVmpta Domine sacramenta, sempiterna dulcedine nos foueant: & beati Cleophę martyris tui interuẽtu,dignos maiestati tuę perficiant. Per Dñm.

Die 26. SANCTORVM martyrum Cypriani, & Iustinæ,

Missa. Multæ tribulationes, de communi plurimorum martyrum. 9. præter orationem,quæ dicitur vt infra. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum Cypriani, & Iustinæ nos Domine foueant continuata præsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per Dominum. Secreta.

MVnera tibi Domine nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorũ, & nobis salutaria te miserante reddantur.Per Dominum. Postcommunio.

PRæsta nobis quæsumus Domine, intercedentibus sanctis tuis Cypriano,& Iustina; vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

---

IN FESTO sanctorum martyrum Cosmæ, & Damiani, Introitus. Die 27.

Eccl. 44. SApientiam sanctorũ narrent populi, & laudem eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in sæculum sæculi. Psal. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 32.

PRæsta q̃s omnipotens Deus; vt qui sanctorũ martyrũ tuorũ Cosmæ & Damiani natalitia colimus, à cunctis malis imminẽtibus, eorũ intercessionibꝰ liberemur.Per Dñm. Epist. Iusti autẽ in ꝑpetuũ viuẽt, de cõi plurimorũ cõf. 18.

Psal. 33. Graduale. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde:& humiles spiritu saluabit. Alleluia, alleluia. ℣. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia: ideo coronantur,& accipiunt palmam. Alleluia. Euangel. Descendens Iesus de monte, de communi plurimorum martyr. 8.

Ps. 5. Offert. Gloriabuntur in te oẽs, qui diligunt nomen tuum:quoniã tu Domine,

bene-

benedices iusto. Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Secreta.

SAnctorum tuorum nobis Domine pia non desit oratio: quæ & munera nostra cōciliet, & tuā nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominū.

Psal. 78. Cōmunio. Posuerunt mortalia seruorū tuorum Dñe, escas volatilibus cæli: carnes sanctorū tuorum bestijs terrę. Secūdum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. Postcomm.

PRotegat q̄s Dñe populū tuum, & participatio cælestis indulta conuiuij, & dep̄catio collata Sāctorū. Per Do.

---

Die 29. IN FESTO

Dedicationis sancti Michaelis archangeli. Introitus.

Psal. 102.

BEnedicite Domino oēs angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbū eius, ad audiendam vocē sermonū eius. In festo Apparitionis additur allelu. Psalm. Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui miro ordine, angelorū ministeria, hominūque dispēsas; concede propitius; vt, quibus tibi ministrātibus in cęlo semper assistitū, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dñm.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Cap. 1.

IN diebus illis: Significauit De⁹, quæ oportet fieri cito, mittens per Angelū suū seruo suo Ioāni, qui testimoniū perhibuit verbo Dei, & testimoniū Iesu Christi, quęcumq; vidit. Beatus, qui legit, & audit verba prophetię huius: & seruat ea, quæ in ea scripta sunt: tēpus enim prope est. Ioānes septē Ecclesijs, quę sunt in Asia. Gratia vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est: & à septē spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt: & à Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Graduale.

Benedicite Dño omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. Psal. 102.
℣. Benedic anima mea Domino: et omnia interiora mea, nomini sancto eius.
Allel. allel. ℣. In conspectu angelorum Psal. 137.
psallam tibi Domine Deus meus. Allel.

¶ In festo Apparitionis, omisso Grad. dicitur, Allel. ℣. In cōspectu angelorū Psal. 137.
psallā tibi Domine Deus meus. Alleluia, allel. ℣. Angelus Domini descen- Matt. 28.
dit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia.

¶ Si festū Apparitionis post Ascensionē venerit, dr̄, Allel. ℣. In cōspectu an- Psal. 137.
gelorū psallā tibi Dñe Deus me⁹. Allel. allel. ℣. Ascēdēs Christ⁹ in altū captiuā Ephe. 4.
duxit captiuitatē: dedit dona hoīb⁹. All.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tēpore, Accesserunt discipuli Cap. 18.
ad Iesum, dicētes: Quis putas, maior est in regno cælorū? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eū in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficia-

mini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum. Et qui ſuſceperit vnum paruulum talẽ in nomine meo, me ſuſcipit. Qui autem ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis, qui in me credunt; expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatᷓ in profundũ maris. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: verumtamen væ homini illi, per quẽ ſcandalũ venit. Si autẽ manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te: abſcide eum, & proijce abs te: bonum tibi eſt ad vitã ingredi debilem, vel claudũ, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eũ, & proijce abs te: bonum tibi eſt cũ vno oculo in vitam intrare, quã duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in cęlis ſemper vident faciem patris mei, qui in cælis eſt. Credo. Offertorium.

Apo. ca. 8. Stetit angelus iuxta arã templi, habens thuribulũ aureum in manu ſua: & data ſunt ei incenſa multa. Et aſcendit fumus aromatum in conſpectu Dei, allel. Secr.

HOſtias tibi Dñe laudis offerim⁹, ſuppliciter deprecantes; vt eaſdẽ Angelico pro nobis interueniente ſuffragio & placatus accipias, & ad ſalutem noſtram prouenire cõcedas. Per Dñm.

Dan. 3. Communio. Benedicite omnes angeli Domini Dominum, hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula.

In feſto Apparit. additᷓ allel. Poſtcõm.

BEati Archangeli tui Michaelis interceſſione ſuffulti, ſupplices te Domine deprecamur; vt quod ore proſequimur, contingamus & mẽte. Per Do.

---

## IN FESTO S. HIERONYMI presbyteri, confeſſoris, & doctoris Eccleſiæ, Introitus. Die 30.

Eccli. 15. IN medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientię, & intellectus, ſtola glorię induit eum.

Pſal. 91. Pſal. Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui beatum Hieronymum luce ſapiẽtię, & operum executione illuſtraſti; da nobis eius dicta ſobrie intelligere, & intellecta operibus adimplere. Per Dominum. Epiſt. Teſtificor coram Deo, de communi doctor. 14.

Pſal. 36. Graduale. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Allel. allel. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternũ ante Dominũ. Allel. Oſee 14.

Euang. Vos eſtis ſal terræ, de eodem cõmuni. 14. Et dicitᷓ Credo. Offertoriũ.

Pſal. 20. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Secreta.

DOnis cæleſtibus da nobis quæſumus libera mente ſeruire: vt munera quæ deferimus, interueniente beato Hieronymo confeſſore tuo & ſacerdote, & medelam nobis operentur, & gratiam. Per Dominum. Communio.

Pſal. 20. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam, & magnum decorem impones

nes

nes super eum Domine. Postcomm. Refecti alimonia cælesti quæsumus Domine; vt intercedente beato Hieronymo confessore tuo, & sacerdote, misericordiæ tuæ gratiam consequi mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat.

¶ Post festum sancti Michaelis, & ante festum omnium Sanctorum, fiat tertiũ Ternarium cum tribus Missis, quarum ordinem quære in Missis pro defunctis.

## FESTA OCTOBRIS.

Die 1. SANCTI REMIGII Episcopi, & confessoris, Missa, Statuit ei Dominus, de communi vnius confess. pontific. 11.

Die 2. SANCTI LEODEGARII Episcopi, & marty. Missa, Sacerdotes Dei, de cõi vnius Episcopi, & mart. 5.

## Die 4. IN FESTO S. FRANCISCI confessoris. Introitus.

Gal. 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo. Psalmus. Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Francisci meritis fœtu nouę prolis amplificas; tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & cælestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Fratres: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neque circũcisio aliquid valet, neque præputiũ, sed noua creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & nõ supplantabuntur gressus eius. Allel. allel. ℣. Franciscus pauper, & humilis cælũ diues ingreditur, hymnis cęlestibus honoratũ. Allel. Euangelium, Confiteor tibi, Pater, vt supra in festo S. Matthię Apostoli. 328. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Mvnera tibi Dñe dicata sanctifica: & intercedẽte beato Francisco, ab oĩ nos culparũ labe purifica. Per Do. Communio. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

Ecclesiam tuã quæsumus Dñe gratia cælestis amplificet: quam beati Francisci illuminare voluisti gloriosis meritis & exemplis. Per Dñm nostrum.

S. THERESIÆ VIRGINIS non martyris, Missa, Dilexisti iustitiam, vt in cõi vnius virginis nõ martyris. 22.

Die 5. In festo

confessoris tui

Missa S. Teresiæ desumatur ex libello PP. discalceator.

Deinde hic commemoratio S. martyrum Placidi, et sociorum. ~~SANCTORVM PLACIDI, & sociorum martyrum.~~

~~Missa, Multæ tribulationes, de commu-ni plurimorum martyrum. 9.~~

Oratio. Deus, qui nos concedis. de commun: plurimorum mart. 9.

Die 7. IN FESTO S. MARCI

Papæ & confessoris, Introitus.

Psal. 131. Acerdotes tui Domine induant iustitiam: & sancti tui exultent. Propter Dauid seruũ tuũ, non auertas faciẽ Christi tui. Psal. Memẽto Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

EXaudi Dñe preces nostras: & intercedente beato Marco confessore tuo atq; pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per Dominum.

Pro cõmemoratione SS.martyrũ Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij, Oratio.

SAnctorum martyrum tuorũ nos Domine Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij beata merita prosequantur: & tuo semper faciant amore feruentes.

Tertia. Pietate. 81. Epistola. Plures facti sunt sacerdotes, de communi vnius Episcopi, & martyr. 4. Graduale.

Psal. 131. Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo. Alleluia, allel. ℣. Iu-

Psal. 109. rauit Dominus, & non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æternum. Alleluia.

Euangelium. Vigilate, quia nescitis, de communi vnius Episcopi, & confessoris. 13. Offertorium.

Psal. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

ACcepta tibi sit Dñe sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum: quorũ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per.

Pro commem. sanctorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij, Secreta.

MAiestatem tuam nobis Domine, quæsumus, hæc hostia reddat immolanda placatam, tuorum digna postulatione Sanctorum. Tertia, Deus qui singulari. Communio.

Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem. Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio. Matt. 24.

DA quæsumus Dñe fidelibus populis Sanctorum tuorum semper veneratione lætari: & eorum perpetua supplicatione muniri. Per Dominũ.

Pro commemoratione SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij, Postcomm.

SAcramentis Domine muniamur acceptis: & sanctorum martyrum tuorũ Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij intercessione, contra omnes nequitias irruentes, armis cælestibus protegamur. Per Dominum. Tertia, Sumpta.

IN FESTO SANCTORVM Die 9.

martyrum Dionysij, Rustici, & Eleutherij, Introitus.

Ntret in conspectu tuo Dñe gemitus cõpeditorum. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorũ. Vindica sanguinẽ sanctorũ tuorũ, qui effusus est. Psalmus. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctũ tuũ: posuerunt Ierusalẽ in pomorũ custodiã. ℣. Glo-

℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

DEus, qui hodierna die beatū Dionysium martyrē tuū, atque pontificem virtute constantiæ in passione roborasti: eique ad prædicandum gentibus gloriam tuā Rusticum, & Eleutheriū sociare dignatus es; tribue nobis quęsumus; ex eorum imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere: & nulla eius aduersa formidare. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 17. IN diebus illis: Stans Paulus in medio Areopagi: ait: Viri Atheniēses per omnia quasi superstitiosiores vos video. Præteriens enim, & videns simulachra vestra, inueni, & aram, in qua scriptum erat: Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus, qui fecit mundū, & oīa, quæ in eo sunt, hic cæli & terrę cū sit Dn̄s, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cū ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia: fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorū, quærere Deū si forte attrectent eum, aut inueniant, quāuis nō longe sit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus: sicut & quidā vestrorū Poetarum dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, & cogitationis hominis, Diuinum esse simile. Et tēpora quidē huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiā agant, eo quòd statuit diem, in quo iudicaturus est orbē in æquitate, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus suscitans eum à mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorū, quidam quidem irridebant, quidam vero dixerūt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorū. Quidā vero viri adhęrētes ei, crediderūt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis: Exo. 15. mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit & percussit inimicū. Allel. allel. ℣. Fulgebunt iusti, & tanquā scintillæ in arundineto discurrent in æternum. Alleluia. Sap. 3

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tēpore, Dixit Cap. 10. Iesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in cōcilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testimoniū illis, & gētibus. Cū autē tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: nō enim vos estis q loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquit in vobis. Tradet autē frater fratrem in mortem, & pater filiū: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio oībus propter nomē meū: qui autē perseuerauerit

uerit vſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Offert.
Pſal. 31. Lætamini in Domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde. Secr.

OBlata tibi Domine munera populi tui, pro tuorum honore ſanctorum martyrum Dionyſij, Ruſtici, & & Eleutherij ſuſcipe propitius: quæſumus; & eorum nos interceſſione ſanctifica. Per Dominum. Communio.
Luc. 6. Multitudo languentium, & qui vexabantur à ſpiritibus immundis, veniebãt ad eum: quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Poſtcommunio.

SVmptis Domine ſacramentis quæſumus; vt intercedẽtibus beatis martyribus tuis Dionyſio, Ruſtico, & Eleutherio, ad redemptionis æternæ proficiamus augmentum. Per Dominum.

ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo, Allel. Euang. Videte, vigilate, de cõi vnius epiſcopi, & mart. 5. Offertor.
Veritas mea, & miſericordia mea cũ ipſo: & ĩ noĩe meo exaltabit̃ cornu ei⁹. Sec. Pſal. 88.

MYſtica nobis Domine proſit oblatio: quę nos & à reatibus noſtris expediat, & perpetua ſaluatione confirmet. Per Dominum. Communio.
Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituã, intra in gaudium domini tui. Poſtcom. Matt. 25.

QVæſumus omnipotens Deus; vt reatum noſtrum munera ſacra purificent: & recte viuendi nobis operentur effectum. Per Dominum.

---

## Die 14. IN FESTO S. CALLISTI Papæ, & martyris. Introitus.

Pſal. 131. SAcerdotes tui Domine induantur iuſtitiam: & ſancti tui exultent. Propter Dauid ſeruum tuũ, nõ auertas faciem Chriſti tui. Pſal. Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate deficere; ad amorem tuũ nos miſericorditer per Sanctorum tuorũ exẽpla reſtaura. Per Dominum.

Epiſt. Oĩs põtifex, de cõi vni⁹ cõf. põt. 13.
Pſal. 88. Graduale. Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto meo vnxi eũ. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Allel. allel. ℣. Poſuiſti Domine Pſal. 20.

## IN FESTO S. LVCÆ Euangeliſtæ, Introitus. Die 18.

IN medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, ſtola gloriæ induit eum. Pſal. Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio. Eccli. 15. Pſal. 91.

INteruentat pro nobis q̃s Dñe ſanct⁹ tuus Lucas Euangeliſta: qui crucis mortificationẽ iugiter ĩ ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. Per Dñm.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

FRatres: Gratias Deo, qui dedit eãdem ſolicitudinẽ pro vobis in corde Titi, quoniã exhortationem 2. Cor. 8.

tionem quidem suscepit: sed cũ solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cũ illo fratrẽ, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias: non solum autẽ, sed & ordinatus est ab Ecclesijs comes peregrinationis nostræ in hanc gratiã, quæ ministratur à nobis ad Dñi gloriam, & destinatam voluntatem nostram: deuitãtes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis. Prouidemus enim bona non solum coram Deo, sed etiã corã hominibus. Misimus autem cum illis & fratrẽ nostrum, quẽ probauimus in multis sæpe solicitũ esse: nunc autẽ multo solicitiorẽ, confidẽtia multa in vos, siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor, siue fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi. Ostensionem ergo, quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie Ecclesiarum. Graduale.

Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. ℣. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ.

Isaię 41. Alleluia, alleluia. ℣. Primus ad Sion dicet: Ecce adsunt, & Ierusalem euangelistam dabo. Allel. Euang. Designauit Dñs, vt in festo S.Marci. 338. Credo.

Psal. 138 Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

DOnis cælestibus da nobis q̃s Domine libera tibi mente seruire: vt munera quę deferimus, interueniẽte beato Euangelista tuo Luca, & medelam nobis operentur, & gloriam. Per Dñm. Præfatio. Te Domine suppliciter. 9.

Matt. 19. Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcomm.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus; vt quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati Euangelistæ tui Lucæ sanctificet animas nostras: per quod tuti esse possimus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

IN FESTO SANCTI Hilarionis Abbatis, Missa. Os iusti meditabitur, de communi Abbat. 17. Die 21.

Et pro commemoratione sanctæ Vrsulæ, & sociarum, Oratio.

DA nobis quæsumus Domine, sanctarum virginum & martyrum tuarum Vrsulæ, & sociarum eius palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltẽ frequentemus obsequijs. Per Dñm. Secret.

INtende quæsumus Domine munera altaribus tuis pro sanctarum martyrum, & virginum tuarum Vrsulæ, & sociarum eius festiuitate proposita: vt sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum nostrum Iesum.

Postcommunio.

PRæsta nobis quęsumus Domine, intercedentibus Sanctis martyribus, & virginibus tuis; vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum.

IN FESTO S. MARCI Episcopi, & martyr. Missa, Sacerdotes Dei, de cõi vnius Episcopi, & mart. 5. Die 22.

SANCTORVM Crispini, & Crispiniani martyr. Die 25.

Missa, Multæ tribulationes, de communi plurimorum martyr. 9.

IN

IN FESTO SANCTI

Die 26. Euaristi Papæ, & mart. Missa, Statuit ei Dominus, de cõi vnius mart. pont. 4.

Die 27. IN VIGILIA

Apostolorum Simonis, & Iudæ.

Fiunt genuflexiones. Introitus.

Psal. 78. INtret in conspectu tuo Dñe gemitus cõpeditorum. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorũ. Vindica sanguinẽ sanctorum tuorum, qui effusus est. Psal. Deus venerunt gentes in hereditatem tuã, polluerũt templũ sanctũ tuũ, posuerũt Ierusalẽ in pomorũ custodiã. ℣. Gloria Patri. Nõ dr Gloria in excelsis. Oro.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt sicut Apostolorũ tuorũ Simonis & Iudæ gloriosa natalitia præuenimus; sic ad tua beneficia promerenda, maiestatem tuam pro nobis ipsi præueniant. Per Dominum nostrum.

Epist. Spectaculum facti sumus, de cõi plurimorum cõfessorũ episcoporũ. 19.

Psal. 78. Graduale. Vindica Domine sanguinẽ sanctorum tuorũ, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum, escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Grad. reiteretur.

Euãg. Ego sũ vitis vera, de Vig. Apos. 1.

Psal. 149. Offertorium. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Exaltationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

MVneribus nostris Domine, Apostolorum tuorum Simonis, & Iudæ festa præcedimus humiliter postulantes: vt quæ conscientiæ nostræ præpediuntur obstaculis, illorum meritis grata reddantur. Per Dominum nostrum.

Communio. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormẽtum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autẽ sunt in pace. Sap. 3. Postcommun.

SVmpto Domine sacramento suppliciter deprecamur; vt intercedẽtibus beatis Apostolis tuis Simone & Iuda, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus æternam. Per Dominum.

IN FESTO Die 28.

Apostolorum Simonis, & Iudæ, Intr.

MIhi autẽ nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psal. 138. Psal. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã, & resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos per beatos Apostolos tuos Simonem & Iudam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti; da nobis, eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

FRatres: Scimus quoniã diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundũ propositum vocati sunt sancti. Nã quos Cap. 8. præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Quid

ergo

ergo dicemus ad hęc? si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Qui etiam proprio Filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ: quo modo non etiã cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus, qui iustificat, quis est qui condẽnet? Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexterã Dei, qui etiã interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptũ est: Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis.) Sed in his oĩbus superamus propter eũ, qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neque instãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quę est in Christo Iesu Dño nostro.

Psal. 138. Graduale. Nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorũ. ℣. Dinumerabo eos, & super arenã multiplicabuntur. Allel. allel.

Ioã. 15. ℣. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructũ afferatis: & fructus vester maneat. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 15. IN illo tẽpore, Dixit Iesus discipulis suis: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicẽ. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mũdus. Mementote sermonis mei, quẽ ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerũt, & vestrũ seruabunt. Sed hæc omnia faciẽt vobis propter nomen meũ: quia nesciũt eũ, qui misit me. Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatũ non haberẽt: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit: & Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent: nũc autẽ & viderunt, & oderũt & me, & Patrẽ meum. Sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerũt me gratis. Credo.

Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Psal. 18.

Secreta.

GLoriam Dñe sanctorũ Apostolorum tuorũ perpetuã venerãtes quęsumus; vt eã sacris mysterijs expiati, dignius celebremus. Per Dominum.

Præfatio. Te Domine suppliciter. 189.

Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Matt. 19.

Postcommunio.

PErceptis Dñe sacramentis suppliciter exoramus; vt intercedẽtibus beatis Apostolis tuis Simone, & Iuda, quæ pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per.

In festo S. Serapionis Episcopi, & confessoris ordin. nostri. Missa, Statuit ei Dominus. de cõi vnius confes. Pont. 4. Die 30.

Si autẽ festũ S. Serapionis fuerit in sabbato, post Sextã cãtet missa de vigil. omniũ Sanctorũ. Timete Dñm. 416. Missę vero priuatę erũt de S. Serapiõne, & secũda

da oro erit de Vigilia, Dñe Deus noster, & tertia de B. Virgine. Cócede nos, &c.

Die 31. IN VIGILIA omnium Sanctorum.

Fiunt genuflexiones. Introitus.

Imete Dominũ, omnes sancti eius: quoniam nil deest timentibus eũ. Diuites eguerunt, & esurierũt: inquirẽtes autẽ Dominum, non deficiẽt omni bono. Psal. Benedicã Dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri. (Psal. 33.)

Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DOmine Deus noster multiplica super nos gratiam tuam: & quorum præuenimus gloriosa sollemnia, tribue subsequi in sancta professione lætitiam. Per Dominum nostrum.

Pro commem. S. Quintini marty. Oro.

LÆtetur Ecclesia tua Deus beati Quintini martyris tui confisa suffragijs: atque eius precibus gloriosis & deuota permaneat, & secura mente consistat. Tertia de Spiritu sancto.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Cap. 5.

N diebus illis, Vidi: & ecce in medio throni & quattuor animalium, & in medio seniorũ, agnum stantem tamquam occisum, habentẽ cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnẽ terrã. Et venit: & accepit de dextera sedentis in throno librũ. Et cũ aperuisset librũ, quattuor animalia, & vigintiquattuor seniores ceciderunt corã agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum: & cantabant canticũ nouum, dicentes: Dignus es Dñe accipere librũ, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terrã. Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorũ, & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiã, & fortitudinẽ, & honorem, & gloriã, & benedictionem.

Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicum. Graduale reiteretur. Euang. (Exo. 15.)

Descendens Iesus de monte, de communi plurimorũ mart. 8. Offertorium.

Lætamini in Dño & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Secreta. (Psal. 31.)

ALtare tuum Dñe muneribus cumulamus oblatis: da quæsumus; vt ad salutẽ nostram omniũ Sanctorũ tuorũ precatione proficiant: quorũ sollemnia vẽtura præcurrimus. Per Dñm.

Pro sancto Quintino, Secreta.

SVscipe Dñe munera, quæ in eius tibi sollemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Tertia de Spiritu sancto. Communio.

Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommunio. (Sap. 3.)

SAcramentis Domine, & gaudijs optatæ celebritatis expletis, quæsumus;

mus; vt corũ precibus adiuuemur, quorũ recordationibus exhibentur. Per Do.

Pro sancto Quintino, Postcommunio.

SAtiasti Domine familiam tuã muneribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos refoue, cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Tertia de Spiritu sancto.

# FESTA NOVEMBRIS.

## Die 1. IN FESTO omnium Sanctorum, Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore Sanctorum omnium: de quorum sollemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. Psal.

Psal. 32. Exultate iusti in Dño: rectos decet collaudatio. Gaudeamus. ℣. Gloria Patri. Gaudeamus. Gloria in excelsis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari; quæsumus; vt desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiã, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dñm.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Cap. 7. IN diebus illis: Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quattuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quattuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israel. Et tribu Iuda duodecim millia signati: Ex tribu Ruben duodecim millia signati: Ex tribu Gad duodecim millia signati: Ex tribu Aser duodecim millia signati: Ex tribu Nephtali duodecim millia signati: Ex tribu Manasse duodecim millia signati: Ex tribu Simeon duodecim millia signati: Ex tribu Leui duodecim millia signati: Ex tribu Issachar duodecim millia signati: Ex tribu Zabulon duodecim millia signati: Ex tribu Ioseph duodecim millia signati: Ex tribu Beniamin duodecim millia signati. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum: & clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quattuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amẽ.

Graduale. Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam nil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono. Alleluia, alleluia. ℣. Iudicabunt sancti nationes, & dominabuntur populis, & regnabit illorum Rex in perpetuum. Alleluia. Psal. 33. Sap. 3

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 5.

IN illo tempore, Videns Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserũt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terrã. Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabũtur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Credo. Offertorium.

Psal. 67. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus. Secreta.

MVnera tibi Domine nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore Sanctorũ, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum. Communio.

Psal. 32. Gaudete iusti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. Postcom.

DA quæsumus Domine fidelibus tuis omnium Sanctorum tuorũ semper veneratione lætari: & eorũ perpetua supplicatione muniri. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

INFRA OCTAVAM omnium Sanctorũ Missa dicitur, sicut in die: sed Introitus dicitur bis tantum: & secunda oratio dicitur de Spiritu sancto, Deus, qui corda fidelium. 35. Tertia, Ecclesiæ. 85.

¶ In Dñica infra oct. post Primam cantetur Missa de Dominica: & maior Missa de oct. Missæ vero priuatæ dicuntur de oct. cum commemoratione Dñicæ. Et Euang. Dñicæ dicitur in fine Missæ.

PRIMA DIE INFRA oct. Commemoratio omnium fidelium Defunctorum. Die 2.

Si autem prima dies fuerit Dñica, Commemoratio defunctorum fiat feria secũda.

Ad Missam, Introitus.

REquiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Psalm. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Psal. 64.

Deinde absolute repetitur Requiem, vsque ad Psalmum. Oratio.

FIdelium, Deus, omnium conditor, & redemptor: animabus famulorum, famularumq. tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerũt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis. Hæc oratio tantum dicitur.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres. Ecce mysterium vobis dico: Oẽs quidẽ resurgemus, sed nõ omnes immutabimur. 1. Cor. 15.

In

In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Grad.

Psal. 111. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus.

Psal. 129. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tuæ intendentes in orationē serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? ℣. Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine. Prosa.

Dies iræ, dies illa,
Soluet sæclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus!
Tuba mirum spargens sonum
Per sepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors stupebit, & natura,
Cum resurget creatura,
Iudicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit,
Quidquid latet, apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cum vix iustus sit securus.
Rex tremendæ maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Iesu pie,
Quòd sum causa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.
Quærens me sedisti lassus:
Redemisti crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Iuste Iudex vltionis
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.
Ingemisco tamquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce Deus.
Qui Mariam absoluisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
Preces meæ non sunt dignæ:
Sed tu bonus fac benigne
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum præsta,
Et ab hœdis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.
Oro supplex & acclinis,
Cor contritum quasi cinis,
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla,
Iudicandus homo reus:
Huic ergo parce Deus.

Pie Iesu Domine
Dona eis requiem. Amen.

Sequentia S. Euangelij secundũ Ioannẽ.

Cap 5.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorum: Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint viuent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso: & potestatem dedit ei iudiciũ facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocẽ Filij Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Offertor.

Domine Iesu Christe Rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorũ de pœnis inferni, & de profundo lacu. Libera eas de ore leonis; ne absorbeat eas tartarus; ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahę promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi Dñe laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarũ hodie memoriam facimus. Fac eas Dñe de morte transire ad vitam. Quam olim. Secreta.

HOstias quæsumus Domine, quas tibi pro animabus famulorum, famularumque tuarũ offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones & præmium. Per Dominum nostrum.

Cõm. Lux æterna luceat eis Dñe, Cum sanctis tuis in ęternũ, quia pius es. ℣. Requiẽ æternã dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Postcom.

ANimabus quæsumus Domine famulorum, famularumq; tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes. Qui viuis. Dicto Dominus vobiscum, dicitur Requiescant in pace. ℟. Amen.

FINITA MISSA FIAT processio cum quattuor Stationibus.

¶ In prima Statione cantetur ℟. Libera me Domine de morte æterna in die illa tremenda: Quando cæli mouendi sunt, & terra, dum veneris iudicare sæculum per ignem. Duo dicant ℣. Dies illa dies iræ, calamitatis, & miseriæ: dies magna, & amara valde. Quando. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

INclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur; vt animas famulorum tuorum Fratrum nostrorum, quas de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas: & sanctorum tuorum iubeas esse cõsortes. Per Christum Dominum.

¶ In secunda Statione, ℟. Memento mei, Deus, quia ventus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis. Duo dicant ℣. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Nec. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℣. Credo videre bona Domini. ℟. In terra viuẽtium. ℣. Dñe exaudi.

℣.

℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oro.

DEus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti; miserere clementer animabus parentum nostrorũ: eorumq; omnia peccata dimitte: nosq; illos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Christum Dominum nostrum.

¶ In tertia Statione, ℟. Ne recorderis peccata mea Domine, Dum veneris iudicare sæculum per ignem. Duo dicant ℣. Dirige Domine Deus meus in cõspectu tuo viam meã. Dũ. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℣. In memoria æterna erunt iusti. ℟. Ab auditione mala non timebunt. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus veniæ largitor, & humanæ salutis amator; quęsumus clementiã tuam; vt nostræ Congregationis Fratres, familiares, & benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cũ omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Christum Dominum nostrum.

¶ In quarta Statione, ℟. Requiem æternã dona eis Dñe: Et lux perpetua luceat eis. ℣. Qui Lazarum resuscitasti à monumento fœtidũ, tu eis Dñe dona requiem & locum indulgentiæ. Et lux. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℣. Ne tradas bestijs animas confitẽtes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorũ ne obliuiscaris in finẽ. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oro.

DEus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt; famulis & famulabus tuis omnibus hic, & vbique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt à cunctis reatibus absoluti tecum sine fine lætentur.

ABsolue quæsumus Domine animas famulorum, famularumq; tuarum ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria, inter Sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum. ℣. Requiem æternam dona eis Domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. Duo dicant ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. Redeuntes ad chorum, dicãt alternatim Psalm. De profundis: cum Requiem æternam. Sacerdos in medio chori, vel ante altare dicat ℣. A porta inferi. ℣. Credo videre bona Domini. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

FIdelium Deus omnium Cõditor, & Redemptor; animabus famulorum, famularumq; tuarum, remissionẽ cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amẽ.

PRO COMMEMORAT. sancti Leonardi Abbatis, Oratio. Die 6.

MAiestati tuæ quæsumus Domine sancti confessoris tui Leonardi nos pia iugiter commendet oratio: vt quem debito veneramur officio, ipsius suffragio subleuemur optato. Tertia de Spiritu sancto. 35.

Secreta.

MVneribus sacris, & precibus beati Leonardi nobis Domine succurre placatus: & præsta; vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Tertia de Spiritu sancto. Postcomm.

PVrificet semper, & muniat tui nos susceptio sacramenti: & intercessione

sione sancti confessoris tui Leonardi, perpetuis per eũ mereamur gaudijs cælestibus admisceri. Tertia de Spũ sancto.

Die 8. IN DIE OCTAVA

omnium Sanctorum,

Dicitur Missa vt in die: sed Introitus dicitur tantum bis: & fit commemoratio Sanctorum quatuor Coronatorũ. Oro.

PRæsta quæsumus omnipotẽs Deus; vt qui gloriosos Martyres fortes in sua cõfessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dñm. Secreta.

BEnedictio tua Domine larga descẽdat: quæ & munera nostra deprecantibus Sanctis martyribus tuis tibi reddat accepta, & nobis sacramentũ redemptionis efficiat. Per Do. Postcom.

CÆlestibus refecti sacramentis, & gaudijs, supplices te Domine deprecamur; vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per Dñm.

Die 9. IN DEDICATIONE

Basilicæ Saluatoris.

Dicitur Missa, Terribilis est locus iste. de communi dedicationis Ecclesiæ. 27. Sed Introitus bis tantum dicitur. Oratio

Deus, qui nobis per singulos annos,

Et fit commemoratio sancti Theodori martyris. Oratio.

DEus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circumdas, & protegis, præsta nobis ex eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

SVscipe Domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: & intercedente beato Theodoro martyre tuo, per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

PRæsta nobis quæsumus Domine, intercedente beato Theodoro martyre tuo; vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

---

IN FESTO S. MARTINI Die 11.

episcopi, & confessoris. Introitus.

STatuit ei Dominus Eccli. 45.
testamentum pacis,
& principem fecit eũ,
vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Psal.
Misericordias Domini Psal. 88.
in æternum cantabo.
℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus; concede propitius; vt intercessione beati Martini confessoris tui atq; pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per Dñm.

Pro commem. S. Mennæ mart. Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt qui beati Mennæ martyris tui natalitia colimus, eius intercessione in tui nominis amore roboremur. Per Dominũ nostrum. Epist. Ecce sacerdos magnus, de cõi vnius cont. pontificis. 11.

Grad. Iurauit Dominus, & non Psal. 109.
pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech.

℣. Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis. Alleluia, alleluia.

℣. Hic Martinus pauper, & modicus, cælum diues ingreditur: hymnis cælestibus honoratur. Alleluia.

Euang. Nemo lucernam accendit, de cõi vnius confess. non epi. 15. Offertor.

Veritas

Psal. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

DA misericors Deus; vt hæc nos salutaris oblatio & à proprijs reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum.

Pro sancto Menna, Secreta.

MVneribus nostris quæsumus Domine, precibusque susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum.

Matt. 24. Communio. Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem. Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

PRæsta quæsumus Domine Deus noster; vt quorum festiuitate votiua sunt sacramenta, ~~eorum nobis salutaria intercessione reddantur.~~ Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Pro sancto Menna, Postcommunio.

DA quæsumus Domine Deus noster; vt sicut tuorum commemoratione Sanctorum temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dominum nostrum Iesum.

## Die 12. IN FESTO S. MARTINI

Papæ, & martyris, Introitus.

Psal. 131. SAcerdotes tui Domine induan~~t~~ iustitiam: & sancti tui exultent. Propter Dauid seruum tuũ non auertas faciem Christi tui. Psalmus. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

EXaudi Domine preces nostras: & intercedente beato Martino martyre tuo, atque pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per Dominũ. Epistola. Benedictus Deus & Pater, de communi vnius episcopi, & mart. 5. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Alleluia. Euang. Videte, vigilate, de eodem communi. 5. Offertor. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Secreta.

(Eccli. 44. — Psal. 88. — Psal. 88.)

INtercessio quęsumus Domine beati Martini martyris tui atque pontificis hæc tibi commendet sacrificia: & tua nobis multiplicet beneficia. Per Dominũ. Communio. Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit vigilantem. Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcom. Matt. 24.

SVmpta Domine sacramenta, sempiterna dulcedine nos foueant: & beati Martini martyris tui, atque pontificis interuentu, dignos maiestati tuæ perficiant. Per Dominum.

## IN FESTO S. BRITII Die 13.

episcopi, & confessoris, Introitus.

SAcerdotes tui Domine induantur iustitiam: & sancti tui exultent. Propter Dauid seruum tuũ, non auertas faciem Christi tui. Psalmus. Memento Domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 131.

Da

✱ eorum intercessione salutaria nobis reddantur.

DA quæsumus omnipotens Deus; vt qui beati Britij confessoris tui atque pontificis natalitia colimus, eius intercessione in tui nominis amore roboremur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Epist. Ecce sacerdos magnus, de communi vnius episcopi, & confessoris. 11. Graduale.

Eccli. 44. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruauit legem Excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum. Allel. Euang. Homo quidã peregre, de eodem communi. 12.

Psal. 109.

Psal. 88. Offert. Inueni Dauid seruum meum: oleo sãcto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Secreta.

REspice Domine super hæc quæ tibi offerimus: & beati Britij confessoris tui, atque pontificis meritis, nos ab omnibus exue peccatis. Per Dominum.

Matt. 25. Communio. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Postcommunio.

REfectos participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster; fac eius effectu consequi salutarem, cuius cultum frequentamus. Per Dominum nostrum Iesum.

Die 20. ~~IN FESTO~~ SANCTI Pontiani Papæ, & martyris,

Missa, Statuit ei Dominus, de communi vnius martyris pontificis. 4.

Die 20. IN FESTO SANCTI Eadmundi martyris, Missa, In virtute tua, de communi vnius martyris, 3. cum Oratione sequenti.

DEus ineffabilis misericordiæ, qui beatissimum regem Eadmundum tribuisti pro tuo nomine inimicum moriendo superare; concede propitius huic familiæ; vt eo interueniente mereatur antiqui hostis incitamenta superãdo extinguere. Per Dominum nostrum Iesum. Secreta.

PRæsentia munera Domine quæsumus serena pietate intuere; vt sancti Spiritus perfundantur benedictione: quatenus illa validius in nostris cordibus dilectionem infundant, per quam sanctus Eadmundus martyr omnia tormẽta deuicit. Per Dominum. In vnitate eiusdem. Postcommunio.

SVmpsimus Domine pignus salutis æternæ, te supplieiter deprecantes; vt quæ sedula seruitute donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per Dominum nostrum.

---

Die 21. IN FESTO Præsentationis gloriosæ virginis Mariæ, Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Mariæ virginis: de cuius Præsentatione gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. Psal. Eructauit cor meum verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Gaudeamus. ℣. Glo. Pat. Gaudeamus. Gloria in excel. Oro.

Psal. 44.

BEatæ Mariæ semper virginis tribue nos Domine supplicatione tueri:

tueri: vt cuius venerabilem Præsentationem celebramus obsequijs, eius intercessionibus, & meritis commendemur. Per Dominum. Epistola Ego qua si vitis, vt in commemoratione solemni eiusdem. 369. Graduale. Benedicta, & venerabilis es virgo Maria, quę sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quē totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Allel. allel. ℣. Virga Iesse floruit: virgo Deum, & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Allel. Euang. Liber generationis, vt in Natiuitate beatæ virg. 399. Et dicitur Credo. Offertoriū. Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: qa ex te ortus est Sol iustitię Christus Deus noster. Secreta.

HÆc munera quæsumus Domine beatæ Mariæ semper virginis intercessione sanctifica: quam in templo tuo munus tibi gratissimum offerri parentum manibus contulisti. Per Dñm. Præfat. Et te in Præsent. 188. Commu. Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium. Postcom.

SAcramenta, quæ sumpsimus Domine beatæ Mariæ semper virginis intercessione nos saluent: quæ deuotione sui cordis purissimi acceptabile tibi sacrificium iugiter immolamus. Per Dñm.

---

## Die 22. IN FESTO S. CÆCILIÆ virginis, & martyris, Introitus.

Psal. 118.

LOquebar de testimonijs tuis in cōspectu regum: & non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. Psalmus. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos annua beatæ Cæciliæ virginis, & martyris tuæ solemnitate lætificas; da; vt quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exemplo. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Epistola. Confitebor tibi Domine rex, de communi vnius virginis, & mar. 21. Graduale. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex decorem tuum. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Alleluia, alleluia. ℣. Æmulor vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Alleluia. Euang. Simile erit regnum cælorum decem virginibus, de eodem communi. 22. Offertorium. Offerentur regi virgines post eam: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino. Secreta.

Psal. 44. 2. Cor. 11. Psal. 44.

HÆc hostia Domine placationis & laudis, quęsumus; vt interueniē te beata Cæcilia martyre tua nos propitiatione dignos semper efficiat. Per Dominum nostrum. Communio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis iustificationibus, vt non confundar. Postcomm.

Psal. 118.

SAtiasti Domine familiam tuam muneribus sacris; eius quæsumus interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

IN

Die 23. IN FESTO S. CLEMENTIS

Papæ, & martyris, Introitus.


Icit Dominus: Sermones mei, quos dedi in os tuum, non deficient de ore tuo: adest enim nomen tuum, & munera tua accepta erunt super altare meum.

Psal. 101. Psalm. Domine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te veniat. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos annua beati Clementis martyris tui, atque pontificis sollemnitate lætificas; concede propitius; vt cuius natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum. Epistola, Imitatores mei estote, vt in Dominica vigesima tertia post Trinitatem. 287. Graduale.

Psal. 109. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. ℣. Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.

Psal. 88. Alleluia, alleluia. ℣. Posui adiutorium super potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea. Alleluia. Euangelium. Vigilate, quia nescitis, de communi vnius confessoris pontificis. 13. Offertorium.

Psal. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MVnera tibi Domine oblata sanctifica: & intercedente beato Clemente martyre tuo, atq; pontifice, per hæc nos à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Communio.

Matt. 24. Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit vigilantem. Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

COrporis sacri & pretiosi sanguinis repleti libamine, quæsumus Domine Deus noster; vt quod pia deuotione gerimus, intercedente beato Clemente martyre tuo atque pontifice, certa redemptione capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

SANCTI CHRYSOGONI Die 24.

martyris, Missa, In virtute tua Domine, de communi vnius martyris. 3. præter Orationem quæ dicitur vt infra. Oratio.

Desto Domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

OBlatis quæsumus Domine placare muneribus: & intercedente beato Chrysogono martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

TVi Domine perceptione sacramenti, & à nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per Dominum nostrum.

IN FESTO S. CATHARINÆ Die 25.

virginis, & martyris, Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Catharinæ virginis: de cuius sollemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. Psal.

Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum:

dico

dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui dedisti legem Moysi in summitate montis Sinai, & in eodem loco per sanctos angelos tuos corpus beatæ Catharinæ virginis, & martyris tuæ mirabiliter collocasti; præsta quæsumus; vt eius meritis, & intercessione, ad montem, qui Christus est peruenire valeamus. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum.

Epist. Confitebor tibi Domine rex, de communi vnius virginis, & mart. 21.

Psal. 44. Graduale. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex decorem tuum. Alleluia, alleluia. ℣. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia. Euang. Simile erit regnum cęlorum decem virginibus, de eodem communi. 22.

Psal. 44. Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. Secreta.

SVscipe Domine munera, quæ in beatæ Catharinæ virginis, & martyris tuæ sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat. In vnitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amē.

Communio. Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum. Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Concupiuit anima mea testimonia tua Domine: & dilexit ea vehementer. Psal. 118. Postcōmunio.

AVxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beata Catharina virgine, & martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat. In vnitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amē.

SANCTI PETRI Die 26.

Alexandrini episcopi, & martyris.

Missa, Statuit ei Dominus, de communi vnius martyris pontificis. 4.

EGO SVM PANIS VIVVS QVI DE COELO DESCENDIT

# COMMVNE SANCTORVM.

## IN VIGILIA Apostolorum.

Fiunt genuflexiones. Introitus.

Psal. 51.

EGo autem, sicut oliua fructificaui in domo Domini, speraui in misericordia Dei mei: & expectabo nomen tuum, quoniã bonũ est in conspectu sanctorum tuorum. Psal. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

TVum pro nobis quæsumus omnipotens Deus, beatus N. Apostolus imploret auxiliũ: vt à nostris reatibus absoluti, à cunctis etiam periculis eruamur. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 44. BEnedictionem omniũ Gentiũ dedit illi Dñs, & testamẽtum confirmauit super caput eius. Agnouit eũ in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatẽ, & diuisit illi partẽ

Cap. 45. in tribubus duodecim. Magnificauit eũ in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illũ in cõspectu regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illũ, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eũ, & vocẽ ipsius, & induxit illũ in nubẽ. Et dedit illi corã præcepta, & legẽ vitæ, & disciplinę. Excelsum fecit illum. Statuit ei testamentum æternum: & circumcinxit eum zona gloriæ, & induit eum stolam gloriæ. Graduale.

Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Psal. 91.
Libani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem. Graduale reiteretur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore. Di- Cap. 15.
xit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnẽ palmitem in me non ferentẽ fructum, tollet eum: & omnẽ, qui fert fructũ, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonẽ, quẽ locutus sum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructũ à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me mãseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eũ, & in ignẽ mittẽt, & ardet. Si mãseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.

Offertorium. Gloria, & honore coro- Psal. 8.
nasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Secreta.

SAcrandum tibi Domine munus offerimus, quo beati N. Apostoli tui sollem-

solennia preuenientes, purificationem quoq; nostris mentibus imploramus. Per Do.

Psal. 20. Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã, & magnũ decorem impones super eum Domine. Postcomm.

PErceptis Domine sacramentis, supplicitèr exoramus; vt intercedente beato N. Apostolo tuo, quæ pro illius venerãda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

IN NATALITIIS Apostolorum, & Euangelistarum, omnia vt suis locis in proprio Sanctorum.

---

IN COMMVNI VNIVS martyris extra tempus Paschale.

Introitus.

Psal. 63.

LÆtabitur iustus in Dño, & sperabit in eo, & laudabuntur oẽs recti corde. Ps. Exaudi Deus orationẽ meam cum deprecor: à timore inimici eripe animã meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

PRęsta quęsumus oṗs Deus; vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Iacobi Apostoli.

Cap. 1.

FRatres: Beatus vir, qui suffert tentationẽ: quoniã cũ probatus fuerit, accipiet coronã vitę, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cũ tentatur, dicat qm̃ à Deo tentatur: Deus enim intẽtator malorũ est: ipse autẽ neminem tentat. Vnusquisque vero tẽtatur à concupiscẽtia sua abstractus, & illectus. Deinde cõcupiscẽtia cũ conceperit, parit peccatum: peccatum vero cũ consummatum fuerit, generat mortẽ. Nolite itaq; errare fratres mei dilectissimi. Omne datũ optimũ, & omne donũ perfectũ desursum est, descendẽs à Patre luminũ, apud quẽ non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Volũtarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initiũ aliquod creaturę eius.

Graduale. Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso. ℣. Desiderium animæ eius tribuisti ei: & volũtate labiorum eius non fraudasti eum. Psal. 20.

Alleluia, alleluia. ℣. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Alleluia. Psal. 63.

Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dr̃ sequens Tract. Desideriũ animæ eius tribuisti ei: & volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ. ℣. Quoniã pręuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Psal. 20.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, Nisi granum frumenti cadens in terrã, mortuum fuerit; ipsum solum manet. Si autẽ mortuũ fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. Cap. 12.

Offertorium. Posuisti Domine in capite eius coronã de lapide pretioso. Vitam petijt à te: & tribuisti ei, alleluia. Secreta. Psal. 20.

Mune-

MVneribus nostris quęsumus Domine precibusq; susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clemẽter exaudi. Per Dominum nostrum.

Ioan. 12. Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Postcommunio.

DA nobis quæsumus Domine Deus noster; vt sicut tuorum cõmemoratione sanctorum temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dominum nostrum.

---

DE EODEM COMMVNI alia Missa, Introitus.

Psal. 20. IN virtute tua Domine lætabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer. Desideriũ animæ eius tribuisti ei. Psal. Quoniã præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt intercedente beato N. martyre tuo, & à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominũ.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccli. 14. BEatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sẽsu cogitabit circumspectionem Dei. Cap. 15. Cibabit illũ pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum: & firmabitur in illo, & non flectetur: & cõtinebit illũ, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos: & nomine æterno hæreditabit illum. Graduale.

Beatus vir, qui timet Dominum: in mãdatis eius volet nimis. Psal. 111. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. Allel. allel. ℣. Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso. Psal. 20. Alleluia. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tractus. Desiderium animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Psal. 20. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Cap. 16. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secũdum opera eius. Offertoriũ. In virtute tua lætabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer. Desiderium animæ eius tribuisti ei. Secreta.

HOstias tibi Domine beati N. martyris tui benignus assume: & ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum Iesum.

Matt. 16. Cõmunio. Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me. Postcommunio.

QVæsumus omnipotens Deus; vt qui cæleſtia alimenta percepimus intercedente beato N. martyre tuo, per hæc contra omnia aduerſa muniamur. Per Dominum noſtrum.

IN COMMVNI VNIVS martyris pontificis, Introitus.

Eccli. 45.

STatuit ei Dominus teſtamentum pacis, & principem fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. Pſal. Miſericordias Domini in æternum cantabo. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Pſal. 88.

Oratio.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati N. martyris tui, atque pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

Cap. 7.

FRatres: Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundum legem, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: Ieſus autem eo quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus: qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum ſacerdotes, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel, ſeipſum offerendo. Graduale. Inueni Dauid ſeruũ meum: oleo ſancto meo vnxi eũ. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meũ cõfortabit eum. Pſal. 88. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nõ nocebit ei. Allel. allel. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternũ ante Dñm. Allel. Oſee 14. Poſt Septuag. omiſſo Allel. & ℣. dicitur ſequẽs Tract. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Pſal. 20. ℣. Quoniã præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Sequentia S. Euangelij ſecũdum Lucã.

Cap. 14.

IN illo tempore, Dixit Ieſus ad turbas: Si quis venit ad me, & non odit patrẽ ſuum, & matrem, & vxorẽ, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuã, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucẽ ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarij ſũt, ſi habeat ad perficiẽdum, ne, poſteaquàm poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vidẽt, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit cõſummare? Aut quis rex iturus cõmittere bellũ aduerſus alium regem, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decẽ millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longe agente, legationẽ mittens rogat ea, q̃ pacis ſũt. Sic ergo omnis ex vobis, qui nõ renũciat omnibus, quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Offertoriũ. Veritas mea, & miſericordia mea cũ ipſo: & ĩ nomine Pſal. 88.

meo

meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HOſtias tibi Domine beati N. martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidium. Per Dominum noſtrum.

Pſal. 88. Communio. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in æternum manebit. Et ſedes eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis. Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris ſacri quæſumus Domine Deus noſter; vt cuius exequimur cultum, intercedente beato N. martyre tuo atque põtifice, ſentiamus effectum. Per Dominũ.

---

## DE EODEM COMMVNI alia Miſſa. Introitus.

Dan. 3. SAcerdotes Dei benedicite Dominum. Sancti, & humiles corde laudate Deum. Pſalm. Benedicite omnia opera Domini Dño, laudate & ſuperexaltate eũ in ſæcula. ℣. Gloria Patri. Gloria in exc. Oro.

DEus, qui nos beati N. martyris tui, atque pontificis annua ſollemnitate lætificas; concede propitius; vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

2 cap. 1. BEnedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationẽ, qua exhortamur & ipſi à Deo. Quoniam ſicut abundãt paſſiones Chriſti in nobis: ita & per Chriſtũ abundat conſolatio noſtra. Siue autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſiue conſolamur pro veſtra cõſolatione, ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione, & ſalute, quæ operatur tolerantiam earundem paſſionum, quas & nos patimur: vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſcientes quòd ſicut ſocij paſſionũ eſtis, ſic eritis & cõſolationis.

Graduale. Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabũt. Pſal. 131.

℣. Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Alleluia, allel.

℣. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Alleluia. Pſal. 111.

Poſt Septuag. omiſſo Alleluia, & ℣ dicitur ſequens Tractus. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Pſal. 20.

Sequentia S. Euangelij ſecundũ Marcũ.

Cap. 13. IN illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim quãdo tempus ſit. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo, (neſcitis enim quando dominus domus veniat: ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane,) ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate.

Psal. 89. Offertorium. Repleti sumus mane misericordia tua: & exultauimus, & delectati sumus, alleluia. Secreta.

MVnera Dñe oblata sanctifica: & intercedente beato N. martyre tuo, atque pontifice, nos per hæc à peccatorũ nostrorum maculis emunda. Per.

Psal. 20. Cõmunio. Posuisti Dñe super caput eius coronã de lapide pretioso. Postcomm.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus; vt quos tuis reficis sacramentis, intercedẽte beato N. martyre tuo atque pontifice, tibi etiã placitis moribus dignanter deseruire cõcedas. Per Dñm.

---

## IN COMMVNI Sanctorum tempore Paschali.

¶ De vno martyre epo, vel non episcopo: de vno confessore epo, vel non epo: aut de vno doctore, vel Abbate. Intr.

Psal. 63. PRotexisti me De⁹ à conuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantium iniquitatem, alleluia, alleluia. Psalmus. Exaudi Deus orationẽ meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro, si nõ adsit propria, sumitur de cõmuni extra tempus Paschale, prout festo cõgruit.

Lectio libri Sapientiæ.

Cap. 5. STabunt iusti in magna constãtia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerũt labores eorum. Videntes turbabũtur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinẽ improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finẽ illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorũ est. Allel. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua Dñe: etenim veritatem tuã in ecclesia sanctorum. Psal. 88. Alleluia, alleluia. ℣. Angelus Dñi descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Matt. 28. Allel. Post Ascens. Alleluia. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua Dñe: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Psal. 88. Allel. alleluia. ℣. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Allelu. Eph. 4.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 15. IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonẽ, quem locutus sum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet: & colligent eũ, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba

mea

*Hoc cōmune sanctorum temp. Pasch. deseruiat solum pro martiribus, non aūt pro alijs sanctis.*

mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. Offertor.
Psal. 88. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum, allel. allel. Secreta vel propria, vel de cōi extra tēpus Pasch. Com.
Psal. 63. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde, allel. allel. Postcommunio vel propria, vel de cōmuni extra tempus Pasch.

DE PLVRIBVS Martyribus episcopis, vel non epis: & de pluribus confessoribus epis, vel non episcopis, tempore Paschali, Introitus.

Psal. 144.

Sancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, alleluia. Psalm. Exaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio, si non adsit propria, sumitur de communi, extra tēpus Paschale, prout festo congruit.

Lectio libri Sapientiæ.

Cap. 5. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabūtur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se, pœnitentiā agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniā, & finē illorum sine honore: ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Alleluia. ℣. Gaudete iusti in Domino, rectos decet collaudatio. Alleluia, alleluia. ℣. Angelus Domini descendit de cęlo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia. Psal. 32. Matt. 28.

Post Ascens. Alleluia. ℣. Gaudete iusti in Domino: rectos decet collaudatio. Alleluia, alleluia. ℣. Ascendēs Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Alleluia. Psal. 32. Eph. 4.

Sequentia S. Euangelij secundū Ioannē.

In illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimū afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si pręcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei pręcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Offertorium. Cap. 15.

Lætamini ī Dño, & exultate iusti, & gloriamini oēs recti corde, allel. allel. Secr. vel propria, vel de cōi extra tēpus Pasch. Psal. 31.

Comm. Gaudete iusti in Dño, allel. rectos decet collaudatio, allel. Postcom. vel ppria, vel de cōmuni extra tēpus Pasch. Psal. 32.

# IN COMMVNI plurimorum martyrum extra tempus Paschale, Introitus.

Psal. 78.

INtret in conspectu tuo Domine gemitus compeditorum. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorũ. Vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Psalm. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodia. ℣. Gloria Patri. Gloria in exc. Oro.

DEus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum N. & N. sollemnitate lætificas; concede propitius; vt quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Cap. 11.

FRatres: Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos, alij autem distenti sunt non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus nõ erat mũdus: in solitudinibus errãtes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ. Graduale. Gloriosus Deus in sãctis suis: Exo. 15. mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Domine glorificata est in fortitudine: dextera manus tua confregit inimicum. Allel. allel. ℣. Iudicabunt Sap. 3 sancti nationes, & dominabuntur populis, & regnabit illorũ Rex ĩ perpetuũ. Al. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tract. Qui seminant in la- Psal. 125. crymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequẽtia S. Euangelij secundum Lucã.

Cap. 6.

IN illo tempore, Descendens Iesus de monte, stetit in loco cãpestri, & turba discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalẽ, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerãt vt audirent eũ, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui nũc esuritis: quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo. Offertorium. Lætamini in Domino & exultate iusti; Psal. 31. & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

O bla-

OBlatis quæsumus Domine placare muneribus: & intercedentibus sanctis tuis N. & N. à cunctis nos defende periculis. Per Dominum.

Luc. 6 Cōmunio. Multitudo languentium, & qui vexabantur à spiritibus immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Postcommunio.

HÆc nos cōmunio Dñe purget à crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis N. & N. cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dñm.

---

DE EODEM COMMVNI alia Missa, Introitus.

Psal. 33.
MVltæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. Psalmus. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorū N. & N. natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dñm.

Lectio libri Sapientiæ.

Cap. 3.
IVstorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormētum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata est afflictio exitus illorum: & quod à nobis est iter, exterminiū: illi autē sūt in pace. Et si corā hominibus tormēta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniā Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tamquā aurū in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiā accepit illos, & in tēpore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tamquā scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuū.

Graduale. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. ℣. Iuxta est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia. Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tractus. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, & flebant, mittētes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Psal. 33. Psal. 67. Psal. 125.

Sequentia S. Euangelij secundū Lucā.

Cap. 21. IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Cum audieritis prælia, & seditiones; nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentē, & regnum aduersus regnum. Et terręmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque de cælo, & signa magna erunt. Sed ante hęc omnia inijciēt vobis manus suas, & persequentur tradentes in synagogas, & custodias, trahentes ad reges, & præsides propter nomen meum: continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis; ego enim dabo vobis os, & sapientiam,

tiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Offertorium.

Psal. 67. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus. Secreta.

MVnera tibi Domine nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore sanctorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum. Communio.

Sap. 3 Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitię. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommunio.

PRæsta nobis quæsumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis N. & N. vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

---

## ALIA MISSA

pro martyribus Episcopis, Introitus.

Eccli. 44. SApientiam sanctorum narrēt populi, & laudē eorum nūciet ecclesia: nomina autem eorū viuent in sæculum sæculi. Psalm. Exultate iusti in Dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum, pariterq; pontificū N. & N. nos, quæsumus Dñe, festa tueantur: & eorum cōmendet oratio veneranda. Per Dñm.

Psal. 23.

Lectio libri Sapientiæ.

REddidit Deus iustis mercedem laborum suorū, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem: transtulit illos per Mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt Dñe nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter. Graduale. Cap. 10.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutoriū nostrum in nomine Domini, qui fecit cęlum & terram. Alleluia, alleluia. ℣. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia. Alleluia. Psal. 123. Psal. 67.

Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tractus. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Psal. 125.

Sequentia S. Euangelij secundum Lucā.

IN illo tempore, Descendens Iesus de monte, stetit in loco cāpestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant vt audirent eū, & sanarentur à lāguoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba, quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, Cap. 6.

bat,

bat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo.

Psal. 149. Offertorium. Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. Exaltationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

ADesto Dñe supplicationibus nostris, quas in sanctorum tuorũ cõmemoratione deferimus: vt qui nostræ iustitiæ fiduciã nõ habemus, eorũ qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per.

Sap. 3 Comm. Et si corã hominibus tormẽta passi sunt, Deus tentauit eos. Tamquam aurũ in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiã accepit illos. Postcom.

QVæsumus Domine salutaribus repleti mysterijs; vt quorum sollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum.

---

IN COMMVNI VNIVS confessoris Pontificis, extra tempus Paschale, Introitus.

Eccli. 45. STatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

Psal. 88. Psalmus. Misericordias Domini in æternum cantabo. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus; vt beati N. confessoris tui, atque pontificis venerãda sollemnitas, & deuotionẽ nobis augeat & salutem. Per Dñm.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccli. 50. ECce sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Qui curauit gentem suam, & liberauit eã à perditione. Qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis: & ingressum domus, & atrij amplificauit. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi Sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in trãsitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. Quasi ignis effulgẽs, & thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum, ornatũ omni lapide pretioso. Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinẽ se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eũ in consummationẽ virtutis. In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiẽdo autẽ partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta arã. Et circa illũ corona fratrũ: porrexit manũ suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ. Effudit in fundamento altaris odorem diuinũ excelso principi. Et iterauit orationẽ suam, volẽs ostendere virtutem Dei. Et nunc orauit Deum omniũ, qui magna fecit in omni terra, & fecit nobiscũ secundum suã misericordiam, det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos. Graduale.

Ecce

In cõmun. unius confess. tam pontif. quã non pont.; Doctorq., Abbatis, et plurium confess. adaptentur ℣. Alleluia pro temp. pasch.

Eccli. 44. Ecce sacerdos magnus, q in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. Allel. alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Alleluia.

Psal. 88.

Post Septuag. omisso Alleluia. & ℣. dicitur sequens Tractus, Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

Psal. 111.

℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Sequentia S. Euãgelij secundũ Matthęũ.

Cap. 25.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Homo quidã peregre proficiscẽs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuiq; secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abijt autẽ qui quinq; talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscõdit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus seruorũ illorũ, & posuit rationẽ cũ eis. Et accedens qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talenta, dicens: Dñe, quinq; talẽta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituã, intra in gaudiũ domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talẽta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudiũ domini tui.

Offertorium. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meum confortabit eum. Psal. 88.

Secreta.

MVnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato N. confessore tuo atq; Põtifice, per eadẽ nos placatus intende. Per Dñm.

Comm.

Dñe, quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudiũ domini tui. Matt. 25.

Postcommunio.

PRęsta quęsumus omnipotẽs Deus; vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato N. confessore tuo atque Pontifice beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

---

## DE EODEM COMMVNI

alia Missa. Introitus.

SAcerdotes tui Domine induantur iustitiam: & sancti tui exultent. Propter Dauid seruum tuũ, non auertas faciem Christi tui. Psalm. Memento Dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Psal. 131.

Oratio.

EXaudi quæsumus Domine preces nostras, quas in beati N. confessoris tui atque pontificis sollemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Cap. 5. Ratres: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quẽadmodũ pro populo, ita etiã & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquã sumit sibi honorem, sed q vocatᷓ à Deo, tanquã Aaron. Grad.

Psal. 88. Inueni Dauid seruũ meum: oleo sancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Al-

Psal. 109. lel. allel. ℣. Iurauit Dñs, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum. Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣.

Psal. 111. dicitur sequens Tractus. Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 24.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autẽ scitote, quoniã si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati: quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est. Quis putas, est fidelis seruus, & prudens, quẽ constituit dominus suus super familiam suam vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum venerit dñs eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Psal. 88. Secreta.

PRopitiare quæsumus Domine supplicationibus nostris: & interueniente pro nobis sancto N. confessore tuo atque pontifice, sacramentis cælestibus seruientes ab omni culpa liberos esse concede: vt purificãte nos gratia tua, his quibus famulamur mysterijs emundemur. Per Dominum nostrum Iesum.

Comm. Beatus ille seruus, quem cum Matt. 24. venerit dominus eius, inuenerit vigilantem. amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

VT nobis Domine, tua sacrificia dent salutem, beatus N. confessor tuus atq; pontifex, quæsumus, precator accedat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

---

## IN COMMVNI Doctorum, extra tempus Pasch. Intr.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & adimpleuit illum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ induit eum. Eccli. 15. Psalmus. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. Psal. 91. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

D eus,

DEus, qui populo tuo æternæ salutis beatum N. ministrũ tribuisti: præsta quæsumus; vt quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dñm.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

2. Cap. 4. CHarissime: Testificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & regnũ eius: prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tẽpus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros, pruriẽtes auribus, & à veritate qdẽ auditũ auertent, ad fabulas autẽ conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euãgelistę, ministeriũ tuũ imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, & tẽpus resolutionis meę instat. Bonum certamẽ certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quàm reddet mihi Dñs in illa die iustus iudex: non solũ autẽ mihi, sed & ijs, qui diligũt aduentũ eius.

Psal. 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationẽ: quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Iaco. 1. Post Septuag. omisso Alleluia. & ℣. dicitur sequens Tractus,

Psal. 111. Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius volet nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dicebat Iesus discipulos suos dicens: Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Nõ potest ciuitas abscondi supra montẽ posita, neq; accendũt lucernam, & ponunt eã sub modio, sed super cãdelabrũ, vt luceat omnibus, qui in domo sũt. Sic luceat lux vestra corã hominibus: vt videãt opera vestra bona, & glorificẽt patrẽ vestrũ, qui in cęlis est. Nolite putare quoniã veni soluere legem, aut prophetas: nõ veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege: donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minim⁹ vocabiť in regno cęlorũ: q autẽ fecerit & docuerit, hic magnus vocabiť in regno cælorũ. Offer. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabiť. Secreta. Psal. 91.

SAncti tui N. nobis Domine pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominũ. Comm. Fidelis seruus, & prudẽs, quẽ constituit dominus super familiã suã, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcom. Matt. 24. & Lu. 12.

VT nobis Domine tua sacrificia dent salutem, beatus N. cõfessor tuus, & doctor egregius precator accedat. Per Dominum nostrum.

IN

IN COMMVNI VNIVS confeff. non pontif. extra tempus Pafchale. Introitus.

Pfal. 36. S iufti meditabitur fapiẽtiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipfius. Pfalmus. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri. G loria in excelfis. Oratio.

A Defto Domine fupplicationibus noftris, quas in beati N. confefforis tui follemnitate deferimus: vt qui noftræ iuftitiæ fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per Dominum noftrum.

L ectio libri Sapientiæ.

Eccl. 31. Eatus vir, qui inuentus eft fine macula: & qui poft aurum nõ abijt, nec fperauit in pecunia, & thefauris. Quis eft hic, & laudabimus eũ? fecit enim mirabilia in vita fua. Qui probatus eft in illo, & perfectus eft, erit illi gloria æterna: qui potuit tranfgredi, & non eft tranfgreffus: facere mala, & non fecit: ideo ftabilita funt bona illius in Domino, & eleemofynas illius enarrabit omnis Ecclefia fanctorum.

Pfal. 91. Graduale. I uftus, vt palma florebit: ficut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane mifericordiam tuam: & veritatẽ tuam per noctem. A lleluia, alleluia.

Ofee 14. ℣. Iuftus germinabit ficut lilium, & florebit in æternum ante Dominũ. Allel.

Poft Septuag. omiffo Allel. & ℣. dicitur

Pfal. 20. fequens Tractus. D efiderium animæ eius tribuifti ei: & voluntate labiorum eius non fraudafti eum. ℣. Quoniam præuenifti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Pofuifti in capite eius coronam de lapide pretiofo.

S equentia fancti Euangelij fecundum Lucam.

I N illo tẽpore, Dixit Iefus turbis: N emo lucernam accendit, & in abfcondito ponit, neque fub modio: fed fupra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, eft oculus tuus. Si oculus tuus fuerit fimplex, totum corpus tuum lucidum erit: fi autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrofum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te eft, tenebræ fint. Si ergo corpus tuum totũ lucidum fuerit, nõ habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & ficut lucerna fulgoris illuminabit te. Cap. 11.

Offertorium. G loria, & honore coronafti eum: & conftituifti eum fuper opera manuum tuarum Domine. Pfal. 8. Secreta.

P Ræfta nobis quæfumus omnipotens Deus; vt noftræ humilitatis oblatio & pro tuorum tibi grata fit honore Sanctorum, & nos corpore pariter, & mente purificet. Per Dominum noftrum. Communio.

P ofuifti Domine fuper caput eius coronam de lapide pretiofo. Poftcomm. Pfal. 20.

Q Væfumus omnipotens Deus; vt qui cæleftia alimenta percepimus, intercedente beato N. confeffore tuo, per hæc contra omnia aduerfa muniamur. Per Dominum noftrum Iefum Chriftum filium tuum.

DE

DE EODEM COMMVNI
alia Missa. Introitus.

Psal. 91. Vstus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. Plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Psal. Bonum est confiteri Dño, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos beati N. confessoris tui annua sollemnitate lætificas; concede propitius; vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiæ.

Cap. 10. Vstum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi sciẽtiã sanctorum: honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniã omniũ potentior est sapientia. Hæc venditũ iustũ nõ dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditq; cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrũ regni, & potentiã aduersus eos, qui eum deprimebant: & mẽdaces ostendit, qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam.

Psal. 20. Graduale. Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitam petijt à te: & tribuisti ei longitudinem dierũ in sæculũ sæculi. Allel. allel. ℣. Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso. Allel. Psal. 20.

Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tract. Desiderium animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Psal. 20.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domũ suam, & dedit seruis suis potestatẽ cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo, (nescitis enim quãdo dominus domus veniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane,) ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate. Cap. 13.

Offertorium. Iustus, vt palma florebit, sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur. Secreta. Psal. 91.

LAudis tibi Dñe hostias immolamus in tuorũ cõmemoratione sanctorũ: quibus nos & præsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dñm.

Communio. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Postcommunio. Psal. 63.

REfecti cibo, potuq; cælesti, Deus noster, te supplices exoramus; vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus, eius muniamur & pcibus. Per Do.

ALIA

ALIA MISSA PRO Abbatibus. Introitus.

Psal. 36.

O Si iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius. Psalm. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris faciẽtes iniquitatem. ℣ Gloria Patri. Gloria in excelsis.

Oratio.

INtercessio nos, quæsumus Domine, beati N. Abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Dominũ.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 45. DIlectus Deo, & hominibus: cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorũ, & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illũ, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplinæ.

Psal. 20. Graduale. Dñe præuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso. ℣. Vitã petijt à te, & tribuisti ei longitudinẽ die-
Psal. 91. rũ in sæculũ sęculi. Allel. allel. ℣. Iust⁹, vt palma florebit, sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur in domo Dñi. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dr̃ sequens Tract. Desideriũ animæ eius tri-
Psal. 20. buisti ei: & volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ. ℣. Quoniã præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Petrus Iesu: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amẽ dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim trib⁹ Israel. Et oĩs, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Cap. 19.

Offertorium.

Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Psal. 20.

Secreta.

SAcris altaribus Dñe hostias superpositas sanctus N. Abbas, quęsumus in salutẽ nobis prouenire deposcat. Per Do.

Communio. Amen dico vobis, quòd vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Matt. 19.

Postcommunio.

PRotegat nos Domine cũ tui perceptione sacramenti beatus N. Abbas pro nobis intercedendo: vt & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per Dominum.

## IN COMMVNI plurimorum confessorum, extra tempus Pasch. Introitus.

Psal. 36. Alus iustorũ à Domino: & protector eorum est in tempore tribulationis. Psal. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatẽ. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

SAnctorum confessorum tuorum N. & N. nos Domine, quæsumus, foueat gloriosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Cap 5. Vsti autem in perpetuum viuent, & apud Dñm est merces eorũ, & cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipient regnũ decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorũ. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. sumet scutũ inexpugnabile æquitatem. Graduale.

Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia.

Sap. 3. ℣. Fulgebunt iusti, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent. Alleluia.

Post Septuag. omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequens Tract. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Psal. 125.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 12. IN illo tempore, Dixit Iesus ad discipulos suos: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardẽtes in manib' vestris, & vos similes hominibus expectãtibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs: vt, cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. Offertorium.

Psal. 149. Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. Exaltationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

SVscipe Domine preces & munera: quę vt tuo sint digna conspectu, sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per Dominum. Communio.

Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommun.

COrporis sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine, quæsumus Domine Deus noster; vt quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per Dominum nostrum.

ALIA

# ALIA MISSA PRO
confessoribus Episcopis. Introitus.

Eccli. 44. Apientiam sanctorum narrent populi, & laudem eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in sæculum
Psal. 32. sæculi. Psalm Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui nos sanctorum tuorum confessorum, pariterque Pontificum N. & N. confessionibus gloriosis circumdas, & protegis, da nobis & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1. Cor. 4. Pectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autē prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operātes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutionē patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omniū peripsēma vsq; adhuc. Non vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Graduale.
Psal. 131. Sacerdotes eius induā salutari: & sancti eius exultatione exultabūt. ℣. Illuc producā cornu Dauid, paraui lucernā Chri-
Eccli. 45. sto meo. Allel. allel. ℣. Elegit eos Dñs sibi in sacerdotes in populo suo. Allelu. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tract. Qui seminant in lacry- Psal. 125.
mis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia S. Euangelij secundū Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus ad discipulos suos: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardētes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs: vt, cū venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & trāsiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniā si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suā. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hoīs veniet. (Cap. 12.)
Offert. Gloriabūtur in te omnes, qui dili- Psal. 5.
gunt nomen tuum: quoniam tu Dñe benedices iusto: Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Secreta.

HOstias tibi Dñe sanctorum tuorum confessorum, pariterq; Pontificum N. & N. dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidiū. Per Do. Cōm.
Amen dico vobis, quòd vni ex minimis Matt. 25.
meis fecistis, mihi fecistis. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis

regnum à constitutione mundi. Postcõ.
QVæsumus Domine, muneribus sacris & salutaribus repleti mysterijs; vt quorum solemnia celebramus, eorũ orationibus adiuuemur. Per Dñm.

---

# IN COMMVNI virginum.

Pro virgine, & marty. Introitus.

Psal. 118.

LOquebar de testimonijs tuis in conspectu regũ: & non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. Tẽp. Pasch. additur alleluia. Psalm. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

DEus, qui inter cetera potentię tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti; concede propitius; vt qui beatæ N. virginis & martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dñm.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccli. 51.

DOmine Deus meus, exaltasti super terram habitationẽ meã, & pro morte defluente deprecata sum. Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicã tibi, & benedicam nomini Domini. Graduale.

Psal. 44. Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere ꝓcede, & regna. ℣. Propter veritatẽ & mãsuetudinẽ, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Allelu. allel. ℣. Adducentur regi virgines post eã: proximæ eius afferẽtur tibi in lætitia. Psal. 44. Allel. Post Septuag. omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequens Tract. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. Psal. 125. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autẽ veniẽt cum exultatione, portãtes manipulos suos. Temp. Paschali, omissis Grad. & Tractu, dicitur Allel. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Psal. 44. Allel. allel. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedẽs reuoluit lapidẽ, & sedebat super eũ. Matt. 28. Allel. Post Ascẽsionem, Allel. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Psal. 44. Allel. allel. ℣. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Ephe. 4. Allel.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 13.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illũ. Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quam,

quam, cũ impleta esset, educentes, & secus littus sedẽtes, elegerunt bonos in vasa, malos autẽ foras miserunt. Sic erit in consũmatione sæculi: exibunt angeli, & separabũt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrisfamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

Psal. 44. Offertoriũ. Filiæ regum in honore tuo. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.

Tempore Pasch. additur allel. Secreta.

SVscipe Dñe munera, quæ in beatæ N. martyris tuæ sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum. Communio.

Psal. 118. Feci iudicium, & iustitiam Domine: non calumnientur me superbi. Ad omnia mãdata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui.

Tẽpore Pasch. additur allel. Postcom.

AVxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beata N. virgine et martyre tua, sempiternã ~~protectione confirment~~. Per Dominum.

---

ITEM PRO VIRGINE, & martyre alia missa. Introitus.

Psal. 44. VVltum tuum deprecabuntur, omnes diuites plebis. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius adducentur tibi in lætitia & exultatione. Temp. Pasch. additur allel. Psal. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro. Miss. Carm.

INdulgentiã nobis quæsumus Domine beata N. virgo, & martyr imploret: quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccli. 51. COnfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. Cõfitebor nomini tuo: quoniã adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad escam, de manibus quęrẽtium animam meam, & de portis tribulationum quę circumdederũt me: à pressura flammę, quę circumdedit me, & in medio ignis non sum ęstuata: de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta: laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum, & vita mea appropinquãs erat in inferno deorsum. Circumdederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret. Respiciẽs eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memorata sum misericordiæ tuæ Dñe, & operationis tuæ, quæ à sæculo sunt. Quoniã eruis sustinentes te Dñe, & liberas eos de manibus gentiũ. Graduale.

Psal. 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Alleluia, alleluia. ℣. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: quia concupiuit Rex speciem tuam. Alleluia. Post Septuag. omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequens Tractus,



† faciant protectione gaudere.

Psal. 125. Qui seminăt in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittẽtes semina sua. ℣. Venientes autem venient cũ exultatione, portãtes manipulos suos.
Tempore Paschali omissis Grad. & Tractu dicitur Alleluia. ℣. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia. (Matt. 28.)
Post Ascens. Alleluia. ℣. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus. Alleluia. (Eph. 4.)

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 25.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Simile erit regnũ cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

Offertorium. Offerentur regi virgines post eam: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino. (Psal. 44.)
Tẽpore Paschali additur allel.

Secreta.

HOstias tibi Domine beatæ N. virginis, & martyris tuæ dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum.

Communio.

Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis iustificationibus, vt non confundar. (Psal. 44.)
Tempore Paschali additur alleluia.

Postcommunio.

DIuini muneris largitate satiati, quæsumus Domine Deus noster; vt intercedente beata N. virgine & martyre tua, in eius semper participatione viuamus. Per Dominum nostrum.

---

PRO VIRGINE NON marty. Introitus.

DIlexisti iustitiam; & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. (Psal. 118.)
Tempore Paschali additur alleluia.

Psalm.

Pſalm. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis. Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ N. virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

2. Co. 10. FRatres: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commẽdat, ille probatus eſt: ſed quẽ Deus cõmendat. Cap. 11. Vtinam ſuſtineretis modicũ quid inſipiẽtiæ meę, ſed & ſupportate me. Æmulor em̃ vos Dei æmulatione. Deſpõdi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.

Pſal. 44. Graduale. Propter veritatẽ, & manſuetudinẽ, & iuſtitiam: deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex decorem tuum. Alleluia, alleluia.

2. Co. 11. ℣. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Alleluia.

Poſt Septuag. omiſſo Allel. & ℣. dr̃ ſequens Tract. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronã, quàm tibi Dominus præparauit in æternum. Pro cuius amore ſanguinẽ ſuum fudiſti. Pſal. 44. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. ℣. Specie tua & pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna.

Tempore Paſchali omiſſis Grad. & Tra- 2. Co. 11. ctu, dicitur Alleluia. ℣. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.

Matt. 28. Alleluia, alleluia. ℣. Angelus Domini deſcendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Alleluia.

Poſt Aſcenſ. Alleluia. ℣. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. 2. Cor. 11.

Alleluia, alleluia. ℣. Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Alleluia. Eph. 4.

Sequentia S. Euangelij ſecundũ Matth.

IN illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuẽnit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrũ illũ. Iterum ſimile eſt regnum cęlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuẽta autẽ vna pretioſa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum ſimile eſt regnũ cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſciũ congregãti, quam, cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Sic erit in cõſummatione ſæculi: exibunt angeli, & ſeparabũt malos de medio iuſtorũ, & mittent eos in caminũ ignis: ibi erit fletus, & ſtridor dentiũ. Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei: Etiã. Ait illis: Ideo omnis ſcriba doctus in regno cælorũ, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Cap. 13.

Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in ſæculum ſæculi. Pſal. 44.

Temp. Paſch. additur alleluia. Secreta.

ACcepta tibi ſit Dñe ſacratæ plebis oblatio pro tuarum honore ſãcta-

rum: quarum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dñm.

Matt. 13. Cõm. Simile est regnũ cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam.

Tẽpore Pasch. additur alleluia. Postcõ.

Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris; eius quæsumus semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per Dominum.

---

IN COMMVNI VNIVS Matronæ, Introitus.

Psal. 44. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ prę consortibus tuis. Tempore Paschali additur alleluia. Psalm. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis.

Pro vna Matrona non marty. Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus; vt nobis beatæ N. veneranda festiuitas, salutis præstet incrementum: cuius admiranda vita salutare præbet exemplum. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro Matrona, & mart. Oratio.

Deus, qui inter cetera potentiæ tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti; cõcede propitius; vt qui beatæ N. martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro Matrona non marty. Epistola.

Lectio libri Sapientiæ.

Prou. 31. Mulierẽ fortẽ quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. Cõfidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Reddet ei bonum, & non malũ, omnibus diebus vitę suæ. Quæsiuit lanã & linũ, & operata est consilio manuum suarũ. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suũ. Et de nocte surrexit, deditq; prędam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Cõsiderauit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Gustauit, & vidit quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Manũ suã misit ad fortia, & digiti eius apprehẽderunt fusum. Manum suã aperuit inopi, & palmas suas extẽdit ad pauperem. Nõ timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus, & purpura indumẽtum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cũ senatoribus terræ. Sindonem fecit, & vẽdidit, & cingulum tradidit Chananæo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Surrexerũt filij eius, & beatissimã prædicauerũt: vir eius, & laudauit eam. Multæ filię cõgregauerũt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

¶ Si fuerit mart. Epist. Confitebor tibi Domi-

Domine rex. vt supra. 21. Graduale.
Psal. 45. Adiuuabit eam Deus vultu suo: Deus, in medio eius, non cõmouebitur. ℣. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Alleluia, alleluia. ℣. Diffusa est
Psal. 44. gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. Alleluia.

Post Septuag. omisso Allel. & ℣. (Si non fuerit martyr) dicitur sequens Tractus.

Psal. 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã: quia concupiuit rex decorem tuũ. ℣. Vultũ tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis: filiæ regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eã: proximæ eius afferentur tibi. ℣. Offerẽtur in lętitia, & exultatione: adducẽtur in tẽplũ regis. Si fuerit martyr, dicitur Tract. Qui seminant in lacrymis, vt sup. 21. Temp.
Psal. 44. Paschali, Allelu. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus
Matt. 28. in æternum. Alleluia, allel. ℣. Angelus Dñi descendit de cælo: & accedẽs reuoluit lapidẽ, & sedebat super eum. Allelu.
Psal. 44. Post Ascens. Allel. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus
Eph. 4. in æternum. Alleluia. allel. ℣. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 12.

IN illo tempore, Loquente Iesu ad turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidã: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est.

Offertoriũ. Filiæ regum in honore tuo. Psal. 44.
Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Tempore Paschali additur alleluia.

Pro Matrona non marty. Secreta.

MVnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beata N. ab omni nos culparum labe purifica. Per Dominum nostrum Iesum.

Pro Matrona, & mart. Secreta.

SVscipe Domine munera, quæ in beatæ N. martyris tuæ sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum nostrum.

Pro Matrona, non mart. Communio.

Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem: Psal. 44.
propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Temp. Paschali additur alleluia. Postcommunio.

REfecti cibo potuq; cælesti, Deus noster te supplices exoramus; vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum nostrum Iesum.

Pro Matrona, & mart. Communio.

Principes persecuti sunt me gratis: & à Psal. 118.
verbis tuis formidauit cor meum. Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Temp. Paschali additur alleluia. Postcommunio.

AVxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beata N. martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum.

IN

IN COMMVNI plurimarum virginum, Introitus.

Psal. 44.
VVltum tuũ deprecabũtur, omnes diuites plebis. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia & exultatione. Temp. Pasch. additur alleluia. Psalm. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis.

Pro Virginibus non martyri, Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nos idoneos nõ esse perpendis ad maiestatem tuam sicut dignum est exorandam; fac sanctas virgines pro nostris interuenire peccatis: quarũ meritis nobis indulgentiam largiaris. Per Dominũ.

Pro Virginibus, & marty. Oratio.

DA nobis quæsumus Domine sanctarum virginum & martyrum tuarũ N. & N. palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per Dominũ.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1. Cap. 7. FRatres: De virginibus præceptum Dñi non habeo: consiliũ autẽ do, tamquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniã bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Si autẽ acceperis vxorem: nõ peccasti. Et si nupserit virgo, nõ peccauit: tribulationẽ tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autẽ vobis parco. Hoc itaq; dico, fratres: Tẽpus breue est: reliquum est, vt & qui habẽt vxores tamquã non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudẽtes: & qui emunt, tamquã non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tamquã nõ vtãtur: prçterit enim figura huius mundi. Volo autẽ vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quç Dñi sunt, quomodo placeat Deo. Qui autẽ cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Dñi sunt, vt sit sancta & corpore, & spiritu.

Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis, Exo. 15. mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Domine glorificata est in fortitudine: dextera manus tuæ confregit inimicũ. Alleluia, allel. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximæ Psal. 44. eius afferentur tibi in lætitia. Alleluia.

Post Septuag. omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequens. Tractus. Qui seminant in Psal. 125. lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Temp. Pasch. Allel. ℣. Offerẽtur regi virgines post eam: proximç eius offerẽtur tibi in lætitia. Allel. allel. ℣. Angelus Dñi Psal. 44. Matt. 28. descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia.

Post Ascens. Allel. ℣. Adducentur regi Psal. 44. virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Allel. all. ℣. Ascendẽs Eph. 4. Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Allelu.

Sequen-

Sequentia S. Euangelij secundũ Matth.

Cap. 25. IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Simile erit regnum cælorum decem virginibus; quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudẽtes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerũt omnes & dormierunt. Media autem nocte, clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendẽtes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratę erãt, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime vero veniunt & reliquæ virgines, dicẽtes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neq; horam.

Psal. 44. Offertorium. Offerentur regi virgines post eam: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino.

Tempore Paschali additur alleluia.

Pro Virginibus non mart. Secreta.

INtende Domine munera, quæsumus, altaribus tuis pro sanctarũ tuarum commemoratione proposita: vt sicut per hoc mysterium illis gloriam contulisti, sic nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum nostrum.

Pro Virginibus, & mart. Secreta.

INtende quæsumus Dñe munera altaribus tuis pro sanctarum martyrũ, & virginum tuarum N. & N. festiuitate proposita: vt sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiã largiaris. Per Dñm. Comm.

Quinque prudentes virgines acceperũt oleũ in vasis suis cũ lampadibus. Media autẽ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Dño. Matt. 25.

Tempore Paschali additur alleluia.

Pro Virginibus non mart. Postcomm.

PRæsta nobis quæsumus Domine, intercedentibus sanctis virginibus tuis N. & N. vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Pro Virginibus, & mart. Postcomm.

PRæsta nobis quæsumus Dñe, intercedentibus sanctis martyribus, atq; virginibus tuis; vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dñm.

---

## IN COMMVNI

Dedicationis Ecclesiæ, Introitus.

TErribilis est locus iste. Hic domus Dei est, & porta cæli, & vocabitur aula Dei. Temp. Pasch. additur allel. Psal. Quã dilecta tabernacula tua Dñe virtutũ: concupiscit, & deficit anima mea in atria Dñi. Terribilis. ℣. Gloria Patri. Terribilis. Gen. 28. Psal. 83.

Gloria in excelsis. In primo anno, Oro.

DEus, qui inuisibiliter omnia contines, & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentiæ visibiliter ostendis; templum hoc potentia tuæ inhabita-

habitationis illustra: vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacumque tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuæ beneficia consequantur. Per.

In secundo anno, & deinceps, Oratio.

DEus, qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs repræsẽtas incolumes; exaudi preces populi tui, & præsta; vt quisquis hoc templũ beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dñm.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Cap. 21. IN diebus illis, Vidi sanctã ciuitatem Ierusalem nouam descẽdentem de cælo à Deo, paratã, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnã de throno dicentem: Ecce tabernaculũ Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cũ eis erit eorũ Deus: & absterget Deus omnẽ lacrymam ab oculis eorũ: & mors vltra nõ erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierũt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.

Graduale. Locus iste à Deo factus est, inæstimabile sacramentũ, irrepræhensibilis est. ℣. Deus, cui astat angelorum chorus, exaudi preces seruorum tuorum.

Psal. 137. Allel. allel. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuũ, & cõfitebor nomini tuo. Alle.

Post Septuag. omisso Alleluia, & ℣. dicitur sequẽs Tractus,

Matt. 21. & Luc. 11. Domus mea domus orationis vocabitur, dicit Dominus.

℣. In ea omnis qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

℣. Hæc est domus Dñi firmiter ædificata, bene fundata est supra firmã petram.

Tempore Paschali. Alleluia. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum, & cõfitebor nomini tuo. Alleluia, alleluia. Psal. 137.

℣. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Alleluia. Rom. 6.

Post Ascens. Allel. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Allel. allel. ℣. Ascendẽs Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Alleluia. Psal. 137. Eph. 4.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 19. IN illo tempore, Ingressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues: & quærebat videre Iesum, quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorũ, vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descẽde: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quòd & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere quod perie-

perierat. Credo. Offertorium.
1. Par. 29. Domine De⁹ in simplicitate cordis mei lętus obtuli vniuersa: & populum tuum, qui repertus est, vidi cũ ingenti gaudio, Deus Israel custodi hanc voluntatem. Tempore Paschali additur alleluia.

In primo anno. Secreta.

DEus, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde super hanc orationis domum benedictionem tuam: vt ab omnibus in ea inuocantibus nomen tuum, defensionis tuæ sentiatur auxilium. Per Dominum.

In secundo anno, & deinceps, Secreta.

ANnue quæsumus Domine precibus nostris: [vt quicumque intra templi huius, cuius anniuersarium dedicationis diem celebramus, ambitum continemur; plena tibi, atque perfecta corporis, & animæ deuotione placeamus:] vt dum hæc vota præsentia reddimus, ad æterna præmia te adiuuante peruenire mereamur. Per Dominum.

Matt. 21. & Luc. 21. Communio. Domus mea domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Tempore Paschali additur alleluia.

In primo anno, Postcommunio.

QVæsumus omnipotens Deus; vt in hoc loco, quem nomini tuo indigni dedicauimus, cunctis petentibus aures tuæ pietatis accommodes. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

In secundo anno, & deinceps, Postcom.

DEus, qui Ecclesiam tuam, sponsam vocare dignatus es; vt quæ haberet gratiam per fidei deuotionem, haberet etiam ex nomine pietatem; da, vt omnis hæc plebs nomini tuo seruiẽs, huius vocabuli consortio digna esse mereatur: & Ecclesia tua in templo, cuius anniuersarius dedicationis dies celebratur, tibi collecta, te timeat; te diligat; te sequatur: vt dũ iugiter ꝑ vestigia tua graditur, ad cælestia ꝓmissa te ducente peruenire mereatur. Qui viuis, & regnas.

INFRA OCT. DEDICAT. & in die oct. dicitur Missa, vt supra in communi Dedicationis: sed Introitus bis tantum dicitur: & infra octauam (non in die oct.) secunda oratio dicitur de sancta Maria: tertia Ecclesiæ.

¶ Dominica infra Oct. dicitur Missa de Dñica: secunda oratio de octaua: tertia, illa quæ in Missa de Dñica est secunda.

---

## IN DIE DEDICATIONIS ALTARIS.

Totum officium agitur vt supra in communi Dedicationis Ecclesiæ, præter orationes, loco quarum dñr sequentes. Orõ.

DEus, qui ex omni coaptatione Sãctorum, ęternum tibi condis habitaculum; da ædificationi tuæ incrementa cælestia: vt quorum hic reliquias pio amore complectimur, eorum semper meritis adiuuemur. Per Dominum nostrum. Secreta.

OMnipotens sempiterne Deus, altare hoc nomini tuo ædificatum, cælestis virtutis benedictione sanctifica; & omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostende: vt & hic sacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per Dominum. Postcommunio.

QVæsumus omnipotens Deus; vt in hoc loco nomini tuo dedicato, cunctis petentibus aures tuæ pietatis accommodes. Per Dominum.

SE-

SEQVENTES
Missæ votiuæ, licet pro sacerdotis deuotione quacumque die dici possint per hebdomadam, quando festum duplex non occurrit. (Quod tamen passim, nisi rationabili de causa fieri nō debet: sed quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat,) cuique tamen diei propria Missa potest assignari: vt, Feria secunda dicitur Missa pro Defunctis, vel Missa de sanctissima Trinitate. Feria tertia dicitur Missa de Titulo ecclesiæ, vel de sanctis Elia, & Eliseo. Sed si Titulus ecclesiæ fuerit sanctissimæ Trinitatis, Spiritus sancti, Corporis Christi, Saluatoris, sanctæ Crucis, beatæ Mariæ, Angelorum, sancti Elię, vel sancti Elisei; non dicitur Missa de Titulo ecclesię; sed de sanctis Elia, & Eliseo. Feria quarta dicitur Missa de Angelis, vel pro familiaribus. Feria quinta dicitur Missa de Spiritu sācto, vel de Corpore Christi. Feria sexta dicitur Missa de sancta Cruce, vel de Plagis. Sabbato de sancta Maria.
¶ In omnibus Missis votiuis nunquam dicitur Gloria in excelsis, nec Credo. nisi pro publica Ecclesiæ causa: ac nisi in ipsis Missis votiuis signetur.

MISSA VOTIVA
de sancta Trinitate. Introitus.

Tob. 12. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa Vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiā suam. ~~Tempore Paschali additur Alleluia.~~ Psal. 8. Psalmus. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in exc.~~ Orō.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriā agnoscere, & in potentia maiestatis adorare Vnitatem; quæsumus; vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres: O altitudo diuitiarum sapiētiæ, & scientiæ Dei: quàm incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius! Quis enim cognouit sensum Dn̄i? Aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Qm̄ ex ipso, & per ipsū, & in ipso sūt oīa: ipsi gloria in sęcula. Amē. Cap. 11.

Graduale. Benedictus es Dn̄e, qui intueris abyssos, & sedes super cherubim. Dan. 3.
℣. Benedicite Deum cæli cælorum, quia fecit nobiscū misericordiā suā. Allel. allel. ℣. Benedictus es Dn̄e Deus patrū nostrorum: & laudabilis in sęcula. Allel. Dan. 3. Tob. 11.
Post Septuag. omisso Alleluia, & ℣. repetitur Grad. vsque ad ℣. Temp. autem Paschali, omisso Graduale dicitur Alleluia. semel tantum, & ℣. Benedictus es. & post ℣. non repetitur Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore; Dixit Iesus discipulis suis: Cum venerit Paraclitus, quē ego mittam vobis à Patre, spiritū veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: & vos testimonium perhibebitis, quia Cap. 15.

[Handwritten margin notes:] ...pore pasch. in Introitus, offer... et postcomun. ...tur Alleluia, ubi habetur. ✱ ...dicta Missa pro re graui uel publica Ecclesiae causa celebretur. Post Septuag. dr Tractus, laudate Dominum omnes gentes ... de sabbato sancto ... et tempore Paschali duo versus Allel. dicuntur, quorū secundus erit magnus Dominus de Dominica 7.a post Trinitatem.

Cap. 16 quia ab initio mecũ estis. Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis faciẽt vos: sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se præstare Deo. & hæc faciẽt vobis, quia non nouerunt Patrem, neq; me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cũ venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Offertorium.

Benedictus sit Deus Pater, Vnigenitusque Dei Filius, sanctus quoque Spiritus, quia fecit nobiscum misericordiam suam. [redacted] Secreta.

SAnctifica quæsum⁹ Domine Deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, & per Vnigeniti tui virtutẽ, huius oblationis hostiam, & cooperante Spiritu sancto, per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per eumdem Dominum. In vnitate eiusdem.

Præfatio de sancta Trinitate, Qui cum Vnigenito. Communio.

Tob. 12. Benedicimus Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. ~~Tempore Paschali additur alleluia.~~

Postcommunio.

PRoficiat nobis ad salutem corporis, & animæ, Domine Deus noster, huius sacramẽti susceptio: & sempiternæ sanctæ Trinitatis, eiusdemque indiuiduæ Vnitatis confessio. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

## MISSA VOTIVA DE Titulo Ecclesiæ [redacted] ~~Gloria in excelsis, & fine Credo~~

*dicitur de proprio, uel de comuni illi conueniente: et si pro re graui, uel publica Ecclesiæ causa non celebratur, non dicitur Gloria in excelsis.*

## MISSA VOTIVA DE sanctis Elia, & Eliseo. Introitus.

CVm Elias, & Eliseus incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque: & ascendit Elias per turbinem in cælum: & requieuit Spiritus eius super Eliseum. [redacted]. Psal. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria Patri. [redacted] Oratio. 4. Reg. 2. Psal. 47.

DEus, qui beatum Eliam prophetam tuum ante communẽ mortem curru igneo aereum eleuasti ad cælum; quique beato prophetæ Elisæo, Spiritum duplum petenti, tribuisti; concede nobis amborum meritis & precibus, ita viuere; vt cum eis in resurrectione iustorum feliciter gaudere mereamur. Per Dominum nostrum.

Pro sanctis Ordinis, secunda oratio.

OMnipotens & clementissime Deus, qui montis Carmeli Ordinem gloriosissimæ Virginis Mariæ genitricis Filij tui Domini nostri Iesu Christi sacrato titulo insignitum, sanctorum Angeli, Cyrilli, Alberti, & aliorum plurimorum meritis decorasti; tribue nobis quęsumus; vt per eorum suffragia ab instantibus malis animæ & corporis liberati, ad te verum Carmeli verticem gaudentes peruenire valeamus.

*ista oratio accomodetur in libello PP. ...*

Tertia oratio, de quo fit officium.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis, Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis vt faciam tibi, antequã tollar à te. 4. Reg. 2.

Dixit-

Dixitque Eliseus: Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit: Rē difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, nō erit. Cumque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrūque: & ascēdit Elias per turbinem in cælū, Eliseus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auri[redacted]dit eum amplius: apprehēditq; vestimēta sua, & scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.

4. Reg. 2. Graduale. Cum leuare vellet Dominus Eliam per turbinem in cęlū, ibant Elias, & Eliseus. ℣. Dixit Elias ad Eliseum: Sede hic, quia Dn̄s misit me vsq; ad Iordanē. Qui ait: Viuit Dn̄s, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Allel. alleluia.

4. Reg. 2. ℣. Accesserunt filij prophetarū ad Eliseum, & dixerunt ei: Numquid nosti quia Dn̄s hodie tollet dominum tuū à te? Et ait: Et ego noui: silete. Allel.

Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tract.

4. Reg. 2. Ierunt Elias, & Eliseus pariter, & quinquaginta viri de filijs prophetarū secuti sunt eos. ℣. Qui stete runtècontra, longe: illi autem ambo stabant super Iordanem. ℣. Tulitq; Elias palliū suum, & inuoluit illud, & percussit aquas. ℣. Quæ diuisæ sunt in vtramque partē, & trāsierunt ambo per siccū.

Tempore Paschali, omisso Grad. dicitur, Allel.

4. Reg. 2. ℣. Accesserunt filij prophetarum ad Eliseum, & dixerūt ei: Numquid nosti quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te? Et ait: Et ego noui: silete. Allel. allel.

Matt. 28. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eū. Allel.

Post Ascensionem. Allel. ℣. Accesserunt filij prophetarū ad Eliseū, & dixerunt ei: Numquid nosti quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te? Et ait: Et ego noui: silete. Allel. allel. *ut supra*

Ephes. 4. ℣. Ascendens Christus in altū captiuam duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Allel.

Infra hebdomadam Pentecostes, si contigerit aliqua ex causa celebrari, Allel. ℣. Accesserunt filij prophetarum ad Eliseum, & dixerunt ei: Numquid nosti quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te? Et ait: Et ego noui: silete. Alleluia, alleluia. *ut supra* ℣. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 4. In illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorum: Vtique dicetis mihi hāc similitudinem: Medice cura teipsum: quāta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multæ viduæ erāt in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarephta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Offertorium.

4. Reg. 2. Eliseus pallio Eliæ, quod ceciderat ei, per-

Post Septuag. omisso Allel. et ℣. repetitur Grad. usque ad ℣.
Temp. autem Paschali omisso Grad. dicitur Alleluia semel tm, et ℣. Accesserunt filij et post ℣. non repetitur Allel. ) quod itidem ponatur ad finē Missæ de Spiritu Sancto
Si pro re graui, uel publica Ecclesiæ causa celebretur Post Septuag. etc.

percussit aquas, & diuisæ sunt huc, atque illuc, & transijt. Videntes eum filij prophetarũ, dixerunt: Requieuit spiritus Eliæ super Eliseum. Et adorauerunt eũ. [redacted] Secreta.

HOstias tibi Domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes; vt sicut beatum Eliseum beato Eliæ vita & opere copulasti; ita nos famulos tuos in resurrectione iustorum ipsis copulari digneris. Per Dominum.

Pro sanctis Ordinis, secunda. Secreta.

PEr temetipsum suscipere digneris benignitatis auctor, munera quæ in memoriam sanctorum Angeli, Cyrilli, Alberti, & aliorum oĩum tuæ Genitricis noĩe decoratorũ offerimus: & præsta; vt sicut tua gratia eos fecit gloriosos, sic eadem nos faciat tibi fideliter seruire, & ad gaudia æterna peruenire. Tertia, de eo de quo fit officiũ. Cõm. Elias in turbine

Eccli. 48. tectus est, & in Eliseo cõpletus est spiritus eius. [redacted] Poste.

DEus, qui beatos prophetas Eliam, & Eliseum montis Carmeli incolas altis mirificasti prodigijs, & illustrasti doctrinis; tribue nobis quæsumus; vt eorum exempla sequentes, ad te peruenire mereamur. Per Dominum.

Pro sanctis Ordinis, Postcommunio.

REfecti corpore, & sanguine tuo quæsumus omnipotens Deus; sicut Ordinem montis Carmeli tuæ Genitricis titulo decoratum, meritis sanctorum Angeli, Cyrilli, Alberti, & aliorum plurimorum illustrasti; ita eis interuenientibus concedere digneris, in præsentibus auxilijs muniri, & in futuro gaudijs sempiternis perfrui.

Tertia, de eo de quo fit officium.

## MISSA VOTIVA de Angelis.

Introitus.

BEnedicite Domino omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbũ eius, ad audiendam vocẽ sermonum eius. Tẽp. Pasch. [redacted] Psal. Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. ℣. Gloria Patri, & Filio. Psal. 102.

Gloria in excelsis. Oratio.

PErpetuũ nobis Dñe tuæ miserationis pręsta subsidiũ: qbus & angelica præstitisti suffragia non deesse. Per Do.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

IN diebus illis, Dixit mihi angelus: Scribe: Beati, qui ad cœnã nuptiarum Agni vocati sunt: & dixit mihi: Hæc verba Dei vera sunt: Et cecidi ante pedes eius, vt adorarẽ eũ. Et dixit mihi: Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrũ tuorum habentium testimoniũ Iesu. Deum adora. Graduale. Cap. 19.

Benedicite Dño omnes angeli eius: potẽtes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedic anima mea Domino: & omnia interiora mea nomini sancto eius. Alleluia. alleluia. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi Domine Deus meus Alleluia. Psal. 102. Psal. 137.

Post Septuag. omisso All. & ℣. dr̃ sequẽs Tractus, B[redacted]angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedicite Dño oẽs virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius. ℣. Benedicite Dño omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic Psal. 102.

anima

anima mea Domino. Tempore Pasch.
Psal. 137. omisso Grad. dicitur Allel. ℣. In conspectu angelorum psallã tibi Domine Deus
Matt. 28. meus. Allel. allel. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij secundũ Ioannẽ.

Cap. 5. IN illo tempore, Erat dies festus Iudæorũ, & ascendit Iesus Ierosolymã. Est autẽ Ierosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna lãguẽtium, cæcorũ, claudorũ, aridorũ expectãtiũ aquæ motũ. Angelus autẽ Dñi descẽdebat secũdum tẽpus in piscinã: & mouebatũ aqua. Et qui prior descendisset in piscinã post motionẽ aquæ, sanus fiebat à quacumq; detinebatur infirmitate.

Apo. 8. Offert. Stetit angelus iuxtam aram tẽpli, habens thuribulũ aureũ in manu sua: & data sunt illi incẽsa multa. Et ascẽdit fumus aromatum in conspectu Dei, allel. Post Septuag. non dicitur allel. Secreta.

HOstias tibi Domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes; vt easdẽ Angelico pro nobis interueniente suffragio & placatus accipias, & ad salutẽ nostrã prouenire concedas. Per Dñm.

Dan. 3. Cõm. Benedicite oẽs angeli Dñi Dño, hymnũ dicite, & superexaltate eũ in sæcula. ~~Tẽp. Pasch. additur allel.~~ Postcom.

REpleti Domine benedictione cælesti suppliciter exoramus; vt quod fragili celebramus officio, sanctorum Angelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per Dominum.*

## MISSA PRO familiaribus. Introitus.

SAlus populi ego sum, dicit Dominus: de quacũque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorum Dominus in perpetuũ. ~~Temp. Pasch. additur allel.~~ Psal. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in excelsis.~~ Psal. 77. Oratio.

DEus, qui charitatis dona per gratiã sancti Spiritus tuorũ cordibus fideliũ infudisti; da famulis & famulabus tuis, pro q̃bus tuã deprecamur clemẽtiã, salutẽ mentis, & corporis: vt te tota virtute diligãt, & quę tibi placita sunt, tota dilectione perficiãt. Per Do. In vnitate eiusd.

Lectio libri Sapientiæ.

MIserere nostri Deus omniũ, & respice nos, & ostẽde nobis lucẽ miserationũ tuarũ: & immitte timorẽ tuũ super Gẽtes, quæ non exquisierũt te, vt cognoscant quia nõ est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua. Alleua manũ tuã super Gẽtes alienas, vt videant potẽtiã tuã. Sicut enim in cõspectu eorũ sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis, vt cognoscãt te, sicut & nos cognouimus, quoniã nõ est Deus pręter te Dñe. Innoua signa, & immuta mirabilia. Glorifica manum, & brachiũ dextrũ. Excita furorem, & effunde irã. Tolle aduersariũ, & affrige inimicum. Festina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. Graduale.
Eccli. 36.

Psal. 78. Propitius esto peccatis nr̃is, Dñe: ne quãdo dicant Gẽtes: Vbi est Deus eorum? ℣.

Adiuua

* Cum pro re graui et c. solemniter celebratur, additur Credo.

Adiuua nos De' salutaris noster:& propter honorē nōis tui Dñe libera nos. A l-
Psal. 84. lel. allel. ℣. Ostēde nobis Domine miseri cordiā tuam: & salutare tuum da nobis. Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. reiteretur Grad. Temp. Pasch. omittitur Grad. & dī Allel. semel tantum, & ℣. Ostende nobis: & post ℣. non dī Allel. Sequentia S. Euāgelij secundū Lucam.

Cap. 11.

IN illo tēpore, Dixit Iesus discipulis suis: Petite, & dabitur vobis: quęrite, & īuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Oīs enim, qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidē dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?

Psal. 17. Offert. Populū humilem saluum facies: [redacted]superborum humiliabis. Quoniam quis Deus præter te Dñe? Secreta.

MIserere quęsumus Domine Deus famulis, & famulabus tuis, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ offerimus maiestati: vt p hæc sancta, supernæ benedictionis gratiam obtineant, & gloriā ęternę beatitudinis acqrāt. Per Dñm.

Matt. 11. Communio. Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

DIuina libantes mysteria quæsumus Domine Deus; vt hæc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem, & pacem, pro quorum, quarumque dilectione [redacted] tuæ obtulimus maiestati. Per Dominum nostrum.

¶ Prædicta Missa potest etiam dici pro quacunque tribulatione, siue necessitate tam speciali, quam generali: mutatis tantum orationibus.

## MISSA VOTIVA de Spiritu sancto. Introitus.



SPiritus Dñi repleuit orbē terrarum, alle. & hoc, qđ continet omnia, scientiam habet vocis, alleluia, allel. all. Psal. Exurgat Deus, & dissipētur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria Patri, & Filio. [redacted] Oratio.
Sap. 1
Psal. 67.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere: & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Cum audissent Apostoli, qui erāt Ierosolymis, quòd recepisset Samaria verbū Dei, miserunt ad eos Petrū, & Ioannem: Qui cū venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperēt Spiritū sanctū: Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantū erant in nomine Dñi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctū. Graduale.
Cap. 8.

Beata gens, cuius est Dñs, Deus eius: populus, quem elegit in hæreditatem sibi. ℣. Verbo Dñi cęli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Allel. allel.
Psal. 32.

℣. cum genuflexione dicit. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fideliũ, & tui amoris in eis ignẽ accende. All. Tpe Paschali, omisso Gradu. dicitur Alleluia. semel tantum: & ℣. Veni sãcte Spiritus: & non dicitur Alleluia post ℣.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 14.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus: qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem, quẽ audistis, non est meus: sed eius, qui misit me, Patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autẽ Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia: quęcumq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mũdus dat, ego do vobis. Nõ turbetur cor vestrũ, neq; formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrẽ: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis, prius quàm fiat: vt cũ factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Offertorium.

Psal. 67. Cõfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. A tẽplo tuo, quod est in Ierusalẽ, tibi offerent reges munera, allel. Secreta.

MVnera quęsumus Domine oblata sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

Præfatio. Qui ascendens. Communio. Factus est repẽte de cælo sonus aduenientis spiritus vehemẽtis, vbi erãt sedẽtes, alleluia: & repleti sũt omnes Spiritu sãcto, loquẽtes magnalia Dei, allel. allel. Act. 2. Postc.

SAncti Spiritus quæsumus Domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fæcundet. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

---

## MISSA VOTIVA

de Spiritu sancto à Septuagesima vsque ad Pascha. Introitus.

CVm sanctificatus fuero in vobis: cõgregabo vos de vniuersis terris. Et effundam super vos aquam mũdam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et dabo vobis spiritum nouum. Ezec. 36.

Psalmus Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Psal. 33.

℣. Gloria Patri, & Filio. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere: & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. In vnitate eiusdem.

Epistola, vt in superiori Missa. Graduale. Beata gens, cuius est Dominus, Deus eius: populus, quem elegit in hæreditatem sibi. ℣. Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Grad. non reiteretur, sed dicitur ℣. Psal. 32.

Si predicta Missa celebretur solemniter pro re graui, Gloria in excelsis dicitur. et si solemniter in tono duplici dicatur, cum Credo. et temp. Pasch. duo ℣. Allel. Emitte spiritũ tuum, et creabuntur: et renouabis faciem terrę. Allel. Allel. ℣. Veni sancte spiritus et c. ut supra.

℣. sequens cũ genuflexione. ℣. Veni sancte Spiritus, reple tuorũ corda fidelium, & tui amoris in eis ignẽ accende. Euang. vt in superiori Missa. Offert. Confirma hoc Deus, quòd operatus es in nobis. A templo tuo, quod est in Ierusalem, tibi offerent reges munera. Psal. 67. Secreta.

MVnera q̃s Domine oblata sãctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dñm. In vnitate eiusdem. Præfat. Qui ascendens. Cõm. Factus est repente de cælo sonus aduenietis spiritus vehementis, vbi erant sedentes: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, loquentes magnalia Dei. Act. 2 Postcõ.

SAncti Spiritus quæsumus Domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fœcundet. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

## MISSA VOTIVA de sanctiss. Sacramento.

Oĩa vt in die Corporis Christi: sed Introitus dr̃ bis tm̃: & nõ dr̃ Gloria in exc. nec Credo Temp. Pasch. omisso Grad. dr̃ Alle. semel tm̃, postea ℣. Caro mea vere: & post ℣. non repetitur Allel. Post Septuag. non dr̃ Allel. in Introitu, Offer. & Cõm. Et Grad. reiteretur loco Allel.

## MISSA VOTIVA de sancta Cruce. Introitus.

Gal. 6 NOs autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati & liberati sumus. ~~[illegible] additur~~ Miss. Carm.

Psalmus. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: & misereatur nostri. Psal. 66. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. ~~Non dicitur Gloria in excelsis Deo~~ Oratio.

DEus, qui Vnigeniti filij tui pretioso sanguine viuificæ crucis vexillum sanctificare voluisti; concede quæsumus; eos, qui eiusdem sanctæ crucis gaudent honore, tua quoq; vbique protectione gaudere. Per eumdem Dominũ. Tempore Paschali dicitur alia oratio, vt infra post hanc Missam.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

FRatres: Humiliauit semetipsum Christus Iesus factus obediens vsque ad mortem, mortem autẽ crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu *omne genu flectatur*, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Cap. 2.

Graduale. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera, quæ sola fuisti digna sustinere Regem cælorum, & Dominum. Alleluia. Post Septuagesimam Alleluia, & ℣. omisso Grad. reiteretur. Tempore Paschali omisso Graduali, dicitur Alleluia semel tantum: & dicitur ℣. Dulce lignum: sed post ℣. non dicitur Alleluia. Phil. 2.

c 3 Sequen-

Quando ista Missa celebratur pro re graui et c. post Graduale dicitur Tractus, Emitte spiritum tuum, et creabuntur: et renouabis faciem terrae. ℣. O quam bonus, et suauis est Dne spiritus tuus in nobis. ℣. Veni sancte spiritus et c. ut s.a

Si pro re graui et c. celebretur, post Septuag. dr Tractus Laudate Dnum omnes gentes, ut in Vig. Pentec. Temp. u. Pasch. secundus ℣. Allel. erit, Ego sum Pastor bonus, ut in Dom. 2. post Pascha. Prosa nullo modo dicitur.

Sequentia S. Euangelij secundũ Matth.

Cap. 20.

IN illo tempore, Assumpsit Iesus duodecim discipulos secreto, & ait illis: Ecce ascẽdimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eũ morte, & tradẽt eum Gentibus ad illudendũ, & flagellãdum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

Offertorium. Protege Domine plebem tuam per signum sanctæ crucis ab insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, & acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum, alleluia.

Post Septuag. non dicitur allel. Secreta.

HÆc oblatio quæsumus Domine ab omnibus nos purget offensis: quæ in ara crucis immolata, etiam totius mundi tulit offensam. Per *eumdem* Dominum.

Præfatio. Qui salutem. Communio.

Per lignum serui facti sumus, & per sãctã crucẽ liberati sumus: fructus arboris seduxit nos, Filius Dei redemit nos, allel.

Post Septuagesimã non dicitur alleluia.

Postcommunio.

ADesto nobis Domine Deus noster: & quos sanctæ crucis lætari facis honore, eius quoque perpetuis defende subsidijs. Per Dominum.

¶ Tẽpore Paschali, loco supradictarum orationum, dicuntur sequentes. Oratio.

DEus, qui pro nobis Filiũ tuum crucis patibulũ subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatem; concede nobis famulis tuis; vt resurrectionis ~~gratiam~~ *gloriam* consequamur. Per eundem Dominum. Secreta.

*Cum predicta Missa celebratur pro re graui et c. dr Gloria in excelsis, et ~~si dominica, etiam~~ Credo. Post Septuag. dr Tractus, Iubilate, de Dom. Quinquag. et temp. Pasch. duo ℣. Allel. de festo Inuent. S. Crucis mensis Maij.*

PVrifica nos misericors Deus: vt Ecclesiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

LArgire sensibus nostris omnipotens Deus; vt per temporalem Filij tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitam nobis te dedisse perpetuam confidamus. Per eumdem Dominum nostrum.

---

MISSA VOTIVA de ~~quinque Stigmatibus~~ Domini nostri *passione* Iesu Christi. Introitus.

HVmiliauit semetipsum Dominus Iesus Christus vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quòd & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. ~~Tempore Paschali dicitur alleluia.~~ Psalm. Misericordias Domini in æternum cantabo. In generationem & generationem. ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in excelsis.~~ Oratio. — Phili. 2. — Psal. 88.

DOmine Iesu Christe, qui de cælis ad terram de sinu Patris descendisti, & sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti; te humiliter deprecamur; vt in die iudicij ad dexteram tuam audire mereamur: Venite benedicti. Qui viuis &c.

Lectio Zachariæ Prophetæ.

Cap. 12.

HÆc dicit Dominus: Effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ, & precum: & aspicient ad me,

me, quem cófixerunt: & plangent eum planctu quasi super vnigenitū, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plan
Cap. 13. ctus in Ierusalē. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuū tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dn̄s exercituum: pcrcute pastorem, & dispergentur oues.
Psal. 68. Graduale. Improperium expectauit cor meū, & miseriam. Et sustinui qui simul cōtristaretur, & nō fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni. ℣. Et dederunt in escā meam fel: & in siti mea potauerūt me aceto. Alleluia, allel. ℣. Aue rex noster: tu solus nostros miseratus errores, Patri obediens, ductus es ad crucē mansuetus, vt ouis ad occisionem. Tibi gloria hosanna: tibi triumphus, & victoria: tibi summæ laudis & honoris corona. Allel. Post Septuag. omisso Alleluia, & ℣. reiteratur Grad. Temp. Paschali, omisso Grad. dr̄ Allel. semel tantum, & ℣. Aue rex noster: & post ℣. non repetitur Alle. Sequētia S. Euāgelij secundū Ioannem.

Cap. 19. IN illo tempore, Sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, vt consūmaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenū. Illi autem spongiā plenā aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritū. Iudæi ergo, (quoniā Parasceue erat) vt non remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frāgerētur eorū crura, & tollerentur. Venerūt ergo milites: & primi quidē fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cū eo. Ad Iesum autē cum venissent, vt viderūt eū iam mortuū, nō fregerūt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cōtinuo exiuit sāguis, & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimoniū eius. Offertorium. Insurrexerūt in me viri iniqui: absq; misericordia quæsierunt me interficere: & non pepercerunt in faciem meam spuere: lanceis suis vulnerauerunt me: & concussa sunt omnia ossa mea.

~~Temp. Pasch. addit. alleluia.~~ Secreta.

OBlatū tibi Dn̄e sacrificium intercedente Vnigeniti filij tui passione, viuificet nos semper, & muniat. Per eūdem Dn̄m. Præf. Qui salutem. Comm. Foderunt manus meas, & pedes meos: Psal. 21. dinumerauerūt omnia ossa mea. Posteō.

DOmine Iesu Chr̄e fili Dei viui, qui hora sexta pro redēptione mundi crucis patibulū ascendisti, & sanguinem tuū pretiosum in remissionem peccatorū nostrorū fudisti; te humiliter deprecamur; vt post obitū nostrum, paradisi ianuas gaudēter ītroire cōcedas. Qui viuis.



## MISSA VOTIVA de beata Virgine.

In Aduentu. Introitus.

ROrate cæli desuper, & nubes Isa. 45. pluāt iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Psalm. Cæli Psal. 18. enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Si ista Missa pro re graui et c. cantādo solemniter celebretur, dr̄ Credo; non tamen Gloria.

tum. ℣. Gloria Patri. Gloria in exc. Oro.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero Verbum tuum, angelo nunciante, carnē suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis, vt qui vere eam genitricē Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eūdē Dom.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 7. IN diebus illis, Adiecit Dn̄s loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Dn̄o Deo tuo in profundū inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & nō tentabo Dn̄m. Et dixit: Audite ergo domus Dauid; Numquid parū vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dn̄s ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Psal. 23. Graduale. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ ęternales: & introibit rex gloriæ. ℣. Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus &

Isa. 11 mundo corde. Alleluia, alleluia. ℣. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij secundū Lucam.

Cap. 1. IN illo tempore, Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileę, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eā dixit: Aue gratia plena: Dn̄s tecū: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiā apud Deum: ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dn̄s Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quę vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuū. Offertorium.

Aue Maria gratia plena Dominus tecū: Luc. 1.
Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mentibus nostris q̄s Dn̄e veræ fidei sacramenta confirma: vt qui conceptum de Virgine, Deū verū, & hominē cōfitemur, per eius salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternā mereamur peruenire lætitiā. Per eūdem Dominum.

Præfat. Et te in veneratione. 188. Cōm.

Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & Isa. 7.
vocabitur nomē eius Emmanuel. Postc.

GRatiā tuam quæsumus Domine mentibus nostris infunde: vt qui Angelo nunciāte Christi Filij tui incarnationē cognouimus, per passionē eius, &

crucem

crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Dominum.

A NATIVITATE vsque ad Purificationem. Introitus.

Psal. 44.
VVltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Adducẽtur regi virgines post eã: proximę eius adducentur tibi in lætitia, & exultatione. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti; tribue quæsumus; vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominũ nostrum Iesum Christum filium tuũ. Qui tecum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Cap. 4.
FRatres: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cũ sit dominus omniũ: sed sub tutorib⁹, & actoribus est vsq; ad pręfinitũ tempus à patre: ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factũ ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater. Itaq; iam non est seruus; sed filius: Quòd si filius: & heres per Deum. Graduale.

Psal. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. ℣. Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluia.

Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tract. Gaude Maria virgo, cũctas hæreses sola interemisti. ℣. Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti. ℣. Dũ virgo Deum & hominem genuisti, & post partũ virgo inuiolata permansisti. ℣. Dei Genitrix intercede ꝑ nobis.

Sequentia S. Euangelij secundũ Lucam.

IN illo tẽpore, Erat pater Cap. 2.
Iesu & mater mirantes super his, quę dicebãtur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariã matrem eius: Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionẽ multorũ in Israel: & in signum, cui contradicetur: & tuam ipsius animã pertransibit gladius, vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes. Offertorium.

Psal. 44. Offerẽtur regi virgines post eã: proximę eius offerẽtur tibi ĩ lętitia, & exultatione: adducentur in tẽplum regi Dño. Secr.

MVneribus nostris quęsumus Domine precibusq; susceptis, intercedente beata Dei genitrice Maria, & cęlestibus nos munda mysterijs, & clemẽter exaudi. Per eumdem Dominum.

Præfat. Quia per incarnati. Cõmunio.

Matt. 13. Simile est regnum cęlorũ homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. Postcomm.

HÆc nos cõmunio Dñe purget à crimine: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cælestis remedij faciat esse consortes. Per eũdẽ Dñm.

A PV-

A PVRIFICATIONE vsque ad Pascha, & à Trinitate vsque ad Aduentum. Introitus.

Sedulij. SAlue sancta Parens; enixa puerpera regem, qui cælum terramque regit in sæcula sæculorum. Psalm. Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

COncede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetua mẽtis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccli. 24. AB initio, & ante sæcula creata sum, & vsque ad futurum sęculũ nõ desinã, & in habitatione sancta corã ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Graduale. Benedicta, & venerabilis es virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei Genitrix, quẽ totus nõ capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, allel. ℣. Virga Iesse floruit: virgo Deum & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tract. Gaude Maria virgo, cũctas hæreses sola interemisti. ℣. Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti. ℣. Dũ virgo Deũ, & hominem genuisti, & post partum virgo inuiolata permãsisti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis. Sequentia S. Euãgelij secundum Lucã.

IN illo tempore, Loquente Iesu ad turbas, extollẽs vocẽ quædam mulier de turba dixit illi: Beatus vẽter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbũ Dei, & custodiunt illud. Cap. 11.

Offertorium. Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Secreta.

TVa Domine propitiationẽ, & beatę Marię semper virginis intercessionẽ, ad ꝑpetuã, atq; pręsẽtẽ hęc oblatio nobis proficiat ꝓsperitatẽ, & pacẽ. Per Do.

Cõm. Beata viscera Mariæ virginis quæ portauerũt ęterni Patris Filiũ. Postcom.

SVmptis Domine salutis nostrę subsidijs, da quęsumus, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbique prøtegi: in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per Dominum nostrum.

A PASCHA vsque ad Trinitatem. Introitus.

SAlue sancta Parens, enixa puerpera regem, qui cælum terramque regit in sæcula sæculorum, allel. Psal. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio. Sedulij. Psal. 44.

COncede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere: & glo-

gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à presenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dominum.

Lectio libri sapientiæ.

Eccli. 24. B initio, & ante sæcula creata sum, & vsq; ad futurũ sæculũ non desinã, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorũ detẽtio mea. Allel. ℣. Per te Dei Genitrix nobis est vita perdita data: quæ de cælo suscepisti prolem, & mũdo genuisti Saluatorem. Allel allel. ℣. Surrexit Dñs:& occurrens mulieribus, ait: Auete. Tunc accesserũt, & tenuerunt pedes eius. Allel.

Matt. 28.

Post Ascens. Allel. ℣. Per te Dei Genitrix nobis est vita perdita data: quæ de cę lo suscepisti prolẽ, & mũdo genuisti Saluatorem. Allel. allel. ℣. Ascendẽs Christus in altũ captiuã duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Allel. In f. oct. Pẽtecostes, si contigerit aliqua ex causa celebrari, Allel. ℣. Per te Dei Genitrix nobis est vita perdita data: quæ de cælo suscepisti prolem, & mundo genuisti Saluatorem. Alleluia, allel. ℣. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fideliũ, & tui amoris in eis ignem accẽde. Alleluia.

Ephe. 4.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 19. N illo tempore, Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quẽ diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Offertoriũ. Felix nãque es sacra virgo Maria, & oĩ laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster, allel. Secr.

TVa Domine propitiatione, & beatæ Marię semper virginis intercessione, ad perpetuam, atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, & pacem. Per Dñm. Communio. Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerũt æterni Patris Filiũ, allel. Postcom.

SVmptis Domine salutis nostræ subsidijs, da quæsumus, beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dominum. 16

---

## ALIÆ MISSÆ

Votiuæ, quacumque die dicendæ, nisi fuerit Dominica, vel officium duplex: quæ tamen passim non dicantur, nisi rationabili de causa, vt supra dictum est de alijs Missis votiuis.

---

## MISSA VOTIVA

de Natiuitate Dñi nostri Iesu Christi.

Puer natus, vt post festum S. Tho. 28. omissis Gloria in excelsis. & Cõmemorationibus ibi positis: nõ dicitur Credo, nec Communicãtes, ibi signata; atque in Postcommunione omittitur hodie. Et si post Septuag. dicẽda sit, nõ dr̃ Allel. sed Grad. reiteret. Si autẽ tẽp. Pasch. dicenda sit, Introitus, Offert. & Cõm. terminãtur cum allel. & nõ dicitur Grad. sed dicitur allel. semel tantum, deinde dicitur ℣. ~~Dñs regn.~~ & postea non repetitur allel.

In Oratione Dũ noua per carnem tiuitatis cõmemora loco, noua per car natiuitas. In Or., et in Postcom. om hodie.

Dies sanctificatus, hodie.

Si pro re graui uel publica Ecclesiæ causa celebretur, Gloria in excels. dr. : et si solemniter pro eisdem causis, etiã Credo. et post septuag. dr̃ Tract. Laudate Dñum omnes gentes de sabb. 1.te : temp. aũt pasch. ... Allel. de 1.a et 2.a Missa Natiuitatis.

## MISSA VOTIVA

de Epiphania Dñi, **Ecce aduenit**, vt in die Epiph. 34. ſed Introitus bis tñ dr̃., & in oɾone omittit̃ hodierna die. Non dr̃ Gloria in excelſis, nec Credo, nec Communicantes, ibi ſignata. Et ſi poſt Septuag. dicenda ſit, non dr̃ **Allel.** ſed Grad. reiteret̃. Si autẽ tẽp. Paſchali dicenda ſit, Introitus, Offert. & Cõm. terminantur cũ **Allel.** & nõ dicitur Grad. ſed dicto **Allel.** ſemel tantum, dicitur ℣. Vidimus: & poſtea non repetitur **Alleluia.**

*[handwritten in margin:] tottiem. loco so... celebramus, ... commemoramus.*

## MISSA VOTIVA

de dulciſſimo nomine Ieſu. Introitus.

Phili 2.

IN nomine Ieſu omne genu flectatur cęleſtiũ, terreſtriũ, & infernorum, & oĩs lingua cõfiteatur, q͞a Dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. ~~Tẽp. Paſch. additur allel.~~ Pſal. Laudate Dñm, quia bonus Dñs: pſallite nomini eius quoniã ſuaue. ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in excelſis~~ Oratio.

Pſal 134.

DEus, qui glorioſiſſimũ nomẽ Ieſu Chr̃i Vnigeniti filij tui Dñi noſtri feciſti fidelibus tuis sũmæ ſuauitatis affectu amabile, & malignis ſpiritibus tremendũ, atq; terribile; concede propitius; vt oẽs, qui hoc nomẽ Ieſu deuote venerãtur in terris, ſanctæ conſolationis dulcedinẽ in pręſenti pcipiãt: & in futuro gaudiũ exultationis, & interminabilis beatitudinis obtineãt in cælis. Per eumdẽ Do.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

Cap. 4.

IN diebus illis: Repletus Spiritu ſancto Petrus, dixit: Principes populi, & ſeniores audite: Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt, notũ ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael: quia in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quẽ vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte aſtat corã vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ędificantibus, qui factus eſt in caput anguli: & non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Graduale. Cõſtituit Deus Pater ad dexteram ſuam Eph. 1.
Ieſũ Chriſtũ in cęleſtibus ſuper omnem principatũ & poteſtatẽ, & virtutẽ, dominationẽ, & omne nomẽ, quòd nominat̃ non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius.
℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & Pſal. 78.
propter gloriam nominis tui Dñe libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce nomen Dñi noſtri Ieſu Chriſti, melos auri, mel in eſu, cordis verus iubilus, effugat mundi ſibilum. Alleluia. Poſt Septuag. omiſſo **Alleluia.** Gradu. reiteretur. Temp. Paſch. omiſſo Grad. dicitur **Allel.** ſemel tantum: & ℣. **Dulce nomen:** & poſt ℣. non dicitur **Alleluia.**

Sequentia S. Euãgelij ſecundum Matth.

Cap. 1.

IN illo tempore, Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicẽs: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariã coniugem tuã: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autẽ filium: & vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Offert. In nomine meo dæmonia eijcient: lin-

guis

*[handwritten:] Cum celebratur ... ut supra. Tractus erit Jubilate Deo, dr Dom. Quinquag. ... Allel. Jubilate, ut in Dom. infra oct. Epiph.*

guis loquentur nouis: serpētes tollēt: & si mortiferū quid biberint, nō eis nocebit: sup ęgros manus imponēt, & bene habebunt. ~~Temp. Pasch. additur allel.~~ Secr.

IN veneratione nominis dilectissimi filij tui Dñi nostri Iesu Christi Saluatoris nostri, Deus misericordiarum pater, deuotis mentibus hostias immolamus, suppliciter depræcantes; vt earū virtute cunctis gētibus pręstetur auxiliū: & in eodē nomine delectātes, salutarē sui propositi cōsequantur effectū. Per eūdē Dñm. Pręf. de Natiui. Quia per incarnati. 177.

Apoc. 2. Cōmunio. Vincenti dabo manna abscōditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum, quòd nemo scit, nisi qui accipit. ~~Temp. Pasch. additur alleluia.~~ Postcom.

SAcrosancta mysteria, quæ sumpsimus Dñe, in honorem nominis cōplacentissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi deuotis præcordijs recolentes, quæsumus; vt incrementa nobis spiritualis exultationis accumulent: affectum nostrum ad hoc salutiferum nomen Iesu nobis imprimendum accendant: & ad iubilandum in Iesu salutari nostro dulcissimo, tota mentis attentione promoueant. Per eumdem Dominum.

## MISSA VOTIVA de Resurrectione.

Introitus.

Psal. 138. REsurrexi, & adhuc tecum sum, allel. Posuisti super me manum tuam, allel. Mirabilis facta est scientia tua, allel. allel. Psalmus. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in excelsis.~~ Oratio.

DEus, qui per Vnigenitum tuū ęternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti; vota nostra, quæ præueniēdo aspiras, etiā adiuuando prosequere. Per eūdem Dñm. Epistola Expurgate vetus fermentum, vt in Dñica Resurrect. 218.

Psal. 29. Grad. Hæc est dies, quā fecit Dñs: exultemus, & lætemur in ea. ℣. Confitemini Dño quoniā bonus: quoniam in sæculū misericordia eius. Allel. allel. ℣. Angelus Dñi descēdit de cælo: & accedens reuoluit lapidē, & sedebat super eum. Alle. Matt. 28. Temp. Pasch. omisso Grad. dr Alleluia. semel tantū, postea ℣. Angelus Dñi, & post ℣. non repetit Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. repetitur Graduale. Euang. Maria Magdalena, & Maria Iacobi: vt in eadem Dñica Resurrect. 218. Offertoriū. Angelus Domini descendit de cælo: & dixit mulieribus: Quem quęritis, surrexit, sicut dixit, alleluia. Marc. 16. Secreta.

SVscipe ~~quæsumus Dñe preces populi~~ tui cum oblationibus hostiarum: vt ~~Paschalibus initiata mysterijs~~, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per Dñm. ~~Præfat. Te quidem Dñe omni[...]~~ Comm. Surrexit Dñs, & apparuit Petro, alleluia. Luc. 24. Postcom.

SPiritum nobis Domine tuæ charitatis infunde: vt quos sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate cōcordes. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

## MISSA VOTIVA de Ascensione Domini,

Viri Galilæi: vt in die Ascensionis. 237. sed Introitus bis tantū dicitur: & in oratione omittitur hodier-

*Exaltabo te Dne quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Dne Deus meus clamaui ad te, et sanasti me: Dne abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum.*

*gloriose precare*

*Quando hæc Missa celebratur pro re graui, uel publica Ecclesiæ causa, dicitur Gloria in excel., ~~[...]~~ Credo. Et post Septuag. dr Tractus, Laudate Dñum omnes gentes, de Sabb. 4. : et temp. pasch. duo ℣. Allel., alter erit Laudate pueri, de festo [...]*

*Extra temp. pasch. Alleluia in introitu, offertorio et cōmunione dimitti potest, si placuerit: post Septuag. uero Allel. omnino dimittatur. Si pro re graui celebret., fiat ut dictū ē in superiori missa, et ℣. [...] erit Christus resurgens. de fer. 3. post Pascha.*

hodierna die: Nō dicitur Gloria in exc. neo Credo, neq; Communicantes, vt ibi signata sunt. Si post Septuag. dr, non dr Allel. in Introitu, Offert. & Comm. & dr sequēs Grad. Ascendit Deus in iubilatione, & Dñs in voce tubæ. ℣. Psallite Deo nr̄o, psallite: psallite Regi nostro, psallite. Et reiteretur Grad. Tēp. Pasch. dicitur primum Allel. vt ibi in propria Missa, & post ℣. non repetitur Alleluia.

secreta, quibus nisi Ascensionis memoratione.

MISSA VOTIVA in honorem pænarum Domini nostri Iesu Christi. Introitus.

Psal. 46.

Isa. 53.

ECce vidimus Dominū Iesum non habentē speciem, neq; decorem: aspectus eius in eo non est. Hic peccata nostra portauit: & pro nobis oībus dolens: ipse autē vulneratus est propter iniq tates nostras, attritus est propter scelera nr̄a: cuius liuore sanati sum⁹. Temp. Pasch. alleluia, alleluia. Psalmus.

Psal. 2. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnū aduersus Dñm, & aduersus Christum eius. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, qui pro redemptione nostra nasci, & circumcidi voluisti; à Iudæis reprobari; à Iuda osculo tradi; capi; ligari; & cum vinculis Annæ, Caiphæ, Herodi, & Pilato offerri; ac corā eis illudi; colaphis, alapis & flagellis, & arundine cædi; facie velari; sputis conspui; spinis coronari; à falsis quoq; testibus accusari; à malis iudicibus iudicari; & vt agnus innocens crucem tuam ferendo ad victimā duci; clauis perforari; felle & aceto potari; atq; in cruce leuari, inter latrones deputari; morte turpissima mori; & lancea vulnerari; tu Domine per has sacratissimas pœnas, quas nos indigni famuli tui recolimus, & per sanctā crucē tuam libera nos à pęnis inferni: & perducere digneris nos miseros peccatores, quò perduxisti crucifixū tecum latronem pænitentem. Qui viuis.

Epist. Dñe, quis credidit auditui nostro: vt in Fer. iiij. maioris Hebd. 132. Grad.

Sicut ouis ad occisionē ductus est: & dū male tractaret, non aperuit os suū. Tradi tus est ad mortē, vt viuificaret populum suū. ℣. Ipse autē vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras, attritus est ꝓpter scelera nostra: & reputauimus eū, quasi leprosū, & percussum à Deo, & humiliatū. Allel. allel. ℣. O vos omnes, qui trāsitis per viā, attēdite & videte si est dolor, sicut dolor meus. Allel. Temp. Pasch. omisso Grad. dr Allel. semel tantū: & ℣. O vos omnes: & post ℣. nō repetit Allel. Post Septuag. non dicitur Allel. sed reiteratur Grad.

Isa. 53.

Thren. 1.

Sequentia S. Euangelij secundū Ioannē.

IN illo tempore, Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circumdederūt eum. Et veniebant ad eū, & dicebāt: Aue rex Iudæorum: & dabant ei alapas. Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eū foras, vt cognoscatis quia nullā inuenio in eo causam (Exiuit ergo Iesus portans coronam spineā, & purpureū vestimentum:) Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo

Cap. 19.

pro n° 3 tamen etc. celebratur, fiat, ut dictū est supra de Missa Epiph. Duo ℣. Allel. habentur in festo Ascens.

ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim nõ inuenio in eo causã. Responderũt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secũdum legem debet mori, quia filiũ Dei se fecit. Cũ ergo audisset Pilatus hũc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prętoriũ iterum: & dixit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te? Respondit Iesus: Nõ haberes potestatem aduersum me vllã, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quęrebat Pilatus dimittere eũ. Iudęi autẽ clamabãt dicẽtes. Si hũc dimittis, nõ es amicus Cęsaris, omnis enim, qui se regẽ facit, cõtradicit Cæsari. Pilatus autẽ cum audisset hos sermones adduxit foras Iesũ: & sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autẽ Gabbatha. Erat autẽ parasceue Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Iudęis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regẽ vestrũ crucifigã? Responderunt Põtifices: Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illũ, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerũt. Et baiulãs sibi crucẽ exiuit in eũ, qui dicitur Caluarię, locũ, Hebraice autẽ Golgotha: vbi crucifixerũt eũ, & cũ eo alios duos hinc, & hinc, mediũ autem Iesum.

Psal. 68. Offertoriũ. Improperiũ expectauit cor meum, & miseriã. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni. Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.

Tempore Paschali additur Allel. Secreta.

DEprecamur te pijssime Saluator, per benignissimas sãctissimasque passiones tuas; vt benigno nos protegas auxilio, & continua pietate ab omni malo nos præserues: & has oblationes nostras ad salutem nobis prouenire concedas. Qui viuis. Præf. Qui salutẽ. Cõm.

Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerũt omnia ossa mea. Psal. 21. Postc.

DOmine Deus de Deo, & lumen de lumine, qui humanum genus ex pręcepto Patris in patibulo crucis proprio sanguine redimere dignatus es; te suppliciter exoramus: vt per virtutẽ tãti sacramenti quod sumpsimus, nõ secundũ peccata nostra facias nobis: sed secundũ misericordiã tuã ab oĩ peccato & pœna nos libera: & ab oĩ aduersitate corporis & animę clemẽter defende. Qui viuis.

---

## MISSA VOTIVA

### Incarnationis, seu Annunciationis.

Dicitur, Rorate: vt in Missis votiuis pro tempore Aduent. 39. cum Præfatione, Et te in Annunciatione. Post Septuag. non dicitur Allel. nec ℣. sed Tract. de Missa Annunciat. Temp. Paschali non dr Grad. sed Allel. cum duobus ℣. secundus de Resurrect. vel Ascens. vt in Missis votiuis beatæ Virginis: & Introitus, Offertorium, & Communio, cum Alleluia, terminentur.

---

## MISSA VOTIVA

### Purificationis.

Dicitur, Suscepimus: vt in die Purificat. 322. sed Introitus bis tantum dicitur:

Com

& in oratione omittitur hodierna die: & nō dicitur Credo. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dr̄ Tract. Temp. Pasch. Intr. Offert. & Cōm. terminentur cū Allel. & non dr̄ Grad. sed Allel. cum duobus ℣. secundus ~~de Resurrect. vel Ascens. vt in Missis votiuis beatæ Virg.~~

## MISSA VOTIVA Assumptionis.

Dicitur, Salue sancta Parens: vt in Missis votiuis beatæ Virg. 42. Sed Epist., Euangelium, ~~& Præfatio dicuntur,~~ vt in die Assumptionis. 389. oratio vt in oct. eiusdem Assumptionis. 392.

## MISSÆ VOTIVÆ aliarum festiuitatū beatæ Virg. dicūtur,

Salue sancta Parens, vt in Missis votiuis beatæ Virginis. Sed oratio, Epistola, Euangelium, & Præfatio dicuntur propria, vt in singulis Festis habentur.

## MISSA VOTIVA de gloriosæ virginis Mariæ matris Iesu Christi Domini nostri. Introitus.

Thre. 1. Vos omnes, qui transītis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus. ~~Temp. Pasch. alleluia, allel.~~ Psalm. 30. In te Dn̄e speraui, non cōfundar in æternum: in iustitia tua libera me. ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in excelsis.~~ Oratio.

INterueniat pro nobis quæsumus Domine Iesu Christe apud tuam sanctam clementiā, nunc & in hora mortis nostræ, pijssima virgo Maria mater tua: cuius sacratissimam animā in hora benedictæ passionis tuæ doloris gladius pertransiuit: & in gloriosa resurrectione tua ingens gaudium lætificauit. Qui viuis & regnas.

Lectio Ieremiæ Prophetæ. Thre. 1.

VIde Domine afflictionem meam: quoniam erectus est inimicus. Manum suā misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit Gentes ingressas Sanctuariū suum, de quibus præceperas ne intrarēt in ecclesiam tuā. Omnis populus eius gemēs, & quærens panē: dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animā. Vide Dn̄e & cōsidera, quoniā facta sum vilis. O vos omnes, qui transītis per viā, attēdite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dn̄s in die iræ furoris sui. De excelso misit ignē in ossibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam. Graduale. Ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quàm longe factus est à me consolator, conuertens animam meam. ℣. Memoria memor ero & tabescet in me anima mea: hæc recolens in corde meo, in Deo sperabo. Alleluia, alleluia. ℣. Ad locum supplicij virgo cum venisset, ac filium suum & crucem conspexisset: augentur plāctus, & lacrymæ: multiplicātur dolores, & angustiæ. Allel. Temp. Pasch. omisso Grad. dr̄ Alleluia semel tantum, & ℣. Ad locum: & post ℣. non repetitur Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. ~~dicitur sequens Tract.~~

~~Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum: vocaui amicos, & ipsi deceperunt me. ℣. Vide Domine, quoniam tribulor: conturbatus est venter meus: subuersum est cor meū in me metipsa:~~

Reiteratur Graduale

metipsa: quoniã amaritudine plena sũ. ℣. Omnes inimici mei audierũt malum meũ: lætati sunt, quoniã tu fecisti: multi enim gemitus mei: & cor meũ mærens.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 2.

IN illo tẽpore: Erat pater Iesu & mater mirantes super his, quę dicebãtur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrẽ eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ multorũ in Israel: & in signum, cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Offertorium. Clamor Christi matrem angustiat: nullus planctus plangentem sanat: est vtrique summa compassio: nam præcessit summa dilectio. [redacted] Secreta.

MVnera quęsumus Domine, quę oculis tuę maiestatis offerimus, in cõmemorationẽ doloris, quẽ beatissima semper virgo Maria in morte vnigeniti Filij tui Dñi nostri Iesu Christi in corde suo pijssimo affectu pertulit, & vincula nostrę prauitatis absoluãt: & intercedente eadẽ Dei genitrice, tuæ nobis misericordiæ dona cõcilient. Per Dñm.

Præfatio de Cruce. Qui salutem humani generis. 180. Communio.

Virgo, tuum filium in cruce plagatum redde tuis precibus miseris placatum. Tempore Paschali additur alleluia.

Postcommunio.

REfecti vitalibus alimentis omnipotens Deus, maiestatem tuam suppliciter exoramus; vt sicut commemorationem doloris pijssimi, quem in passione Filij tui Domini nostri Iesu Christi beatissima semper virgo Dei Genitrix Maria in cordis sui penetralibus sustinuit, deuoto celebramus affectu; ita eadem passione Filij tui, & piæ matris angustia interuenientibus; peccata quæ fecimus, digne plangere: & tuæ gratiæ visitatione nos respirare concede. Per eumdem Dominum.

## MISSA DE DOLORIBVS, & angustijs beatiss. virg. Mariæ tẽp. passionis Dñi pro tribulationibus. Introit.

Psal. 30.

COnturbatus est in tribulatione oculus meus, anima mea, & venter meus: quoniam defecit in dolore vita mea. Tempore Paschali additur alleluia.

Psalmus. In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, cuius doloris gladius tempore passionis tuæ Materna viscera pertransiuit; concede quæsumus, vt eiusdem tuę Genitricis intercessione, tribulationum nostrarũ angustias perpetuo superemus. Qui viuis & regnas.

Lectio libri Sapientiæ.

Cant. 5.

SVrrexi, vt aperirẽ dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima. Pessulũ ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, vt locutus est: quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.



Missa ustrina de pietate B. V. indicatur addita sine legitima facultate, cũ nõ reperiatur in missalibus antiquioribus.

Si pro re graui cantatur, Credo dicitur; non tamen Gloria

Inuenerunt me custodes qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meũ mihi custodes murorum. Graduale.

Thr. 1. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius quia vidit Gentes ingressas sanctuariũ suũ. ℣. Vide Dñe afflictionẽ meã, quoniã erectus est inimicus. Allel. allel. ℣. Ad vesperũ demorabitur fletus: & ad matutinũ lętitia. Allel. Psal. 29.

Temp. Pasch. omisso Grad. & ℣. dicitur Alleluia. semel tantum, & ℣. Ad vesperum demorabitur: & post ℣. non repetitur Alleluia. Post Septuages. omisso Alleluia, & ℣. repetitur Graduale.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 2.

IN illo tẽpore, Erat pater Iesu, & mater mirãtes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariã matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel: & in signum, cui contradicetur: & tuã ipsius animã pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Lu. 2. Offertorium. Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionẽ multorum in Israel: & in signũ, cui cõtradicetur: & tuã ipsius animã pertrãsibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. ~~Tempore Pasch. additur allel.~~ Secreta.

HOstias quas tibi offerimus, quæsumus Dñe, ad nostrã salutẽ, consolationẽ, & pacem propitius respice: vt qui tuæ Genitricis dolores, & angustias in pijssima tua passione, deuote veneramur, gaudio tuæ resurrectionis in eius cõsortio hic & in cælo perfruamur. Qui viuis & regnas. Præfatio, Qui salutem.

Cõio. Virgo tuũ Filium in cruce plagatũ, redde tuis precibus miseris placatum. ~~Tẽpore Pasch. additur allel.~~ Postcõm.

SAtiati muneribus sacris quæsumus Domine Deus noster; vt sicut gaudio resurrectionis post dolorẽ tuę passionis Genitricẽ tuã refecisti; ita præsentis angustiæ præsidio, & huius sæculi consummato certamine, tua nos fruitione replere digneris. Qui viuis, & regnas.

---

# MISSA VOTIVA
de S. Gabriele Archangelo. Intr.

AB exordio precũ tuarum egressus est sermo: ego autem Gabriel veni, vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es. Dan. 9.

~~Tẽpore Pasch. additur allel.~~ Psal. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Psal. 67.

℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

BEati Archãgeli tui Gabrielis Domine suffragijs exoratus, pręsta q̃s; vt sicut eũ voluisti incarnationẽ Dñi nostri Iesu Christi gloriosissimæ semper virgini Mariæ nũciare, ita eius intercessione in omni nostra operatione dirigi & illustrari mereamur. Per eũdẽ Dñm.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis: Dixit Daniel propheta: Cum orarem, & cõfiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, & prosternerẽ preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei: Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem viderã Cap. 9.

in

in visione à principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque Daniel: Nūc egressus sum, vt docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni, vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animaduerte sermonem, & intellige visionem. Septuaginta habdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngatur Sanctus sanctorum.

Psal. 102. enedicite Domino omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbū eius. ℣. Benedic anima mea Domino: & omnia interiora mea, nomini sancto eius.

Luc. 1. A lleluia, alleluia. ℣. Angelus Gabriel ad Mariā dixit: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Alleluia.

Alleluia,

Psal. 101. Tractus. enedicite Domino omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

℣. Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.

Tempore Pasc… omissa Grad. & ℣.

Luc. 1. Alleluia. ℣. Angelus Gabriel ad Mariam dixit: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deum. lleluia, allel.

Matt. 28. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Allel.

Luc. 1. nem Allel. ℣. Angelus Gabriel ad Mariam dixit: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deum. lleluia, alleluia.

Eph. 4. ℣. Ascendens Christus in altū captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Allel. Missus est:

40.

Luc. 1. ngelus Gabriel stans à dextris altaris incensi apparuit Zachariæ, dum incensum poneret, & ait ad illum: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua.

~~alleluia.~~ Secreta.

Nnue nobis misericors De⁹; vt intercedente beato Gabriele Archāgelo tuo, hostias placationis & laudis sincero tibi deferamus obsequio. Per Dn̄m.

Psal. 137. n conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

~~allel.~~ Postcom.

DA nobis quæsumus Dn̄e Deus noster; vt intercedente beato Gabriele Archangelo tuo, quæ tua sunt iugiter exequentes, donis mereamur cælestibus propinquare. Per Dominum.

MISSA VOTIVA

Archangelo. Introitus.

Tob. 5. Tob. 12. EGo sum Azarias Ananię magni filius. Ego sum Raphael Angelus, vnus ex septē, qui astamus ante Dn̄m. Pax vobis, nolite timere. Dominus exaudiuit preces vestras: & misit me ad vos, vt curarem vos.

Psal. 148. Laudate Dn̄m oēs angeli eius: laudate eū omnes virtutes eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in exc.

DEus, qui beatum Raphaelem Archangelum Tobiæ famulo tuo

properanti præuium direxisti; & inter huius viæ ac vitæ varietates atque discrimina donasti custodem; da quæsumus; vt eiusdem protegamur auxilio: quatenus & vitæ præsentis vitemus pericula, & ad gaudia valeamus peruenire cælestia. Per Dominum.

Lectio libri Tobiæ.

Cap. 2. DIxit Angelus Raphael ad Tobiã: Etenim sacramentũ regis abscondere bonum est: opera autẽ Dei reuelare, & confiteri honorificum est. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis, quã thesauros auri recõdere: quoniã eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam ęternam. Qui autem faciunt peccatũ, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, & nõ abscondam à vobis occultum sermonẽ. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscõdebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Et nunc misit me Dñs, vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberàrem. Ego enim sum Raphael Angelus, vnus ex septem, qui astamus ante Dominũ. Cumque hęc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderũt super terram in faciẽ suam. Dixitque eis Angelus: Pax vobis, nolite timere. Etenim cum essem vobiscum, per voluntatẽ Dei erã: ipsum benedicite, & cantate illi. Videbar quidẽ vobiscũ manducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Tempus est ergo, vt reuertàr ad eum, qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius.

Graduale. Angelus Raphael apprehendit, & ligauit dæmonium. ℣. Magnus Dominus noster, & magna virtus eius. Tob. 8. Psal. 146.

Allel. alleluia ℣. Missus est Angelus à Deo ad Tobiam: & salutauit eum, & dixit ei: Gaudium tibi sit semper. Allel. Tob. 5.

Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tract. Benedicite Dño omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbũ eius. ℣. Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis volũtatem eius. ℣. Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Dño. Psal. 102.

Tempore Pasch. omisso Grad. & ℣. dicitur Allel. ℣. Missus est Angelus Raphael à Deo ad Tobiam: & salutauit eum, & dixit ei: Gaudiũ tibi sit semper. Allel. allel. ℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia. Tob. 5. Matt. 28.

Post Ascens. Alleluia. ℣. Missus est Angelus Raphael à Deo ad Tobiam: & salutauit eum, & dixit ei: Gaudium tibi sit semper. Allel. allel. ℣. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Alleluia. Tob. 5. Eph. 4.

Euang. Erat dies festus Iudæorum: vt in Missa votiua Angelorũ. 34. Offertoriũ. In honore sancti Raphaelis psallat militans Ecclesia: qui virtute Dei patris ligauit dæmonia: & Tobiæ visum reddidit, quo priuatus fuerat, alleluia.

Post Septuag. non dicitur allel. Secreta.

MItte Deus, Archangelũ tuũ Raphaelem cũ medicamine opificem: qui sanitatem mentis reportet & cor-

corporis; misericordiæque cælestis donũ infundat: & quę in nobis sũt aduersa, deponat: vt qui nostra iniquitate tabescimus, de tua, quã non meremur, pietate lætari concedas. Per Dominũ. Cõm. Iubilus summæ laudis resonet in ore omnium ad laudem beati Raphaelis Archangeli: vt ipse, cuius memoriam agitur in terris, ad Deum pro nobis intercedat in cælis, allel. Post Septuag. non dicitur alleluia. Postcommunio.

DIrigere digneris Domine Deus in adiutorium nostrum Raphaelẽ Archangelũ: & quẽ tuæ maiestati sẽper assistere credimus, tibi nostras exiguas preces benedicẽdas assignet. Per Dñm.

---

## MISSA VOTIVA

Angeli custodis. Introitus.

Psal. 90.

Ngelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ~~Tempore Paschali additur alleluia~~. Psalmus. Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Orō.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nos licet indignos, ad imaginem tuam creasti, & Angelos tuos sanctos ad nostram custodiam deputasti; da nobis seruis tuis, illorum ducatu, & custodia, malorum omnium tam animæ, quàm corporis pericula feliciter pertransire: & post huius vitæ curricula ad gaudia sempiterna facias peruenire. Per Dñm.

Lectio libri Exodi.

Cap. 23.
IN diebus illis: Dixit Dominus ad Moysem: Hęc dices filijs Israel: Ecce ego mittã Angelum meũ, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quẽ paraui. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in illo. Quòd si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Præcedetque te Angelus meus. Graduale.
Laudate Dñm Deũ nostrũ, q̃ nõ deser- Iudit. 13.
uit sperãtes in se: & in me adimpleuit misericordiã suam. ℣. Viuit autẽ ipse Dñs, quoniã custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & commorantẽ, & reuertentem, & non permisit me Dominus
coinquinari. Allel. allel. ℣. Immittet an- Psal. 33.
gelus Dñi in circuitu timentium eum: & eripiet eos. Gustate, & videte quoniam suauis est Dñs: beatus vir, qui sperat in eo. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dr̃ se-
quens Tract. Angelis suis mandauit de Psal. 90.
te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidẽ, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.
Tẽp. Paschali, Allel. ℣. Immittet ange- Psal. 33.
lus Domini in circuitu timentium eũ, & eripiet eos. Gustate, & videte quoniam suauis est Dñs: beatus vir, q̃ sperat in eo.
Allel. allel. ℣. Angelus Domini descen- Matt. 28.
dit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia.
Post Ascens. Allel. ℣. Immittet angelus Psal. 33.
Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos. Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui spe-
rat in eo. Allel. alleluia. ℣. Ascendens Ephe. 4.
Christus in altum captiuã duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Alleluia.



Si pro re graui etc. celebretur, additur Credo

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 18. IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in cælis sẽper vident faciẽ patris mei, qui in cælis est. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Quid vobis videtur? si fuerit alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quærere eam, quæ errauit? & si contigerit vt inueniat eam: amen dico vobis, quia gaudet super eam magis quàm super nonagintanouem, quæ non errauerunt. Sic nõ est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Offertorium.

Heb. 1. Angeli sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis. ~~Tempore Paschali additur alleluia.~~ Secreta.

HOstias tibi Dñe deferimus immolãdas: quæ intercedẽte beato Angelo custode, à tua nobis clemẽtia deputato, tẽporali cõsolatione nos sic lętificẽt, vt ꝑmissa citius sperem⁹ æterna. Per Do.

Isa. 61. Communio. Super muros tuos Ierusalẽ constitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum, dicit Dominus.

~~Temp. Pasch. additur allel.~~ Postcom.

SEntiamus Domine quæsumus tui perceptione sacramenti subsidium mentis, & corporis: vt in vtroque saluati, interueniente beato Angelo custode nostro, cælestis remedij plenitudine gloriemur. Per Dominum nostrum.

// quando pro re graui etc. solemniter celebratur, dicitur Credo.

MISSA VOTIVA Apostolorum Petri & Pauli. Mihi autẽ: vt inf. oct. Apost. Petri & Pauli. 365. ✳ sed Glor. in exc. & Credo, non dicũtur.

✳ cum orationibus nisi octaui, Deus cuius dextera ...

Si dicenda sit Missa omnium Apostolorum, dicitur eadem Missa, præter orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio.

PRotege Dñe populũ tuum: & Apostolorum tuorum patrocinio cõfidentẽ, perpetua defensione conserua. Per Dominũ. Secreta.

HOstias Domine quas nomini tuo sacrandas offerimus, Apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas & defendi. Per Dominum nostrum Iesum. ✠ Postcommunio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: & Apostolorum tuorum tuere præsidijs, quorum donasti fideles esse doctrinis. Per Dominum nostrum.

~~MISSA VOTIVA de sanctis quindecim auxiliatoribus.~~ Introitus.

Psal. 33. MVltæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. Temp. Pasch. additur alleluia. Psal. Benedicam Dñm in omni tẽpore: sẽper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

OMnipotẽs ac mitissime Deus, qui electos sanctos tuos Georgium, Blasium, Erasmum, Pantaleonem, Vitum, Christophorum, Dionysium, Cyriacum, Achatium, Eustachiũ, Magnum, Ægidium, Margaritam, Barbaram,

⊕ Post septuag. All. dimisso, graduale reiteratur. Temp. pasch. semel All. et ℣. dicitur. Si pro re graui etc., dicitur Gloria in exc., et ~~si solemniter, etiam~~ Credo. Et post septuag. ℣. tract. Coeli enarrant, ut in festo ... tempore paschali duo ℣.

ram, & Catharinam specialibus priuilegijs decorasti; quæsumus; vt oẽs qui in necessitatibus nostris eorũ imploramus auxiliũ, secũdũ tuæ promissionis gratiã, petitionis nostræ salutarẽ cõsequamur effectũ: da nobis Dñe veniã peccatorũ: & nos ipsorũ intercedẽtibus meritis, ab oĩbus aduersitatibus libera: & deprecationes nostras benignus exaudi. Per Dñm.

Epist. Sãcti per fidẽ. de cõi plur. mar. 8.

Psal. 33. Graduale. Clamauerunt iusti, & Dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. ℣. Iuxta est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit. Alleluia, allel.

Psal. 31. ℣. Lætamini in Dño, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Allel. Tempore Pasch. omisso Grad. dr Allel. semel tantum, & ℣. Lætamini, & post ℣. non repetitur Allel. Post Septuag. nõ dicitur Allel. sed reiteretur Graduale. Euang. Confiteor tibi Pater, Dñe, cæli, & terræ, vt in die S. Matthiæ. 327.

Psal. 67. Offertorium. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutẽ, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus. Tempore Pasch. additur allel. Secreta.

Suscipe quæsumus clementissime Deus preces & hostias, quas tibi in sanctorum tuorũ Georgij, Blasij, Erasmi, Pantaleonis, Viti, Christophori, Dionysij, Cyriaci, Achatij, Eustachij, Magni, Ægidij, Margaritæ, Barbaræ, & Catharinæ honore deferimus: vt qui nostræ iustitiæ fiduciã nõ habemus: eorũ qui tibi placuerũt singulariter intercedẽtibus meritis, petitionum nostrarũ te pium largitorem sentiamus. Per Dñm.

Psal. 78. Communio. Posuerunt morticinia seruorum tuorum Domine escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Secundum magnitudinẽ brachij tui, posside filios mortificatorum. Tẽpore Pasch. additur allel. Post cõm.

Sacramenta quæ sumpsimus, Dñe quæsumus, intercedentibus sanctis tuis Georgio, Blasio, Erasmo, Pantaleone, Vito, Christophoro, Dionysio, Cyriaco, Achatio, Eustachio, Magno, Ægidio, Margarita, Barbara, & Catharina nobis prosint ad veniam: & quorum petitionẽ clementer exaudisti in necessitatibus nostris eorum nos releue miseratus auxilio: & ab omni aduersitate potenter custodi. Per Dominum.

## MISSA PRO SEIPSO sacerdote.

Introitus.



Nclina Dñe aurẽ tuã, & exaudi me: saluum fac seruũ tuũ, Deus meus, sperantẽ in te. Miserere mei Dñe, quoniam clamaui ad te. Psal. 85. Psal. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus, tuæ gratiæ pietatẽ supplici deuotione deposco: vt omnium malorũ meorum vincula soluas, cunctisque meis criminibus & peccatis clemẽter ignoscas: & quia me indignum & peccatorem ad ministerium tuum vocare dignatus es, sic me idoneum tibi ministrum efficias; vt sacrificium de manibus meis placide ac benigne suscipias: electorumque sacerdotum me participem facias: & de præceptis tuis in nullis me oberrare permittas. Per Dominum.

Lectio libri Eſdræ.

1.Ca. 9. IN diebus illis: Orauit Eſdras, dicens: Deus meus confundor & erubeſco leuare faciẽ meã ad te: quoniã iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrũ, & delicta noſtra creuerunt vſq; ad cælũ à diebus patrũ noſtrorum: ſed & nos ipſi peccauimus grauiter vſq; ad diem hanc, & in iniquitatibus noſtris traditi ſumus ipſi, & reges noſtri, & Sacerdotes noſtri in manũ regũ terrarum, & in gladiũ, & in captiuitatẽ, & in rapinã, & in confuſionem vultus, ſicut & die hac. Graduale.

Pſal. 18. A b occultis meis mũda me Dñe: & ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Si mei nõ fuerint dominati, tũc immaculatus ero: & emũdabor à delicto maximo. Allel. allel. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus Pſal. 58. meus: & ab inſurgentibus in me libera me. Allel. Poſt Septuag omiſſo Allel. & ℣. repetitur Grad. Temp. Paſch. omiſſo Gradual. dr̃ Allel. ſemel tm̃, & ℣. Eripe me: & poſt ℣. non dicitur Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

Cap. 18. IN illo tẽpore, Dixit Ieſus ad quoſdã, qui in ſe cõfidebãt tamquã iuſti, & aſpernabãtur ceteros, parabolam iſtam: Duo homines aſcenderunt in tẽplum vt orarẽt, vnus Phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtãs, hęc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi; quia nõ ſũ ſicut ceteri hoĩum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus: ieiuno bis in ſabbato: decimas do omniũ, quæ poſſideo. Et publicanus à longe ſtans, nolebat nec oculos ad cælũ leuare: ſed percutiebat pectus ſuũ, dicẽs: Deus propitius eſto mihi peccatori: Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domũ ſuam ab illo, quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Offertorium.

Miſerere mei Deus: ſecundũ magnã miſericordiã tuã, dele Dñe iniquitatẽ meã. Pſal. 50.

~~Tempore Paſchali additur allel.~~ Secreta.

DEus, qui te pręcipis à peccatorib' exorari, tibiq; ſacrificiũ cõtriti cordis offerri; hoc ſacrificiũ quod indignis manibus meis offero, acceptare digneris: vt ipſe tibi hoſtia fiam, & peccatorum meorũ percipiã remiſſionem. Per Dñm.

Communio. Ab occultis meis munda me Dñe: & ab alienis parce ſeruo tuo. Pſal. 18.

~~Tempore Paſchali additur alleluia.~~

Poſtcommunio.

HVius mihi Dñe ſacramẽti ſuſceptio, ſit peccatorũ meorũ remiſſio, & tuę pietatis optata propitiatio: vt per hæc te opitulãte efficiar ſacris myſterijs dignus, quę de tua pietate cõfiſus, frequentare præſumo indignus. Per Dñm.

MISSA PRO MVLIERIBVS prægnãtibus, aut alias in partu laborantibus ad honorem B. Virginis. Introit.

ALma virgo virginũ, ſancta Dei genitrix, pro deuotis porrige ancillis tuis preces obnixas ad Filiũ: quæ parturientiũ benigna es auxiliatrix. ~~Tempore Paſchali additur allel.~~ Pſal. Iurauit Dñs Dauid veritatẽ, & nõ fruſtrabitur eum: De fructu vẽtris tui ponam ſuper ſedẽ tuã. ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in excelſis.~~ Orõ. Pſal. 131.

EXaudi clementiſſime Pater deprecationem ſerui tui, pro pauper ancilla

cilla tua in partu, nunc aut impoſterum laborante, maieſtati tuę deuotiſſime ſupplicamus: vt quemadmodum tua eam prouidentia concipere decreuiſti, ita ipſam benedictione tua præambula, ad laudē tui ſacri nominis virgine glorioſa ſuffragante, celeriter iubeas expedire. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus.

Lectio libri Geneſis.

Cap. 3. IN diebus illis: Dixit Dominus ad Adā. Ex ligno de quo prę ceperam tibi ne comederes, comediſti? Dixitq; Adam: Mulier, quam dediſti mihi ſociā, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dn̄s Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpēs decepit me, & comedi. Et ait Dominus Deus ad ſerpentē: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terrę: ſuper pectus tuū gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitę tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemē illius: ipſa conteret caput tuū, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & cōceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adæ vero dixit: Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo, præceperā tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Graduale. Ecce virgo concepit abſque dolore: peperit nobis filium, cuius nomen vocatū eſt Ieſus. ℣. Qui ſicut pluuia in vellus, ita in vterum virginis deſcendit: & velut ſol porta clauſa ex vtero virginali ad nos introiuit. Alleluia, alleluia. ℣. Ad tuum ò Maria confugiunt præſidium pauperes in partu laborantes: quas ſuis quæſo non deſpicias in neceſſitatibus, ſed à periculis cunctis libera eas virgo ſemper benedicta. Alleluia. Tempore Paſchali omiſſo Grad. dicitur Alleluia, ſemel tātum, & ℣. Ad tuum: & poſt ℣. non repetitur Alleluia, *Poſt* Septuageſimam omiſſo Alleluia, & ℣. dicitur ſequens Tract. Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes ſola intereniſti. ℣. Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidiſti. ℣. Dum virgo Deum & hominem genuiſti: & poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cū autem pepererit puerū, iam nō meminit preſſuræ propter gaudiū: quia natus eſt homo in mundū. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me nō rogabitis quidquam. Amen, amē dico vobis: ſi quid petieritis Patrē in noīe meo, dabit vobis. Vſque modo non petiſtis Cap. 16.

quid-

Hec missa pro mulieribus pregnantibus habetur pro illegitima.

quidquã in noĩe meo: Petite, & accipietis, vt gaudiũ veſtrũ ſit plenũ. Offertor.

A ue Maria parturientium conſolatrix: gratia plena infantium ſubleuatrix: quia Dñs eſt tecũ, ipſorum eſto protectrix: vt præ mulieribus benedicta dicaris: & ſuper omnes benedictus à cunctis Chriſticolis extollatur fructus ventris tui. ~~Tempore Paſch. additur allel.~~ Secreta.

P Iiſſime Chriſte Ieſu, qui abſq; doloris contagione, ex vtero virginali almificæ matris tuæ in mundum tua dignatione ſanctiſſima porta clauſa exire dignatus es; cõcede propitius: vt fructũ ancillę tuę in orbem terrarũ, ſanũ & incolumẽ taliter diſponas peruenire: quòd ad fontẽ baptiſmatis vnà tecũ regenerari mereatur. Qui viuis, & regnas cum Deo patre in vnitate. Communio.

I n partu puerorũ ò Maria ſol tuus reſplẽdeat miſericordiæ: quo lucente, cetera poſt Deũ luminaria ſunt quaſi nõ ſint. ~~Tempore Paſch. additur allel.~~ Poſtcom.

B Eatiſſime Spiritus, per quẽ condita ſunt vniuerſa, ſuppliciter tuam exaudire digneris famulã, pro qua has tuę porrigimus pietati preces: vt quẽadmodũ tuo felici, & ſancto iuuamine optat liberari; ita ſuffragijs beatiſſimæ Matris Dei lumẽ gratię tuę in eius celeri expeditione infundere digneris. Qui cum Deo Patre, & Filio viuis & regnas Deꝰ, per omnia ſæcula ſæculorũ. ℞. Amen.

## MISSA PRO PARVVLIS pueris.

Introitus.

Pſal. 112.

L Audate pueri Dominũ: laudate nomen Domini. Qui habitare facit ſterilẽ in domo matrẽ filiorum lætantem. ~~Tempore Paſch. additur allel.~~ Pſal. Sit nomen Dñi benedictũ, ex hoc nunc, & vſq; in ſæculum. ℣. Gloria Patri, & Filio. ~~Non dicitur Gloria in excelſis.~~ Oratio.

O Væſumus omnipotẽs Deus pueris iſtis, pro quibus tuã deprecamur clementiã, benedicere digneris: & per virtutẽ ſancti Spiritus corda eorum corrobora: vitam ſanctifica: caſtimoniã decora: & ſenſus eorum in bonis operibus munias, & informes: proſpera tribue: pacem concede: ſalutem cõfer: charitatẽ largire: & ab omnibus diabolicis, atque humanis inſidijs tua protectione & virtute ſemper defende: & in fine ad requiem paradiſi perducere digneris. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. In vnitate eiuſdem.

Lectio libri Geneſis.

I N diebus illis: Benedixit Iacob filijs Ioſeph, & ait: Deus, in cuius cõſpectu ambulauerũt patres noſtri Abraham, & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque in præſentẽ diẽ: Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomẽ meũ, nomina quoq; patrũ meorũ Abrahã, et Iſaac, & creſcãt in multitudinem ſuper terrã. Cap. 48.

Graduale. P rotector noſter aſpice Deus: & reſpice ſuper ſeruos tuos. Pſal. 83.

℣. Domine Deus virtutũ, exaudi preces ſeruorum tuorum. A lleluia, allel.

℣. Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. Tempore Paſchali omiſſo Graduali dicitur Alleluia. ſemel tantum, & ℣. Laudate: & poſt ℣. non repetitur Alleluia. Poſt Septuageſimam non dicitur Alleluia, ſed reiteretur Graduale. Pſal. 112.

S equen-

Sequentia S. Euangelij secundũ Marcũ.

Cap. 10.

IN illo tempore, Offerebant paruulos ad Iesum vt tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Iesus, indigne tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium est enim regnum Dei. Amen dico vobis: Quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. Offertoriũ.

Psal. 8. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum, & vltorem.

Tempore Paschali additur allel. Secreta.

REspice Dñe ad puerorũ deuotionẽ, & iusta eorũ perfice desideria: vt in tua gratia, & misericordia proficiscãtur, & ad finẽ optatũ feliciter perducãtur. Per Dñm. Cõm.

Ioan. 17. Pater, cũ essem cũ eis, ego seruabam eos, quos dedisti mihi. Nunc autẽ ad te venio. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Tempore Paschali additur allel. Postcom.

CLementissime Dñe Iesu Christe, suscipere digneris famulorum, famularumq; tuarũ innocẽtiã, & parentũ suorũ fidẽ, & voces omniũ salutẽ hanc clamãtiũ: infunde sup eos spiritualiũ dona virtutum: vt nullus inimicus humani generis eos fraude decipiat. Per Dñm.

¶ Oratio super paruulis.

TE Deum patrem omnipotentem atq; clementem, trinum, & vnum, mundi factorem, Vitæ auctorem deprecamur: qui es terribilis, pius, misericors, & laudabilis, innocens, & innocentiæ amator, humilis, & humilitatis assumptor: mãsuetus, & mansuetudinis habitator: qui venientibus ad te paruulis manus tuæ benedictionis imponens, talium dixisti esse regnũ cælorum: benedic quęsumus & hos paruulos, qui hodie in Ecclesia ad benedicendum sunt pręsentati: tu eis Domine da intellectum, & pietatis augmentum: vt te sapiant, te diligant, te ament, te timeant: & mandata tua custodiant: & te concedente vsque ad vltimam perueniant senectutem: per te saluator mundi Deus. Qui viuis, & reg.

Cum ... et ... ut supra.

## MISSA PRO FEBRICITANTE, ad honorem sancti Sigismundi martyris, & sancti Alberti. Introitus.

CIrcumdederũt me gemitus mortis, dolores inferni circumdederunt me: & in tribulatione mea inuocaui Dominum: & exaudiuit de templo sancto suo vocẽ meam. Temp. Pasch. ad. allel. Psalm. Psal. 17. Diligã te Domine fortitudo mea: Dñs firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. ℣ Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis Deo. Oratio.

OMnipotẽs, & misericors Deus, qui per sanctos apostolos tuos, & martyres diuersa sanitatum dona largiri dignatus es; te supplices exoramus pro famulo tuo, qui vexatione febris fatigatur, vt beatæ Mariæ virginis, & fidelis famuli tui Sigismundi Regis, & martyris, atq; sãcti Alberti, & omniũ sanctorũ, & sanctarũ precibus clementer occurras: & per

Istę duę missę, pro paruulis, et pro febricitante habentur supra

& per eorum meritũ illi conferas medicinã. Per Dñm. Epist. In diebus illis ægrotauit Ezechias. vt in Feria v. Cinerum. 54.
Psal. 83. Grad. Protector noster aspice Deus: & respice super seruos tuos. ℣. Dñe Deus virtutum, exaudi preces seruorum tuorum. Allel. allel. ℣. Verba mea auribus
Psal. 5. percipe Dñe: intellige clamorẽ meũ. All. Temp. Pasch. omisso Grad. dicitur Alleluia, semel tantum, & ℣. Verba mea: & post ℣. non repetitur Alleluia. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens
Psal. 102. Tract. Dñe non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
Psal. 78. ℣. Dñe ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. Euangeliũ. Surgens Iesus de synagoga. vt in Feria quinta post Dominicam tertiam Quadragesi. 88. Offertorium.
Psal. 117. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me. Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini. Tempore Paschali additur allel. Secreta.

Offerimus tibi Domine munera & vota in nomine electi martyris tui Sigismundi Regis, & confessoris tui Alberti, pro præsenti ægroto, qui febris vexatione laborat; vt ab eo febrium ardores repellere iubeas: & tuis semper in omnibus muniatur auxilijs. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Matt. 8. Communio. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniã, & curabo eũ. Tempore Paschali additur alleluia.

Postcommunio.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur; vt quod deuoto corde poscimus, benignus assumas: & huic famulo tuo qui vi febris fatigatur, beatæ virginis Mariæ, & fidelissimi famuli tui Sigismũdi, atque sancti Alberti, & omnium sanctorum & sanctarum precibus occurras: quatenus illi, per ea quæ sumpsimus conferas medicinam: & ad æternam salutem perducas. Per Dominum.

## MISSA PRO INFIRMIS.

Introitus.

Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meã: intende mihi, & exaudi me. Tempore Paschali additur alleluia. Psal. 54. Psal. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. ℣. Gloria Patri, & Filio. Non dicitur Gloria in excelsis.

Pro pluribus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, salus æterna credentium; exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordiæ tuæ imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro vno. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, salus æterna credentium; exaudi nos pro famulo tuo infirmo, pro quo misericordiæ tuę imploramus auxilium:

vt

vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referat actiones. Per Dñm.

Lectio Epistolæ beati Iacobi Apostoli.

Cap. 5. FRatres: Tristatur aliquis vestrũ? oret. Æquo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini. Graduale.

Psal. 6. Miserere mei Domine quoniam infirmus sum: sana me Domine. ℣. Conturbata sunt ossa mea. Et anima mea tur-
Psal. 101. bata est valde. Alleluia, allel. ℣. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. reiteretur Graduale. Tempore Paschali omisso Grad. dicitur Alleluia, semel tantum, & ℣. Domine ex. & post ℣. non repetitur Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 8. IN illo tempore, Cũ introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eũ Centurio, rogans eũ, & dicẽs: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniã, & curabo eum. Et respondẽs Centurio, ait: Dñe nõ sum dignus vt intres sub tectũ meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habẽs sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiẽs autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente veniẽt, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cęlorũ: filij autẽ regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dẽtium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Offert.

Exaudi Deus orationẽ meã, & ne despe Psal. 54.
xeris deprecationẽ meã: intende mihi, & exaudi me. ~~Tempore Paschali dicitur alleluia.~~

Pro pluribus. Secreta.

DEus, sub cuius nutibus vitæ nostrę momenta decurrunt; suscipe preces nostras, & hostias pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordiam tuã ægrotantibus imploramus: vt de quorũ periculo metuimus, de eorum salute lætemur. Per Dom. Pro vno. Secreta.

DEus, sub cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt; suscipe preces nostras, & hostias pro famulo tuo infirmo, pro quo misericordiam tuam ægrotante imploramus: vt de cuius periculo metuimus, de eius salute lætemur. Per Dominum nostrum. Communio.

Illumina faciẽ tuã super seruum tuum, Psal. 30.
& saluum me fac in tua misericordia: Domine non confundar, quoniam inuocaui te. ~~Tempore Paschali dicitur alleluia.~~

Pro pluribus. Postcommunio.

DEus infirmitatis humanæ singulare præsidium; auxilij tui super infirmos famulos tuos ostẽde virtutem: vt ope misericordiæ tuæ adiuti, Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumes repræsentari mereantur. Per Dominum nostrum.

Fr. 5 vno. Post.

Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium; auxilij tui super infirmum famulum tuum ostende virtutem: vt ope misericordiæ tuæ adiutus, Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumis repræsentari mereatur. Per Dominum.

## MISSA PRO INFIRMO, qui proximus est morti, vel pro in agonia posito.

Introitus.

Psal. 17. Ircumdederunt me gemitus mortis, dolores circumdederunt me: & in tribulatione mea inuocaui Dominum: & exaudiuit de templo sancto suo vocẽ meam. allel. Psalmus. Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meũ, & liberator meus. V. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, cõseruator animarum, qui quos diligis, corripis, & quos recipis, pie ad emẽdationẽ coerces; te Dñe deprecamur; vt medelã tuã conferre digneris in animam famuli tui, q in corpore patitur mẽbrorũ debilitatem, vim laboris, stimulos infirmitatũ: da ei Dñe gratiam; & misericordiã tuã: vt in hora exitus illius de corpore, absque peccati macula, Creatori proprio per manus sanctorum Angelorum eius anima repræsentari mereatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 55. N diebus illis: Locutus est Isaias Propheta, dicens: Quærite Dominũ, dũ inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dñm, & miserebitur eius, & ad Deum nostrũ: quoniã multus est ad ignoscẽdum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neq; viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dñs.

Graduale. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te Domine. V. Quoniã non in finẽ obliuio erit pauperis: patiẽtia pauperum non peribit in finem. Exurge Dñe, non confortetur homo. Alleluia. allel. V. Ne derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris meus. Alleluia. Psal. 9. Psal. 26.

Temp. Pasch. omisso Grad. dr Alleluia. semel tãtũ, & V. Ne derelinquas: & post V. non repetitur Alleluia. Post Septuag. omissis Allel. & V. dicit sequens Tract.

Domine non secundũ peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. V. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. Psal. 102. Psal. 78.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 16. N illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Offertorium.

Domi-

Pro infirmo, qui proximus est morti, accipiantur orõnes ex missali Rom: Haec autem missa tollatur ut adulterina.

Psal. 6. Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluũ me fac propter misericordiam tuam. Tempore Pasch. additur allel. Secreta.

ADesto Dñe supplicationibus nostris: & suscipe hostiam, quã tibi offerimus pro famulo tuo iacente in grabato, salutem non solũ corporis, sed & animæ suæ petente: pręsta ei omnipotẽs Deus indulgẽtiã omniũ iniquitatũ suarũ per immensam clementiã tuã, & per intercessionem omniũ sanctorum tuorũ: vt per hæc, quę sustinet flagella, à sanctis Angelis suscipiat: & peruenire mereatur ad glorię tuæ regnum. Per Dñm.

Psal. 30. Communio. In manus tuas Domine commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis. Tempore Paschali additur alleluia.

Postcommunio.

GRatias agimus tibi Domine multiplicibus largitatibus tuis, ex quibus animas in te sperantium sanare consueuisti: & confisi de tua pietate precamur; vt misereri digneris famulo tuo: ne pręualeat aduersus eũ aduersarius in hora exitus illius de corpore: sed trãsitũ habere mereatur ad vitã perpetuã. Per Do.

## MISSA PRO ITER agentibus.

Introitus.

Psal. 30. ESto mihi in Deum protectorem: & in locum refugij, vt saluũ me facias. Quoniam firmamentum meũ, & refugium meum es tu: & propter nomen tuũ dux mihi eris, & enutries me. Tempore Pasch. additur allel. Psal. In te Dñe sperαui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

ADesto q̃s Dñe supplicationibus nostris; & viã famulorum tuorũ in salutis tuæ prosperitate dispone: vt inter omnes viæ, & vitæ huius varietates, tuo semper protegãtur auxilio. Per Do.

Lectio libri Genesis.

Cap. 46. IN diebus illis. Profectus Israel cũ omnibus, quæ habebat, venit ad Puteum iuramenti: & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem noctis vocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob. Cui respõdit: Ecce adsum. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem. Graduale.

Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Alleluia, allel. ℣. Ostẽde nobis Domine misericordiã Psal. 84. tuam: & salutare tuum da nobis. Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. repetitur Grad. Tẽp. Pasch. omisso Grad. dr̃ Allel. semel tãtũ, & ℣. Ostende nobis: & post ℣. non repetitur Allel. Euang. Vtiq; dicetis mihi: vt in feria ij. post Dominicam iij. Quadr. 84. Offertorium.

Psal. 16. Perfice gressus meos ĩ semitis tuis: vt nõ moueantr̃ vestigia mea. Inclina Dñe aurẽ tuã mihi, & exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas, q saluos facis sperãtes in te Dñe. Tẽp. Pasch. additur allel. Secret.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris: & has oblationes

quas

+ Cum pro re graui etc., fiat, ut supra.

quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assume: vt viam illorum & præcedente gratia tua dirigas, & subsequente comitari digneris: vt de actu atq; incolumitate eorum secūdum misericordiæ tuæ pręsidia gaudeamus. Per Dominū.

Psal. 118. Cōmunio. Tu mandasti mādata tua custodiri nimis. Vtinā dirigantur viæ meę, ad custodiendas iustificationes tuas. Tempore Pasch. additur allel. Post cōm.

DEus infinitæ misericordiæ & maiestatis immensæ; quem nec spatia locorum, nec interualla temporum ab his quos tueris, disiungunt: adesto famulis tuis in te vbiq; confidentibus: & per omnē quam ituri sunt viam, dux eis & comes esse digneris: nihil eis aduersitatis noceat, nihil difficultatis obstet: cūcta eis salubria, cuncta sint prospera: vt sub ope dexteræ tuæ, quidquid iusto expetierint desiderio, celeri consequantur effectu. Per Dominum nostrum.

¶In supradicta Missa potest addi sequens Oratio de tribus Magis pro iter agentibus, ad libitū Sacerdotis. Oratio.

pro re gravi ... fiat ut supra.

DEus, qui tres Magos orientales Gaspar, Melchior, & Balthasar ad Filij tui Dn̄i nostri Iesu Christi cunabula, vt eū mysticis adorarēt muneribus, sine impedimēto duxisti & reduxisti; concede famulis tuis in hoc itinere quod peracturi sunt, per ipsorū triū Magorū pias intercessiones & merita, pacē & prosperitatē ac sanitatē: quatenus ipso vero sole, vera stella, & vero lumine ducente, ad loca optata sine offensione & impedimento peruenire mereantur. Per eundem Dn̄m. Secreta.

DEus, qui es gloria sanctorum, & dirigis viam iustorū; dirige Angelum pacis cum famulis tuis: qui eos ad locum quò pergunt, cū iucūditate, prosperitate, & pace, sine impedimēto animæ & corporis ducat, & reducat: eisq; nō possint nocere antiqui hostis insultus: procul sit ab eis omnium malorum accessus: & comes eorum dignetur esse Spiritus sanctus. Per Dn̄m. Postcomm.

OMnipotēs sempiterne Deus, qui misisti Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christū de sinu tuo in vterum Mariæ virginis vt homo fieret; & homo factus, passus, & sepultus est; & misisti sanctos angelos tuos, non vt custodirent, sed vt testimonium perhiberent resurrectionis veræ; te deprecamur pijssime Deus, per illorū triū Magorū orientaliū interuentū; vt digneris angelos tuos mittere, qui sint circa famulos tuos die, ac nocte: sintq; securi in corpore, & aīa, ac rebus omnibus. Per Do.

Hę orōnes de tribus Magis sunt additę sine fundamento

## MISSA VOTIVA pro nauigantibus. Introitus.

Psal. 68. INfixus sum in limo profundi: & veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me. Tempore Paschali additur allel. Psal. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DOmine Iesu Christe, cui data est omnis potestas in cælo, & in terra, in mari, & in oībus abyssis; tibi cōmēdamus oēs Christianos nauigātes, super vndas maris te deuote inuocātes: vt eos à cūctis periculis eripias, & per intercessionē beatæ, & gloriosæ, semperq; virginis

ginis Dei genitricis Mariæ, & beatorum Apostolorũ Petri, & Pauli, atq; omniũ Sanctorũ, illos sanos & incolumes ad salutis portũ perducere digneris. Qui viu.

Vel dicitur hæc alia Orat.

DEus qui trãstulisti patres nostros per mare Rubrum, & trãsuexisti eos per aquã nimiã, laudem tui nominis decantantes; te suppliciter deprecamur; vt in naui famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis. Per Dominum.

Lectio Epist. B. Pauli Apostoli ad Cor.

2. Cap 11. FRatres: Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sũ, ter naufragium feci, nocte, & die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore, & ærumna, in vigilijs multis, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate. Graduale.

Psal. 68. Exaudi me Dñe, quoniã benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarũ respice in me. ℣. Nõ me demergat tẽpestas aquę, neque absorbeat me profundũ, neque vrgeat sup me

Psal. 106. puteus os suũ. Allel. allel. ℣. Statuit Dñs procellam eius in aurã: & siluerunt fluctus eius. Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portũ voluntatis eorum. Allel. Post Septuag. omissis Allel. & ℣. repetit Grad. Tẽp. Pasch. omisso Grad. dr Allel. semel tãtũ, & ... Statuit Dñs: & post ℣. non repetitur Allel. Euãg. Iussit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, quære in ... Apost. Petri & P... 367.

Psal. 106. Offert. Dixit Dñs, & stetit spiritus pro-



cellæ, & exaltati sunt fluctus eius. Et clamauerunt ad Dñm cũ tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.

Temp. Pasch. ... allel.

DEus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit; & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit; exaudi nos propitius & concede; vt amborum meritis, omnes Christiani nauigantes à periculis maris liberentur. Qui viuis & reg.

Vel dicitur hæc alia Secreta.

SVscipe quęsumus Domine preces famulorũ tuorum, cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrantes ab omnibus defende periculis. Per Do. X eos, pro qu... X mus,

Psal. 68. & 88. Com. ... Laudent Dominum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis. Quoniam tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Temp. Pasch. ... allel. Postcom.

DOmine rex permanens sine fine, qui transtulisti patres nostros per Mare rubrum, & trãsuexisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes; supplices deprecamur; vt sicut liberasti Apostolos tuos Petrum, & Paulum de periculo maris, ita liberare digneris famulos tuos nauigantes ab omni tempestate & maris periculo, & à seductione diaboli, & ab alijs periculis vniuersis, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis. Per Dominum.

Vel dicitur hæc alia ...

SAnctificati diuino mysterio, maiestatem tuam Domine suppliciter deprecamur, & petimus; vt quos donis facis cælestibus interesse, per signum sanctæ crucis & à peccatis omnibus abstrahas, X famulos tu... X memorari, X Li...

e &à

& à periculis cunctis miseratus eripias. Per Dominum nostrum.

im pro re gra- et c., fiat ut supra.

## MISSA PRO PECCATIS.

Introitus.

Sap. 11. Isereris omnium Domine, & nihil odisti eorũ quæ fecisti: dissimulans peccata hominum propter pœnitentiã, & parcẽs illis, quia tu es Domin⁹ Deus noster. Temp. Pasch. additur alleluia. Psalmus.

Psal. 56. Miserere mei Deus, miserere mei: quoniã in te confidit anima mea. ℣. Gloria Patri. Nõ dr Gloria in excelsis. Oratio.

EXaudi quæsumus Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Per Dominum nostrum Iesum.

Lectio Epist. B. Pauli Apost ad Rom.

Cap. 7. Ratres: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in mẽbris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrũ. Graduale.

Psal. 78. Propitius esto Dñe peccatis nostris: ne quãdo dicãt gẽtes: Vbi est Deus eorum. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & ꝑpter gloriã nominis tui Dñe libera nos.

Psal. 7. Allel. allel. ℣. Deus iudex iustus, fortis, & patiẽs, nunquid irascitur per singulos dies? Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. repetitur Grad. Tẽp. Pasch. omisso Grad. dr Allel. semel tantũ, & ℣. Deus iudex: & post ℣. non repetitur Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se? Cap. 11.

Offertorium.

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat. Tempore Pasch. additur alleluia. Psal. 101.

Secreta.

HOstias tibi Domine placationis & laudis offerimus: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominũ. Comm.

Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulsanti aperietur, allel. Post Septuag. non dicitur alleluia. Postcomm. Luc. 11.

PRęsta nobis ęterne Saluator; vt percipientes hoc munere veniã peccatorũ, deinceps peccata vitemus. Per Do.

## MISSA IN TEMPORE tribulationis.

Introitus.

Psal. 24. Eminiscere miserationum tuarũ Domine, & misericordiæ tuæ, quæ à seculo sunt. Ne vmquã dominentur nobis inimici

Quando pro re graui etc. cantando solemniter celebratur, dicitur Credo, sed non Gloria.

inimici noſtri. Libera nos Deus Iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. ~~Tempore Paſchali additur allel.~~ Pſal. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcã. ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in excelſis.~~ Oratio.

DEus, qui contritorũ non deſpicis gemitus, & credentium in te nõ ſpernis affectũ; intercedente beata, ſemperque virgine Maria, cũ omnibus Sanctis tuis, adeſto precibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus, eaſq; clementer ſuſcipi~~tribuas: vt~~ quidquid contra nos diabolicę atque humanæ moliuntur aduerſitatum fraudes, ad nihilũ redigatur, & conſilio pietatis tuæ allidatur: quatenus nullis aduerſitatibus lęſi, ſed de omni tribulatione et anguſtia erepti, lęti in Eccleſia tua ſancta tibi gratias referamus. Per Dñm. Epiſt. Mardochæus deprecatus eſt Dñm. quære in feria quarta poſt Dnicã ij. Quadrag. 75.

Pſal. 43. Graduale. Exurge Dñe, fer opem nobis, & libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerũt nobis. Opus, quod operatus es in diebus eorum: & in diebus antiquis. Alleluia, alleluia.

Pſal. 84. ℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuã: & ſalutare tuũ da nobis. Allel. Poſt Septuag. omiſſo Allel. & ℣. reiteretur Grad. Tẽpore Paſch. omiſſo Grad. dicitur Alleluia, ſemel tantũ, & ℣. Oſtẽde nobis: & poſt ℣. nõ reiteretur. Allel. Euang. In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Quis veſtrum habebit amicũ: quære feria ij. in Rogationibus. 234.

Pſal. 84. Offertorium. Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis. ~~Tempore Paſchali additur allel.~~ Secret.

DEus, qui tribulatos corde ſanas, & męſtos actu iuſtificas; ad hanc propitius hoſtiam, quam tibi pro noſtra tribulatione offerimus, dignanter attende; & benignus accipe: diſcrimina noſtra depelle, & miſeriarum, & anguſtiarũ noſtrarum amoue preſſuram: vt exuti ab omnibus, quæ patimur malis, in tuis ſemper mereamur exultare præſidijs. Per Dominum.

Communio. Redime Deus Iſrael, ex omnibus anguſtijs noſtris. ~~Tempore Paſchali additur alleluia.~~ Poſtcomm. Pſal. 24.

DImitte Domine Deus peccata noſtra, & tribue nobis miſericordiã tuam, quam ſacramenti cæleſtis participatione exquirimus: & intercedente beata Maria ſemper virgine, cum omnibus ſanctis tuis, humilitatem noſtram attende, vincula ſolue, delicta dele, tribulationem inſpice, aduerſitatem repelle, effectumque petitionis noſtræ clementer largire. Per Dominum.

¶ Supradicta Miſſa poterit dici pro quacumque tribulatione, ſiue neceſſitate tàm ſpeciali, quàm generali: mutatis tantum orationibus. *Et si dicatur pro re gravi et c., fiat ut in superiori miss[a]*

---

## MISSA PRO SERENITATE poſcenda.

Introitus.

VOx Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit: Dñs ſuper aquas multas. ~~Tempore Paſchali additur allel.~~ Pſal. Pſal. 28.

Afferte Domino filij Dei: afferte Dño gloriam & honorem. ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in excelſis.~~ Oratio.

AD te Domine clamantes exaudi: & aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præueniẽte, tuã clemẽtiã sentiamus. Per Do.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

Tre. 3. IN diebus illis: Dixit Ieremias: Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quòd non esset requies, donec respiceret & videret Dñs de cęlis. Oculus meus deprędatus est animã meã. Lapsa est in lacũ vita mea. Inundauerũt aquæ super caput meũ: dixi: Perij. Inuocaui nomen tuũ Dñe de lacu nouissimo. Vocẽ meã audisti: ne auertas aurẽ tuã à singultu meo, & clamoribus. Appropinquasti in die, qñ inuocaui te.

Psal. 19. Graduale. Exaudiat nos Dñs in die tribulationis: protegat nos nomen Dei Iacob. ℣. Mittat nobis auxiliũ de sancto:

Psal. 76. & de Siõ tueatur nos. Allel. allel. ℣. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquę: & timuerũt. Allel. Post Septuag. omisso Allel. & ℣. reiteretur Grad. Tempore Paschali omisso Grad. dr̄ Allel. semel tantum, & ℣. Viderunt te aquæ: & post ℣. non reiteretur Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 16. IN illo tempore, Accesserunt ad Iesum Pharisæi, & Sadducæi tentantes: & rogauerunt eum, vt signum de cælo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis: Facto vespere dicitis: Serenũ erit, rubicundũ est enim cęlum. Et mane: Hodie tẽpestas, rutilat enim triste cęlũ. Faciẽ ergo cęli dijudicare nostis: signa autem tẽporum nõ potestis scire?

Psal. 68. Offertorium. Saluũ me fac Deus, quoniã intrauerũt aquę vsq; ad animã meã. Tempore Paschali additur allel. Secret.

PRæueniat nos quęsumus Dñe gratia tua semper, & sequatur: & has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus, benignus assume: vt per intercessionem Sanctorum tuorum cunctis nobis proficiãt ad salutem. Per Dominũ. Communio.

Exaudiat Dominus orationes nostras, 1 Ma cha. ca. 1.
& reconcilietur nobis, nec nos deserat in tempore malo. Tempore Paschali additur alleluia. Postcommunio.

QVæsumus omnipotens Deus clementiam tuam; vt inundantiam coerceas imbrium: & hilaritatem tui vultus nobis impertiri digneris. Per Dñm.

MISSA AD PLVVIAM petendam. Introitus.

REminiscere miserationũ tuarum Domine, & misericordiæ tuæ, quæ à seculo sunt. Ne vmqũã dominentur nobis inimici nostri. Libera nos Deus Israel, ex omnibus angustijs nostris. Tempore Paschali additur allel. Psal. Ad te Domine leuaui animam meã, Deus meus in te confido, non erubescã. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio. Psal. 24.

DEus, in quo viuimus, mouemur, & sumus; pluuiam nobis tribue congruentem: vt præsentibus subsidijs sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per Dominum.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

IN diebus illis: Orauit Ieremias ad Dominum, dicens: Numquid proijciens abiecisti Iudã? Cap. 14.

aut

Quando pro re ... et c. solemn... cantur, dr Cred. tñ Gloria.

aut Sion abominata est anima tua? quare percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? expectauimus pacem, & non est bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio. Cognouimus Domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fedus tuum nobiscum. Nunquid sunt in sculptilibus Gentium, qui pluant? aut cæli possunt dare imbres? nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc. Graduale.

Psal. 84. Conuertere Domine aliquantulum: & deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis à generatione

Psal. 129. in generationem. Alleluia, allel. ℣. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Alleluia.

Post Septuag. omisso Allel. & ℣. Grad. reiteretur. Temp. Pasch. omisso Grad. dicitur Allel. semel tantum, & ℣. De profundis: & post ℣. non reiteretur Grad.

Sequentia S. Euãgelij secũdũ Matthæũ.

Cap. 15.

IN illo tempore, Iesus cõuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecũ, & non habent quod mãducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbæ, vt discumberent super terram. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt, quattuor millia hominum, extra paruulos, & mulieres. Et, dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fines Magedan.

Offert. Sicut in holocausto arietum, & Dan. 3.
taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrũ in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quia nõ est confusio cõfidentibus in te Dñe.

~~[illegible] allel.~~ Secreta.

OBlatis (+ quæsumus) Domine placare muneribus: & opportunum nobis tribue pluuiæ sufficientis auxilium. Per Dñm.

Communio. Petite, & accipietis: quæ- Luc. 11.
rite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: dicit Dominus. Postcommunio.

DA nobis quæsumus Domine pluuiam salutarem: & aridam terræ faciem fluentis cælestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum.

# Cum pro 2 graui et c. fiat ut supra.

MISSA PRO CONSERuandis fructibus terræ. Introitus.

VIsita terram tuam Dñe, & inebria eam: multiplica locupletare eã. Temp. Pasch. addatur alleluia. Psal. 64.

Psal. Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinans. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

COncede nobis Domine omnes fructus terræ: & semina cuncta subtus terram posita, abundantia pluuiarum de cælo visita: & intercedente beata Dei genitrice Maria, ad maturi-



Missa pro conseruandis fructibus non habet. in missalibus antiquioribus.

tatem perducendo, conseruare digneris. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Deuteronomij.

Cap. 28. IN diebus illis: Locutus est Moyses ad populum Israel, dicens: Si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in vijs eius: abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorũ, fructu terræ tuæ, quã iurauit Dñs patribus tuis, vt daret tibi. Aperiet Dominus thesaurum suũ optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Gradu.

Saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris, dicit Dominus: & vocabo frumentum, & multiplicabo illud: & non ponam in vos famem. Et multiplicabo fructum ligni, & germina agri: vt non portetis vltra opprobrium famis in gentibus. Alleluia, alleluia. ℣. Noli timere terra, sed exulta, & lætare, quoniam magnificauit te Dominus: vt fructum produceres populo tuo. Alleluia.

Tempore Paschali, omisso Graduali dicitur Alleluia, semel tantum, & ℣. Noli timere; & post ℣. non repetitur Allel. Post Septuagesimam, non dr̃ Alleluia, sed reiteretur Graduale. Euangelium.

Simile factum est regnum cælorum homini. vt in Dominica quarta post oct. Epiph. 43. Offertorium.

Exibit homo ad opus suum: & ad operationẽ suam vsque ad vesperum: Dante te illis, colligent: aperiẽte te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

Tempore Paschali additur allel. Secreta.

DOmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, sub cuius imperio cuncta sunt posita; supplices te rogamus; vt omnes fructus terræ ab omni aduersitate per hæc munera quæ tibi offerimus custodire digneris: & in tẽpore maturitatis nos eos colligere permittas. Per Dominum. Communio.

Implebuntur horrea frumento, & redundabunt torcularia oleo, & vino: & reddam vobis annos, quos comedit locusta, ait Dominus omnipotens.

Temp. Paschali additur allel. Postcom.

SVmpta quæsumus Domine sacra libatio cælestis mysterij, ad prosperitatem omnium bonorum, quæ ad seruorum tuorum subsidium conducunt, proficiat: & eos ab omni crimine exutos, ad cęlestem beatitudinem perducat. Per Dominum nostrum.

---

MISSA PRO VITANDA mortalitate. Introitus.

REcordare Domine testamenti tui: & dic Angelo percutienti: Cesset iam manus tua: & non desoletur terra: & ne perdas omnem animam viuentem. 2. Reg. 24.

~~Tempore Paschali additur alleluia.~~

Psalmus. Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. ~~Non dicitur Gloria in excelsis.~~ Oratio. Psal. 79.

DEus, qui non mortem, sed pœnitentiam desideras peccatorum; populum tuum ad te reuertentem propitius respice: vt dum tibi deuotus existit, iracundiæ tuæ flagella ab eo *amoueas. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat.

*clementer

Lectio

Lectio libri Regum.

1. Cap. 24. N diebus illis: Immisit Dominus pestilentiam in Israel, de mane vsque ad tẽpus cõstitutum, & mortui sũt ex populo à Dan vsque ad Bersabee septuaginta millia virorũ. Cumque extendisset manũ suam Angelus Domini super Ierusalem, vt disperderet eam, misertus est Dñs super afflictione, & ait Angelo percutienti populũ: Sufficit: nunc contine manum tuam. erat autẽ Angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusęi. Dixitque Dauid ad Dominũ cum vidisset Angelum caedentem populum: Ego sum qui peccaui, ego inique egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei. Venit autem Gad ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dñs. Et propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel. Grad.

Psal. 106. Misit Dominus verbũ suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum. ℣. Confiteantur Dño misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum. Allel. allel. ℣. Saluabo populum meum Israel in die malo. Et ero eis in Deum in veritate, & in iustitia. Alleluia. Zach. 8.

Temp. Pasch. omisso Grad. dicitur Allel. semel tantum, & ℣. Saluabo populum: & post ℣. non repetitur Alleluia.

Post Septuag. non dicitur Alleluia, sed reiteretur Grad. Euang. Surgens Iesus: de synagoga introiuit in domum Simonis. vt in Feria quinta post Dominicam tertiam Quadrag. 88. Offertorium.

2. Reg. 2. Misertus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percutienti populum: Sufficit: nunc contine manum tuam.

Temp. Paschali additur allel. Secreta.

SVbueniat nobis Dñe sacrificij pręsẽtis oblatio: quæ nos & ab erroribus vniuersis potẽter absoluat, & à totius eripiat perditionis incursu. Per Dominum.

Communio. Multitudo languentium, & qui vexabantur à spiritibus immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 6.

Postcommunio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: & populum tuum ab iracũdię tuę terroribus liberum, misericordiæ tuæ fac largitate securum. Per Dominum.

X quando pro re gravi et c. Dñi, fiat ut supra.

# MISSA PRO PACE.

Introitus.

A pacem Dñe sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur: & exaudi preces serui tui, & plebis tuæ Israel. Psal. Eccli. 36.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domũ Dñi ibimus. ℣. Gloria Patri. Psal. 121.

Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sũt opera; da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tẽpora sint tua protectione tranquilla. Per Dñm. Epist. Orationem faciebant: vt supra in sabbato quattuor temporum Quadrag. 69. Graduale.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligẽtibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Allel. allel. ℣. Qui posuit fines tuos Psal. 121. Psal. 147.

pacem: & adipe frumenti satiat te. Allel.
Tempore Paschali, omisso Graduali dicitur Alleluia, ~~semel tantum~~, & ℣. Qui posuit fines. & post ℣. nõ repetit Allel.
Post Septuagesimam, non dicitur Alleluia, sed Graduale reiteretur.

Sequentia S. Euangelij secundũ Ioannẽ.

Cap. 20.

IN illo tempore, Cũ sero esset vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erãt discipuli cõgregati propter metum Iudæorũ: venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso Dño. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

Psal. 17. Offertoriũ. Populum humilem saluũ facies: & oculos superborum humiliabis. Quoniã quis Deus præter te Domine? ~~Tempore Pasch. additur allel.~~ Secreta.

DEus, qui credentes in te populos nullis finis concuti terroribus; dignare preces & hostias dicatæ tibi plebis suscipere; vt pax à tua pietate concessa, Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per Dominum.

Ioan. 14. Communio. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis ✗ ~~Tempore Paschali additur alleluia.~~ Postcommunio.

✗ dicit dominus

DEus auctor pacis & amator, quẽ nosse viuere, cui seruire regnare est; protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: vt qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Dominum.

Cum pro re graui et c. solemniter canitur, Credo dici potest, non tamen Gloria.

# MISSA TOMPORE BELLI.

Introitus.

Psal. 24. REminiscere miserationũ tuarum Domine, & misericordiæ tuæ, quæ à sæculo sunt. Ne vmquam dominentur nobis inimici nostri. Libera nos Deus Israel ex omnibus angustijs nostris. ~~Temp. Paschali additur allel.~~ Psalm. Ad te Dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, nõ erubescam. ℣. Gloria Patri. ~~Non dicitur Gloria in excelsis.~~ Oratio.

DEus, qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas; auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiã tuã: vt omnium inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus. Per Dominum.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

Cap. 42. IN diebus illis: Accesserunt omnes principes bellatorum, dixeruntque ad Ieremiam prophetam: Ora pro nobis ad Dñm Deum tuum. Et factum est verbũ Domini ad Ieremiam. Vocauitque Iohanum filium Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, & vniuersum populũ à minimo vsque ad magnum. Et dixit ad eos: Hæc dicit Dñs Deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius ✗ Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam; plantabo, & non euellã: iam enim placatus sũ super malo quòd feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus:

✗ et

quia

quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruã de manu eius. Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra.

Psal. 76. Gradu. Tu es Deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in gentibus virtutem tuã. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph. Allel. allel.

Psal. 58. ℣. Eripe me de inimicis meis De⁹ meus: & ab insurgẽtibus in me libera me. Allel. Tempore Paschali omisso Grad. dicitur Alleluia. semel tantum, & ℣. Eripe me: & post ℣. non repetitur Alleluia. Post Septuagesimam, non dicitur Alleluia, sed reiteretur Graduale.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 24.

IN illo tempore, Accesserunt ad Iesum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi? Et respondens Iesus, dixit eis: Videte nequis vos seducat. multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorũ. Videte ne turbemini. oportet enim hæc fieri, sed nondũ est finis. consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erũt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. hæc autem omnia initia sunt dolorum.

Psal. 37. Offertoriũ. Populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis. Quoniam quis Deus prẹter te Domine? ~~Temp. Pasch. additur alleluia.~~ Secreta.

SAcrificium Dñe quod immolamus, intende placatus: vt ab omnibus nos eruat bellorũ nequitijs, & in tuæ protectionis securitate constituat. Per Dñm.

Communio. Inclina aurem tuam, accelera vt eruas nos. ~~Tempore Paschali additur alleluia.~~ Psal. 30.

Postcommunio.

DEus regnorum omnium, regumque dominator, qui nos & percutiendo sanas, & ignoscendo conseruas; prætẽde nobis misericordiã tuã: vt tranquillitate pacis, tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur. Per Dñm.

MISSA CONTRA paganos. Introitus.

EXurge, quare obdormis Domine? Exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris tribulationẽ nostram? Adhẹsit in terra venter noster. Exurge Dñe, adiuua nos: & libera nos. ~~Tempore Pasch. additur alleluia.~~ Psalm. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria Patri. ~~Nõ dicitur Gloria in excelsis.~~ Oro. Psal. 43.

OMnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorum; respice in auxilium Christianorum: vt gentes paganorum, quæ in sua feritate confidunt, dexterẹ tuæ potentia conterantur. Per Dominum nostrum Iesum.

Epistola. In diebus illis: Mardochæus deprecatus est Dominum. vt in feria quarta post secundam Dominicam Quadragesimæ. 74. Graduale.

Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu solus Altissimus in omni terra. ℣. Deus meus pone illos vt rotam: & sicut stipulã ante faciem venti. Allel. allel. Psal. 82.

℣. Excita Domine potentiam tuam, & ve- Psal. 79.

& veni, vt saluos facias nos. Alleluia. Tēp. Pasch. omisso Grad. dicitur Allel. semel tantum, & ℣. Excita Domine: & post ℣. nō repetit Allel. Post Septuag. non dicitur Allel. sed reiteretur Gradu. Euang. Quis vestrum habebit amicum: vt in feria secunda Rogationum. 234.

Psal. 17. Offertorium. Populum humilem saluū facies: & oculos superborum humiliabis. Quoniā quis Deus præter te Domine? Temp. Pasch. additur alleluia. Secreta.

SAcrificium Domine quod immolamus, intende: vt propugnatores tuos ab omni eruas paganorum nequitia, & in tuæ protectionis securitate constituas. Per Dominum. Communio.

Psal. 118. In salutari tuo anima mea: & in verbum tuum speraui. Quando facies de persequētibus me iudicium? Iniqui persecuti sūt me, adiuua me Domine Deus meus. Temp. Pasch. additur allel. Postcom.

PRotector noster aspice Deus: & propugnatores tuos à paganorum defende periculis: vt ab omnibus perturbationibus semoti, liberis tibi mentibus seruiant. Per Dominum.

MISSA AD TOLLENDVM Schisma, vel pro quacumque necessitate Ecclesiæ. Introitus.

Psal. 105. SAluos nos fac Domine Deus noster: & congregas nos de Nationibus: vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua. Temp. Pasch. additur alleluia. Psalmus. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui errata corrigis, & dispersa congregas, & congregata conseruas; quæsumus, super populum Christianum tuæ vnionis gratiam clementer infunde: vt diuisione reiecta, vero Pastori Ecclesiæ tuæ se vniens, tibi digne valeat famulari. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres: Obsecro vos ego vinctus in Dño, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & māsuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus Spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensurā donationis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virū perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi: vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationē in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Hoc igitur dico, & testificor in Domino, vt iam nō ambuletis, sicut & Gentes ambulant

in

cum pro re
... et c. fiat
ut supra.

in vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immũditię omnis in auaritiam. Vos autem nõ ita didicistis Christum; si tamẽ illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu.

Psal. 132. Graduale. Ecce quàm bonũ, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum.

℣. Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in sæculum. Allel. alleluia. ℣. Ædificans Ierusalem Dñs: dispersiones Israelis congregabit. Allel. Temp. Pasch. omisso Gradu. dr Allel. semel tantum, & ℣. Ædificans: & post ℣. non repetitur Allel. Post Septuag. non dr Allel. sed reiteretur Grad. Psal. 146.

Sequentia S. Euãgelij secundũ Ioãnem.

Cap. 17.

IN illo tempore, Subleuatis Iesus oculis in cælum, dixit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt Scriptura impleatur. Nũc autem ad te venio: & hæc loquor in mũdo, vt habeant gaudium meum impletũ in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum; & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum.

Offertorium. Det vobis Deus idipsum sapere in alterutrum: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum nostrum. Rom. 15.

~~Tempore Paschali additur alle~~l. Secreta.

MVnera hæc pro vnione populi Christiani tibi Domine oblata sanctifica: per quæ vnitatis & pacis in Ecclesia tua nobis dona cõced✗. Per Dñm. ✗ as.

Communio. Vnus panis, & vnum corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus. 1. Cor. 10.

~~Tempore Paschali additur alleluia.~~

Postcommunio.

HÆc tua Domine sumpta sacra communio, sicut fidelium in te vnionem præsignat, sic in tua Ecclesia vnitatis quæsumus operetur effectum. Per Dominum nostrum Iesum.

✗ ✗ cum pro 2 grau. etc., [illegible] Credo, nõ [illegible]

MISSA PRO ELIGENDO summo Pontifice sede vacante, dicitur de Spiritu sancto: vel vt sequit. Introitus.

SVscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelẽ, & ambu- 1. Reg. 2.

ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Temp. Pasch. additur alleluia.

Psal. 131. Psal. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

SVpplici Domine humilitate deposcimus; vt sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ concedat Pontificem illum tua immensa pietas, qui & pio in nos studio semper tibi placitus, & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis reuerẽdus. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Cap. 4. Ratres: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ: vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.
Cap. 5. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in iis; quæ sunt ad Deũ, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis: qui cõdolere possit iis, qui ignorant, & errant: quoniã & ipse circũdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorẽ, sed qui vocatur à Deo, tamquã Aarõ. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodũ & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinẽ Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte cũ clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

Leui. 21. Grad. Pontifex sacerdos magnus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus, debuit per omnia fratribus similari. ℣. Vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret debita populi. Allel. alleluia. ℣. Sacerdos sit sanctus, sicut & ego sanctus sum, Dominus, qui sanctifico vos. Allel. Leui. 11. Temp. Pasch. omisso Gradu. dr̃. Allel. semel tantum, & ℣. Sacerdos sit: & post ℣. non repetitur Alleluia. Post Septuag. non dicitur Allel. sed reiteretur Gradu.

Sequentia S. Euangelij secũdũ Ioãnem.

N illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si diligitis me: mãdata mea seruate. Et ego rogabo Patrem, & aliũ paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eũ. vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. Cap. 14. Offertorium.

Non participentur sancta, donec exurgat pontifex in ostensionem, & veritatẽ. 3. Esd. 5. Tempore Paschali additur allel. Secreta.

TVæ nobis Dñe abundantia pietatis indulgeat: vt per sacra munera, quæ tibi reuerenter offerimus, gratum maiestati tuæ pontificem sanctæ matris Ecclesiæ regimini præesse gaudeamus. Per Dominum. Communio.

Veste sancta vtetur pontifex, qui fuerit cõstitutus, & qui ingredietur tabernaculũ testimonij, vt ministret in Sanctuario. Exo. 29. Tẽpore Paschali additur allel. Postcom.

Pre-

PRetiosi corporis, & sanguinis tui nos Domine sacramento refectos, mirifica tuæ gratia maiestatis de illius summi pontificis concessione lætificet; qui & plebem tuam virtutibus instruat, & fidelium mentes spiritualium aroma tum odore perfundat. Qui viuis, & regnas cum Deo patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia.

IN DIE CREATIONIS, & coronationis Papæ, & eiusdem diei anniuersario Dicitur Missa, vt in Cathedra beati Petri. 312. cum oratione D eus omnium fidelium: vt infra. 83. omissis orationibus sancti Petri, & sanctæ Priscæ. Si Tempore Paschali dicenda sit, omisso Graduali dicitur Alleluia. cum duobus ℣. secundus ℣. sit de Resurrectione, vel Ascensione & Introitus, Offertorium & Communio terminentur cum Alleluia. Post septuag. dicitur tractus.

IN ANNIVERSARIO creationis Episcopi, Dicitur hæc Missa. Introitus, S acerdotes tui de communi cō fessoris pontif. 12. omissa oratione festi, cuius loco dicitur oratio, D eus omnium fidelium, sicut pro Papa: & vbi dicitur E cclesiæ tuæ præesse voluisti, nominet ecclesiam, cui præest, dicens, E cclesiæ N. vel huic præesse voluisti. Euangelium. Videte, vigilate, & orate: de cō muni vnius martyris pontificis. 5. & dicitur C redo. Tempore Paschali omisso Graduali dicitur Alleluia: cum duobus ℣. quorum secundus erit de Resurrectione, vel Ascensione & Introitus, Offertorium & communio terminantur cum Alleluia. Post septuag. dr tract.

PRO FACIENDO Matrimonio dicitur Missa de S. Trinitate, vel de Spiritu sancto, vel de S. Maria, additis sequētibus orationibus. Orō.

DEus, per quem mulier iungitur viro; & qui coniugalem copulam in nuptiarū fœdere consecrasti, pijs quæsumus inuocationibus nostris adesto: mentesq; nostras benignus illustra: vt quod cōiunctionis & affinitatis acturi sumus mysterio, tua si placuerit disponente clementia, socialē sortiatur effectum. Per Dominum. Secreta.

SAcrificia tibi Domine precibus immolanda deferimus: quæ, quæsumus, corda nostra purificent: quatenus maiestati tuæ quod à nobis faciendum est, gratum efficiatur: & coniunctionis seu solutionis fœdus tuo munere disponatur. Per Dominum. Postcommun.

DEus, qui femineo corpori de virili carne principiū præstitisti; docens quod ex vno placuisset institui, numquam licere disiungi: per hæc sancta, quæ sumpsimus, te quæsumus inuocantes exaudi; vt in his, quæ expetunt gerendis, ita se tua disponente gratia, gerant, & agant; vt quos inspiratio sancta coniunxerit, homo sua temeritate non separet. Per Dominum.

MISSA PRO SPONSO & sponsa. Introitus.

DEus Israel cōiungat vos, & ipse sit vobiscum, qui misertus est duobus vnicis: & nunc Domine fac eos plenius benedicere te. ~~Temp. Pasch. additur allel.~~ Tob. 7.

Psal.

Psal. 127. Psal. Beati omnes, qui timent Dominũ, qui ambulant in vijs eius. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti, vt Christi, & Ecclesiæ sacramentum præsignares in fœdere nuptiarum; præsta quęsumus; vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per eumdem Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Cap. 5. Fratres: Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesię: ipse, saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret, mundãs lauacro aquæ in verbo vitę, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorẽ diligit, seipsum diligit. Nemo enim vmquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam: quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autẽ dico in Christo & in Ecclesia. Verumtamen & vos singuli, vnusquisque vxorem suã sicut seipsum diligat: vxor autẽ timeat virum suũ. Graduale.

Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. ℣. Filij tui sicut nouellæ oliuarũ, in circuitu mẽsæ tuæ. Allel. allel. ℣. Mittat vobis Dñs auxilium de sancto: & de Sion tueatur vos. Alleluia. Psal. 117. Psal. 19.

Post Septuag. omisso Allel. & ℣. dicitur sequens Tract. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dñm. ℣. Benedicat tibi Dñs ex Sion: & videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ. ℣. Et videas filios filiorum tuorũ, pacẽ super Israel. Psal. 127.

Tempore Paschali omisso Grad. dicitur Allel. ℣. Mittat vobis Dñs auxilium de sancto: & de Sion tueatur vos. Allel. allel. ℣. Angelus Domini descendit de cęlo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eũ. Allel. Psal. 19. Matt. 28.

Post Ascensionẽ. Allel. ℣. Mittat vobis Dñs auxilium de sancto: & de Sion tueatur vos. Alleluia, allel. ℣. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Allel. Psal. 19. Eph. 4.

Infra Hebdomadam Pentecostes, Allel. ℣. Mittat vobis Dñs auxilium de sancto: & de Sion tueatur vos. Allel. allel. ℣. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accẽde. Allel. Psal. 19.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 19. In illo tẽpore, Accesserunt ad Iesum Pharisæi tentãtes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorẽ suam, quacumque ex causa? Qui respondẽs, ait eis: Nõ legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculũ, & feminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem,

&

& adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. X Credo. Offertoriū.

Psal. 30. In te speraui Domine: dixi: Tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea.

~~Tempore Paschali dicitur alleluia~~ Secreta.

SVscipe quæsumus Domine pro sacra connubij lege munus oblatum: & cuius largitor es [illegible] operis esto dispositor. Per Dominum nostrum.

¶ Dicto Pater noster, Sacerdos, antequam dicat Libera nos quæsumus Domine, stans in cornu Epistolæ, versus sponsum & sponsam ante altare genuflexos, dicit super eos sequentes orationes. Oremus.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris: & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: vt quod te auctore iungitur, te auxiliante seruetur. Per Dominum nostrum. Oremus.

DEus, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cūcta fecisti, qui dispositis vniuersitatis exordijs, homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, vt femineo corpori de virili dares carne principium; docens: Quod ex vno placuisset institui, nunquam liceret disiungi. Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti, vt Christi, & Ecclesiæ sacramentum præsignares in fœdere nuptiarum. Deus, per quem mulier iungitur viro, & societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quæ sola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluuij est ablata sententiā. Respice propitius super hanc famulam tuam, quæ maritali iungenda consortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis & pacis: fidelis & casta nubat in Christo: imitatrixque sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis, vt Rachel viro suo. Sapiens, vt Rebecca. Longæua, & fidelis, vt Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor præuaricationis vsurpet. Nexa fidei, mandatisque permaneat, vni thoro iuncta. Contactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatem suam robore disciplinæ. Sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita. Sit fœcunda in sobole: sit probata & innocens: & ad beatorum requiem atque ad cælestia regna perueniat. Et videant ambo filios filiorum suorum, vsque ad tertiam, & quartam generationem, & ad optatam perueniant senectutem. Per Dominum nostrum. Tunc conuersus ad medium altaris, dicat: Libera nos. Deinde frangat hostiam more solito, & prosequatur Missam. Communio.

Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum: Et videas filios filiorum tuorum, pax super Israel. ~~Tempore Paschali dicitur alleluia.~~ Postcōmunio. Psal. 127.

QVæsumus omnipotens Deus, instituta prouidentiæ tuæ pio fauore comitare: X quos legitima societate connectis, longæua pietate custodi. Per Dominum. Post Ite Missa est. Sacerdos, antequam det benedictionem, conuersus ad sponsum & sponsam, dicat.

DEus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob sit vobiscum: & ipse adimpleat benedictionē suā in vobis, vt videatis filios filiorum vestrorū vsque ad tertiam, & quartam generationem: & postea

postea vitam ęternam habeatis sine fine: adiuuāte Dño nostro Iesu Chro: Qui cū Patre, & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per oïa sæcula sæculorū. ℞. Amē.

¶ Moneat Sacerdos oratione graui, vt sibimetipsis seruent fidē: orationis tempore, & præsertim ieiuniorum, ac sollēnitatum casti maneant: & vir vxorē, atque vxor virum diligat: & in timore Dei permaneant. Postea eos aspergat: & det benedictionē, & dicat, (vt solitum est,) Euāg. S. Ioā. In principio erat Verbum.

---

PRO GRATIARVM actione dicitur Missa de S. Trinitate, vel de Spiritu sancto, vel de S. Maria, additis sequentibus orationibus. Oratio.

DEus, cuius misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus; pijssimæ maiestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuā semper clementiam exorantes; vt qui petentibus postulata concedis, eosdē non deserens, ad præmia futura disponas. Per Dominum. Secreta.

ODorem, Domine sacrificij huius cum gratiarum actionibus suscipe ~~suauitatis~~ & præsta; vt quos exaudire, & incolumes seruare dignatus es; ab omni in posterum aduersitate custodias: & in tuo seruitio, & amore concrescant. Per Dominum. Postcommunio.

DEus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus præstas auditum; pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te pijssime deprecantes; vt per hæc, quæ sumpsimus, à cunctis eripi mereamur aduersis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

AD POSTVLANDAM gratiam Spiritus sancti dicitur Missa, Spiritus Domini, de Spiritu sancto, vt sup. 35. omissis orationibus, loco quarum dicuntur sequentes orationes. Oro.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum; purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri; vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur. Per Dominum. In vnitate eiusdem. Secreta.

HÆc oblatio quæsumus Domine cordis nostri maculas emundet: vt sancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per Dominum nostrum. In vnitate eiusdem. Postcommunio.

COncede quæsumus omnipotens Deus, sanctum nos Spiritum votis promereri sedulis: quatenus eius gratia & ab omnibus liberemur tentationibus, & peccatorum nostrorum indulgentiam mereamur accipere. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

---

ORATIONES

Diuersæ dicendæ in Missa ad libitum Sacerdotis cum ijs, quæ in proprijs Missis assignantur, quando non est duplex.

¶ De omnibus Sanctis in Aduentu. Oratio.

COnscientias nostras quæsumus Domine visitando purifica: vt veniens Iesus Christus filius tuus Dominus noster, cum omnibus Sanctis, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum. Secreta.

PRope esto Domine omnibus expectantibus te in veritate: vt sacro munere in aduentu Filij tui Domini nostri

noſtri placitis tibi actibus præſentemur. Per eumdem Dominum. Poſt communio.

MEntes noſtras quæſumus Domine lumine tuæ viſitationis illuſtra: vt per hæc, quæ ſumpſimus, te largiente mereamur eſſe inter aduerſa ſecuri. Per Dominum noſtrum.

Ad poſcenda ſuffragia Sanctorū, Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus reſpice preces noſtras: & intercedente beata virgine Maria, cū omnibus Sanctis, da nobis famulis tuis fidem rectam, ſpem firmam, charitatem perfectam, & humilitatem verā: concede Domine; vt fiat in nobis te donante ſimplex affectus, patientia fortis, obedientia perſeuerans, pax perpetua, mens pura, prudentia ſana, cor rectum & à malis cogitationibus mundum, voluntas bona, conſcientia iuſta, compunctio ſpiritualis, virtus animæ indeficiens, vita immaculata, ſanitas animæ & corporis, & conſummatio irreprehenſibilis: quatenus viriliter mandatis tuis inhærentes, ad æternum regnum mereamur feliciter peruenire. Per Dominum noſtrum Ieſum. Secreta.

COncede nobis Dñe Deus noſter, intercedente beata virgine Maria, cū omnibus Sāctis tuis; vt hęc hoſtia ſalutaris & noſtrorū delictorum fiat purgatio, ac omniū virtutū infuſio, & tuæ maieſtatis propitiatio. Per Dñm. Poſtcom.

QVos Domine cæleſti dono ſatiaſti, præſta quæſumus; vt ſicut tua pijſſima miſericordia dediſti voluntatem liberam veniendi ad te, ita nobis famulis tuis donare digneris ſapientiam & intellectum; virtutem, & poſſibilitatem; fidem rectam, ſpem firmam, & charitatem perfectam: vt tibi per interceſſionem beatæ Mariæ virginis, & omnium Sanctorum tuorum ſecundum voluntatem tuam ſeruire mereamur. Per Dominum noſtrum.

Alia Oratio, vt ſupra. Oratio.

A Cunctis nos quæſumus Domine mentis, & corporis defende periculis: & intercedente beata, & glorioſa, ſemperque virgine Dei genitrice Maria, cum omnibus Sanctis, ſalutē nobis tribue benignus, & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eūdem Dominū. Secreta.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem à cunctis nos mentis, & corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in præſenti, & gloriam in futuro. Per Dominum noſtrum Ieſum. Poſtcommunio.

MVndet, & muniat nos quæſumus Domine diuini ſacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum omnibus Sanctis, à cunctis nos reddat & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos. Per eūdem Dominum.

Alia oratio, vt ſupra. Oratio.

PIetate tua quæſumus Domine noſtrorū ſolue vincula peccatorum: & intercedente beata, & glorioſa, ſemperq; virgine Dei genitrice Maria, cū omnibus Sanctis, populum Chriſtianum in omni ſanctitate & religione cuſtodi, à vitijs omnibus purga, virtutibus illuſtra, pacem, & ſalutem tribue, carnalia deſideria repelle, aerem ſalubrem indulge, & verā pacē, charitatemq; largire. Per eūdem Dñm. Secreta.

DEus, qui ſingulari corporis tui ſacra hoſtia totius mundi ſoluiſti delicta; hæc oblatione placatus, maculas ſcelerum noſtrorum abſterge: & omnium fidelium peccata dimitte, eiſq; pręmia æterna concede. Qui viuis.

Poſtcommunio.

SVmpta quæſumus Domine cæleſtia ſacramenta, omnia crimina noſtra detergant: omnemque prauitatem, infirmitatem, hoſtilem expugnationem viſibilem, & inuiſibilem, atque ſubitaneam mortem, meritis beatæ, ſemperque virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, à nobis procul repellant: & omnibus fidelibus proſint ad veniam, pro quorum tibi ſunt oblata ſalute. Per Dominum.

Alia oratio, vt ſupra. Oratio.

COncede quæſumus omnipotẽs Deus; vt interceſſio nos ſãctæ Dei genitricis Mariæ ſanctorumq; omniũ Apoſtolorũ, martyrum, cõfeſſorum, atque virginũ, & omnium electorũ tuorum vbiq; lætificet: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per eundem Dñm. Secreta.

OBlatis Dñe placare muneribus: & intercedent[redacted] omnibus Sanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per Dominum. Poſtcommunio.

SVmpſimus Domine, beatæ Mariæ ſemper virginis, & omnium Sanctorum tuorum memoriã recolentes, ſacramenta cæleſtia; præſta quæſumus; vt quod tẽporaliter gerimus, æternis gaudijs conſequamur. Per Dominum.

De ſanctis Ordinis noſtri, Oratio.

OMnipotens & clementiſſime Deus, qui montis Carmeli Ordinem glorioſiſſimæ virginis Mariæ genitricis filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti ſacrato titulo inſignitum, ſanctorum Angeli, Cyrilli, Alberti, & aliorum plurimorum meritis decoraſti; tribue nobis quæſumus; vt per eorum ſuffragia ab inſtantibus malis animæ & corporis liberati, ad te verum Carmeli verticem gaudẽtes peruenire valeamus. Per eundem Dominum. Secreta.

PEr temetipſum ſuſcipere digneris, benignitatis auctor, munera, quæ in memoriam ſanctorum Angeli, Cyrilli, Alberti, & aliorum omnium tuæ Genitricis nomine decoratorum offerimus: & præſta; vt ſicut tua gratia eos fecit glorioſos, ſic eadem nos faciat tibi fideliter ſeruire, & ad gaudia ęterna peruenire. Qui viuis & regnas. Poſtcom.

REfecti corpore, & ſanguine tuo, quæſumus omnipotens Deus; vt ſicut Ordinem montis Carmeli, tuę Genitricis titulo decoratum, meritis ſanctorum Angeli, Cyrilli, Alberti, & aliorum plurimorum illuſtraſti; ita eis interuenientibus concedere digneris, in præſentibus auxilijs muniri, & in futuro gaudijs ſẽpiternis perfrui. Qui viuis & reg.

¶ In honore Sancti, cui dedicata eſt Eccleſia, & cuius corpus habetur. Oratio.

PRopitiare nobis quæſumus Domine, per *ſancti* N. *atque* N. *qui in præſenti requieſcit eccleſia,* merita glorioſa: vt eorũ pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur aduerſis. Per Dominum. Secreta.

SVſcipe clementia tua quæſumus Domine de manibus noſtris munus oblatum: & per *ſancti* N. *atque* N. *qui in præſenti requieſcit eccleſia*, merita glorioſa ab omnibus nos emunda peccatis.

peccatis. Per Dominum. Postcõmunio.

DIuina Domine libantes mysteria, quæ pro *sancti* N. *atque* N. qui in *præsenti requiescit Ecclesia*, veneratione tuæ obtulimus maiestati, præsta quæsumus; vt per ea veniam mereamur peccatorum: & cælestis gratiæ donis reficiamur. Per Dominum nostrum Iesum.

¶ Si nullum corpus fuerit in ecclesia, & titulus fuerit vnius sancti tantum, loco sancti N. atque N. qui in præsenti requiescit ecclesia, dicitur, sancti N. confessoris tui, si fuerit confessor tantum, explicando nomen, & ordinem Sancti. Et si fuerit titulus duorum, aut plurium, dicitur, sanctorum tuorum N. & N. confessorũ tuorum, vel sanctorũ tuorũ N. N. & N. martyrũ tuorũ, atque pontificũ: Si in ecclesia fuerit vnum corpus, post explicationem nominis, & ordinis sancti, cuius est titulus Ecclesiæ, additur, atque sancti N. confessoris tui, atq; pontificis, explicando nomen, & ordinem eiusdem qui in præsenti requiescit ecclesia. Et si plura corpora fuerint, post explicationẽ nominũ, & ordinis eorum, dicitur, qui in præsenti requiescũt ecclesia.

¶ Pro omni gradu Ecclesiæ, Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, cuius Spiritu totũ corpus Ecclesiæ sãctificatur, & regitur; exaudi nos pro vniuersis Ordinibus supplicantes: vt gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dominum. In vnitate eiusdem. Secreta.

DA famulis tuis Domine indulgentiam peccatorum, consolationem vitæ, gubernationem perpetuam: vt tibi seruientes, ad tuam iugiter misericordiam peruenire mereantur. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

LIbera quæsumus Domine à peccatis & hostibus tibi famulos supplicantes: vt in sancta conuersatione viuentes, nullis afficiantur aduersis. Per Dñm.

¶ Pro Papa, Oratio.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuę præesse voluisti, propitius respice: da ei quæsumus verbo & exemplo quibus præest proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Dominum. Secreta.

OBlatis quæsumus Domine placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per Dominum. Postcommunio.

HÆc nos quæsumus Domine diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ esse voluisti, vnà cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dominum nostrum.

¶ Pro Imperatore, Oratio.

DEus regnorum omniũ & Christiani maxime protector imperij; da seruo tuo Imperatori nostro N. triũphũ virtutis tuæ sciẽter excolere: vt qui tua cõstitutione est princeps, tuo sẽp munere sit potens. Per Do. Sec.

SVscipe Domine preces, & hostias Ecclesiæ tuæ pro salute famuli tui supplicantis: & in protectione fideliũ populorũ, antiqua brachij tui opare miracula: vt superatis pacis inimicis, secura tibi seruiat Christiana libertas. Per. Postcom.

DEus, qui ad prædicandum æterni Regis Euangelium, Romanum impe-

imperium præparasti; prætende famulo tuo Imperatori nostro N. arma cælestia: vt pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per Dominum.

¶ Pro Rege, Oratio.

Væsumus omnipotens Deus; vt famulus tuus N. Rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratiosus valeat peruenire. Per Dominum nostrum Iesum. Secreta.

MVnera quæsumus Domine oblata sanctifica: vt & nobis Vnigeniti tui corpus, & sanguis fiant, & Regi nostro ad obtinendã animæ, corporisq; salutẽ, & ad peragendum iniunctum officium, te largiente vsquequaque proficiant. Per eumdem Dominũ. Postcõ.

HÆc Domine oblatio salutaris famulum tuum N. Regem nostrũ ab omnibus tueatur aduersis: quatenus Ecclesiasticæ pacis obtineat tranquillitatẽ, & post ~~[illegible]~~ temporis decursum ad æternã perueniat hæreditatẽ. Per Dñm.

x huius

¶ Pro Prælatis, & Congregationibus eis commissis, Oratio.

Mnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solꝰ; prætende super famulos tuos, & super cunctas congregationes illis commissas, spiritum gratiæ salutaris: & vt in veritate tibi complaceant, perpetuũ eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per Dominum nostrum, X Secreta.

in unitate eiusdem spiritus sancti.

HOstias Domine famulorum tuorum placatus intende: & quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere sibi sentiant ad medelam. Per Dominum. Postcom.

QVos cælesti recreas munere, perpetuis Domine comitare præsidijs: & quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per Dominum nostrum.

¶ Pro congregatione, & familia, Oratio.

Efende quæsumus Domine, beata Maria sẽper virgine intercedẽte, istã ab omni aduersitate familiam: & toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidijs. Per Dominum. Secreta.

SVscipe quæsumus clementer omnipotens Deus oblationem nostræ deuotionis: & per virtutem huius sacramẽti famulos tuos à cunctis protege aduersitatibus. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcommunio.

SVmptis redemptionis nostræ muneribus, præsta quæsumus omnipotens Deus; eorum nobis celebratione, tuæ protectionis contra omnes aduersitates subsidium. Per Dominum.

¶ Pro seruando Religionis voto, Orõ.


Eus, qui nos à sæculi vanitate conuersos, ad brauium supernæ vocationis accendis; pectoribus nostris purificãdis illabere: & gratiam nobis, qua in te perseueremus, infunde: vt protectionis tuæ muniti præsidijs, quod te donante promisimus, impleamus: & nostræ professionis executores effecti, ad ea, quæ perseuerantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

TIbi Domine Deus noster deuotionis hostiam immolantes, humiliter

liter

liter petimus; vt nos sacrificium tuum mortificatione vitæ carnalis accipias; ac moribus quibus professioni nostræ congruamus, instituas: & quos sanctæ compunctionis ardore, ab hominum ceterorumq; proposito separasti, etiam à conuersatione carnali & ab immũditia terrenorum actuum, infusa nobis cælitus sanctitate defendas. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcommun.

Eus, qui renunciantibus sæculo mansiones præparas in cælo; dilata corda nostra cælestibus bonis: vt fraterna teneamur compagine charitatis vnanimes: præcepta custodiamus sobrij: simplices, & quieti gratis nobis datã nostræ professionis gratiam fuisse cognoscamus: concordet vita nostra cum nomine, professioque sentiatur in opere. Per Dominum nostrum.

¶ [illegible] in congregatio[illegible] Oratio.

DEus largitor pacis, & amator charitatis; da famulis tuis verã cũ tua voluntate concordiã: vt ab omnibus, quæ nos pulsant tẽtationibus liberemur. Per Dominũ. Secreta.

Is sacrificijs Domine quæsumus concede placatus; vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per Dominum. Postcommun.

SPiritum nobis Dñe tuæ charitatis infunde: vt quos vno pane cælesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per Do*

Contra persecutor[illegible] Ecclesiæ, Oratio.

ECclesiæ tuæ quæsumus Domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum. Secreta.

Rotege nos Domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur & mente. Per Dominum.

Væsumus Domine Deus noster; vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacére periculis. Per Dominum. /é

[illegible] Oratio.

HOstium nostrorum visibilium & inuisibilium quæsumus Domine elide superbiam: & eorũ contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Dominum. Secreta. X i

Vius Domine virtute mysterij, & à proprijs mundemur occultis, & ab inimicorum visibilium, & inuisibilium liberemur insidijs. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

PRotector noster aspice Deus: & ab inimicorum visibilium & inuisibilium nos defende periculis: vt omni perturbatione semota, liberis tibi mentibus seruiamus. Per Dominum.

Tempore belli, Oratio.

OMnipotẽs, & misericors Deus; à bellorũ nos quæsumus turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta præstabis, si pacem dederis mentis, & corporis. Per Dominum nostrum. Secreta.

SAcrificium Domine, quod immolamus, placatus intende: vt & ab omni nos bellorum eruat nequitia, & in tuæ protectionis securitate constituat. Per Dominum. Postcommunio.

SAcrosancti corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi refectione vegetati, supplices te rogamus omni-



* in unitate eiusdem spiritus sancti.

omnipotens Deus; vt hoc remedio singulari ab omnium peccatorum nos cõtagione purifices: & à periculorum munias incursione cunctorum. Per eumdem Dominum nostrum.

Pro quacunque necessitate, & re obtinenda, Oratio.

DEus refugium nostrum, & virtus; adesto pijs Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis: & pręsta; vt quod fideliter petimus, efficaciter cõsequamur. Per Dñm. Secreta.

DA misericors Deus; vt hęc salutaris oblatio, & à proprijs nos reatibus indesinenter expediat, & ab oĩbus tueatur aduersis. Per Dñm. Postcom.

SVmpsimus Dñe sacri dona mysterij, humiliter deprecantes; vt quę in tui commemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis, & regnas.

Pro quacunque tribulatione, Oratio.

NE despicias omnipotens Deus populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus. Per Dominum. Secreta.

SVscipe Domine propitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutem potenti pietate restitui. Per Dominum. Postcommunio.

TRibulationem nostrã quęsumus Domine propitius respice: & irã tuę indignationis, quam iuste meremur, auerte. Per Dominum.

Tempore famis, & pestis, Oratio.

DA nobis quæsumus Domine pię supplicationis effectum: & pestilentiam, famemque propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare. Per Dñm.

Si pro peste, aut fame tantum Missa dicatur, alterum omittatur, & in fine dicatur, tale flagellum. Secreta.

DEus, qui humani generis vtramque substantiam, pręsentium munerum & alimento vegetas, & renouas sacramento; tribue quæsumus; vt eorũ & corporibus nostris subsidium nõ desit, & mentibus. Per Dñm. Postcomm.

GVberna quęsumus Dñe temporalibus alimentis, quos dignaris æternis informare mysterijs. Per Dominũ.

Ad tempestates repellendas, Oratio.

A Domo tua quæsumus Domine, spiritales nequitiæ repellantur: & aërearum discedat malignitas tẽpestatum. Per Dñm. Secreta.

OFferimus tibi Domine laudes, & munera, pro concessis beneficijs gratias referentes: & pro concedendis semper suppliciter deprecantes. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nos & castigando sanas, & ignoscendo conseruas; præsta supplicibus tuis; vt & tranquillitatibus huius optatę consolationis lætemur, & dono tuę pietatis semper vtamur. Per Dominum.

Pro peste animalium. Oratio.

DEus, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus solatia subrogasti; supplices te rogamus; vt sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias vsibus non perire. Per Dominum. Secreta.

SAcrificijs Domine placatus oblatis, opem tuam nostris temporibus clementer impende. Per Dñm. Postcõ.

Bene-

BEnedictionem tuam Domine populus fidelis accipiat: qua corpore saluetur, & mente: & congruam tibi semper exhibeat seruitutem: & propitiationis tuæ beneficia semper inueniat. Per Dominum nostrum.

Pro remissione peccatorum, Oratio.

DEus, qui nullũ respuis, sed quantumuis peccantibus, per pœnitentiam pia miseratione placaris; respice propitius ad preces humilitatis nostræ: & illumina corda nostra: vt tua valeamus implere præcepta. Per Dominum nostrum. Secreta.

PRæsens sacrificiũ Domine, quod tibi pro delictis nostris offerimus, sit tibi munus acceptum: & tàm viuentibus, quàm defunctis proficiat ad salutem. Per Dominum. Postcommunio.

EXaudi preces familiæ tuę omnipotens Deus: & præsta; vt sancta hęc quæ à te sumpsimus, incorrupta in nobis te donante seruentur. Per Dominũ.

Pro petitione lacrymarum, Oratio.

OMnipotens, & mitissime Deus, qui sitienti populo fontem viuentis aquæ de petra produxisti; educ de cordis nostri duritia compunctionis lacrymas: vt peccata nostra plangere valeamus: remissionemque peccatorum te miserante mereamur accipere. Per Dominum. Secreta.

HAnc oblationem, quęsumus Domine Deus, quam tuæ maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propitius: & produc de oculis nostris lacrymarũ flumina: quibus debita flammarum incendia valeat extingui. Per Dominum. Postcommunio.

GRatiam Spiritus sancti Domine Deus cordibus nostris clementer infunde: quæ nos gemitibus lacrymarũ efficiat maculas nostrorum diluere peccatorum: atque optatæ nobis te largiente indulgentiæ pręstet effectum. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

Pro tribulatione peccatorum, Oratio.

INeffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur eripias. Per Dominum nostrum. Secreta.

PVrificet nos quæsumus Domine muneris præsentis oblatio: & dignos sacra participatione perficiat. Per Dominum nostrum. Postcommun.

PRæsta quęsumus Domine; vt terrenis affectibus expiati, ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per Dominum.

Ad repellendas malas cogitationes, Oratio.

OMnipotens & mitissime Deus; respice propitius preces nostras: & libera corda nostra de malorum tentationibus cogitationum: vt sancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per Dominum nostrũ. In vnitate eiusdem. Secreta.

HAs tibi Domine offerimus oblationes pro salute nostra: quatenus animas nostras ab immundis cogitationibus purges: illæsasq; custodias: & sancti Spiritus gratia illuminare digneris. Per Dominum nostrum. In vnitate eiusdem. Postcommunio.

DEus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundũ;

illumina quæſumus corda noſtra gratię tuę ſplendore: vt digne maieſtati tuæ miniſtrare, teque æterna charitate diligere valeamus. Per Dominum.

Ad poſtulandam charitatem, Oratio.

DEus, qui diligẽtibus te facis cuncta prodeſſe; da cordibus noſtris inuiolabilem tuæ charitatis affectum: vt deſideria de tua inſpiratione concepta, nulla poſſint tentatione mutari. Per Dominum. Secreta.

DEus, qui nos ad imaginem tuam ſacramentis renouas, & præceptis; perfice greſſus noſtros in ſemitis tuis: vt charitatis donum, quod feciſti à nobis ſperari, per hæc, quæ offerimus ſacrificia facias apprehendi. Per Dominũ.

Poſtcommunio.

SAncti Spiritus gratia quęſumus Domine corda noſtra illuminet: et perfectæ charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per Dñm. In vnitate eiuſdem.

Ad poſtulandam patientiam, Oratio.

DEus, qui Vnigeniti tui patientia, antiqui hoſtis cõtriuiſti ſuperbiam; da nobis quæſumus; quæ idem pie pro nobis pertulit, digne recolere: ſicque exemplo eius nobis aduerſantia æquanimiter tolerare. Per eumdem Dominum. Secreta.

MVnera noſtræ oblationis quęſumus Domine placatus ſuſcipe: quæ, vt nobis patientiæ donum ~~condonare~~ digneris, maieſtati tuæ deuota offerimus actione. Per Dñm. Poſtcomm.

~~SAcroſancta Domine ſumentes myſteria~~, amiſſam nobis quæſumus reconcilient gratiam: atque munus patientiæ in illatis omnibus ſemper & vbique protegendo, impertiant. Per Dominũ.

Ad poſtulandã continentiam, Oratio.

VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros & cor noſtrũ Domine: vt tibi caſto corpore ſeruiam*, & mundo corde placeamus. Per Dominum. In vnitate eiuſdem. Secreta.

DIrumpe Dñe vincula peccatorũ noſtrorũ: & vt ſacrificare tibi hoſtiã laudis abſoluta libertate possimus, retribue, quæ ante tribuiſti: & ſalua nos per indulgentiã, quos dignatus es ſaluare per gratiam. Per Dñm. Poſtcomm.

DOmine adiutor, & protector noſter adiuua nos: & refloreat caro noſtra vigore pudicitiæ, & ~~ſanc~~timonię nouitate: ~~[illegible]ptãq; de manu tartarii reſurrectionis gaudiũ iubeas præſentari.~~ Per.

Pro ſalute viuorum, Oratio.

PRætẽde Domine fidelibus tuis dexteram cęleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant: & quę digne poſtulant, conſequi mereantur. Per Dominum noſtrum. Secreta.

PRopitiare Dñe ſupplicationibus noſtris: & has oblationes fideliũ tuorũ, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus aſſume: & vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, pręſta quęſumus; vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per Dominum. Poſtcommunio.

DA fidelibus tuis q̃s Dñe in tua fide, & ſinceritate cõſtãtiam: vt in charitate diuina firmati, nullis tẽtationibus ab eius integritate vellãtur. Per Do.

Pro amico viuente, Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo N. & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis ęternę: vt te donante

[Handwritten marginalia: "l veraciter / l: ut per hoc sacrificium, quod obtulimus pie, ab omnibus tentationibus emundemur. Per Dom."; "l largiri"; "mysteria, Domine, sacrosancta, quae sumpsimus,"; "ac munda mente"; "casti-mo"; "Ad postulandam humilitatem. orō cum secreta, et postcom. ut in missal. Romano."]

nante tibi placita cupiat: & tota virtute perficiat. Per Dominum. Secreta.

PRoficiat quæsumus Domine, hæc oblatio, quam tuæ supplices offerimus maiestati, ad salutem famuli tui N. vt tua prouidentia, eius vita inter aduersa, & prospera vbique dirigatur. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

SVmentes Dñe perpetuæ sacramenta salutis, tuam deprecamur clemẽtiã: vt per ea famulum tuum N. ab omni aduersitate protegas. Per Dominum.

Pro deuotis amicis, Oratio.

DEus, qui charitatis dona per gratiam sancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti; da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis, & corporis, vt te tota virtute diligant: & quæ tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. Per Dominum. In vnitate eiusdem. Secreta.

MIserere quæsumus Dñe Deus famulis, & famulabus tuis, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ offerimus maiestati: vt per hæc sancta, supernæ benedictionis gratiam obtineãt: & gloriam æternæ beatitudinis acquirant. Per Dominum. Postcommunio.

DIuina libantes mysteria, quæsumus Domine Deus; vt hæc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem, & pacem, pro quorũ, quarumque dilectione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dominum.

Pro constituto in carcere, Oratio.

DEus, qui beatum Petrum à vinculis absolutum illæsum abire fecisti; famuli tui in captiuitate positi vincula absolue: eum ipsius meritis illæsum abire concede. Per Dominum nostrum. Secreta.

SVper has quæsumus Domine hostias benedictio copiosa descendat: quæ captiui nostri vincula soluat: & de eius liberatione nos cito lętificet. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

PReces nostras quæsumus Domine clementer exaudi: & per hæc sacramenta, quæ sumpsimus, famulum tuum à vinculis suæ captiuitatis absolue. Per Dominum nostrum.

Pro tentatis, & tribulatis, Oratio.

DEus, qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorum; maiestatẽ tuam suppliciter deprecamur; vt famulos tuos de tua misericordia cõfidẽtes, cælesti protegas benignus auxilio: & assidua protectione cõserues: vt tibi iugiter famulentur, & nullis tentationibus à te separentur. Per Dominum nostrum. Secreta.

HVius quæsumus Dñe virtute mysterij: & à proprijs nos mũda delictis, & famulos tuos ab omnibus absolue peccatis. Per Dominum.

Postcommunio.

PVrificent nos quæsumus Domine sacramenta, quæ sumpsimus: & famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede: vt qui conscientiæ reatu constringuntur, cælestis remedij plenitudine glorientur. Per Dominum.

Pro inimicis, Oratio.

DEus pacis, charitatisq; amator, & custos; da omnibus inimicis nostris pacem, charitatemq; verã: cunctorum eis remissionem tribue peccatorum: nosque ab eorum insidijs potenter eripe. Per Dominum. Secreta.

O bla-

OBlatis quæsumus Domine placare muneribus: & nos ab inimicis nostris clementer eripe: eisque indulgentiam tribue delictorum. Per Dominum.

Postcommunio.

HÆc nos communio Domine eruat à delictis: & ab inimicorum defendat insidijs. Per Dominum.

Pro Patre, Matre, & ceteris, Oratio.

MAiestatem tuam clemētissime Pater suppliciter exoramus, & mente deuota postulamus, pro Patre, Matre, fratribus, & sororibus nostris: necnon pro eis qui nobis de proprijs criminibus coram tua maiestate cōfessi fuerint: atq; qui se nostris orationibus commendauerūt, tam pro viuis, quā pro defunctis: vel quorum eleemosynas erogandas suscepimus: & quorū nomina super sanctum altare tuum scripta esse videntur: concede propitius; vt hæc sacra oblatio prosit pro mortuis ad veniam: & viuis ad medelam: & fidelibus tuis, pro quibus offertur, indulgentia tuę pietatis succurrat. Per Dominum.

Secreta.

PReces nostras quæsumus Domine benignus exaudi: & supplicationem nostram efficaciter comple: suscipe propitius oblationem, atque libamina supra aram altaris tui posita, pro Patre, Matre, fratribus, ac sororibus nostris: necnon & eorum, quorum confessiones audiuimus: vel eleemosynas erogandas suscepimus: & quorum nomina super sanctum altare tuū scripta adesse videntur: & fidelibus tuis, pro quibus oblatio offertur, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcommunio.

OMnipotens sempiterne Deus te suppliciter deprecamur; vt cælesti benedictione atq; sanctificatione nos illustrare digneris: sint oculi tui aperti super plebem tuam, & super vniuersum populum tuū: & exaudi propitius preces nostras: conserua, custodi: parce peccatoribus: viuifica pœnitentes: sana languidos: visita infirmos: subueni egenis: succurre captiuis: require errantes: libera tribulatos: eripe oppressos: consolare afflictos: miserere defunctis: vt omnes in suis necessitatibus, in quibuscumque locis maiestatem tuam Domine obsecrantes, misericordiam tuam consequi mereantur. Per Dominum.

Pro viuis, & defunctis, Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prænoscis; te supplices exoramus; vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque, vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia omnium delictorum suorum veniā consequātur. Per Dn̄m. Secreta.

DEus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus; tribue quæsumus; vt intercedētibus omnibus Sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, & omnium fidelium nomina beatæ prædestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum.

Postcommunio.

PVrificēt nos quæsumus omnipotens, & misericors Deus sacramenta

menta, quæ sumpsimus: & intercedentibus omnibus Sanctis tuis, præsta; vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum: sit fortitudo fragilium: sit contra omnia mundi pericula firmamẽtum: sit viuorum, atque mortuorũ fidelium remissio omnium delictorum. Per Dominum.

Præordinandis, Oratio.

EXaudi quęsumus Domine supplicum preces: & deuoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi: vt nullis persecutoribus impediti, liberam seruitutem tuis semper exhibeamus officijs. Per Dominum nostrum Iesum. Secreta.

TVis quæsumus Domine operare mysterijs: vt hæc munera dignis tibi mentibus offeramus. Per Dominũ.

Postcommunio.

OVos tuis Domine reficis sacramẽtis, continuis attolle benignus auxilijs: vt tuæ redemptionis effectum, & mysterijs capiamus, & moribus. Per Dominum nostrum.

Pro consecratione Episcoporum, Oratio.

ADesto supplicationibus nostris omnipotens Deus; & quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dominum. Secreta.

SVscipe Domine munera, quæ tibi offerimus pro hoc famulo tuo: & propitius in eo tua dona custodias. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit.

Consecratus dicit secreto.

SVscipe Domine munera, quæ tibi offerimus pro me misero famulo tuo: & propitius in me tua dona custodias. Per Dominum nostrum.

Infra actionem dicit consecrator.

HAnc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuę, quam tibi offerimus, etiam pro hoc famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinẽ promouere dignatus es, quæsumus Domine; vt placatus accipias, & propitius in eo tua dona custodias: vt quod diuino munere consecutus est, diuinis affectibus exequatur: diesque nostros in tua pace disponas: atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum.

Consecratus dicit.

HAnc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, etiam pro me famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinem promouere dignatus es, quęsumus Domine, vt placatus accipias; & propitius in me tua dona custodias: vt quod diuino munere consecutus sum, diuinis affectibus exequar: diesq; nostros in tua pace disponas: atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Postcommunio.

PLenum quæsumus Domine in nobis remedium tuę miserationis operare: ac tales nos esse perfice propitius, & sic foue, vt tibi in omnibus placere valeamus. Per Dominum.

# PROPRIVM MISSARVM PRO DEFVNCTIS.

## IN DIE OBITVS, SEV depositionis Defuncti. Introitus.

Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

Psal. 64. Psal. Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votũ in Ierusalem. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Deinde absolute repetitur Requiem æternam.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere; te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quã de hoc sæculo *hodie* migrare iussisti: vt non tradas eam in manus inimici: neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eam à sanctis angelis suscipi: & ad patriam paradisi perduci: vt quia in te sperauit, & credidit, non pœnas æternas sustineat: sed gaudia sempiterna possideat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat.

Si fuerit Frater noster, dicitur famuli tui Fratris nostri sacerdotis N. & si non fuerit sacerdos, omittitur sacerdotis.

Si fuerit Monialis nostri Ordinis, dicitur, famulæ tuæ Sororis nostræ N. si autem fuerit alia defuncta, dicitur famulæ tuæ N. Idẽ fit in Secreta, & in Postcõm.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

NOlumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & ceteri, qui spẽ non habẽt. Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierũt per Iesum, adducet cũ eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Dñi, quia nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentũ Dñi, non præueniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dñs in iussu, & in voce Archãgeli, & in tuba Dei descẽdet de cælo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Itaq; consolamini inuicem in verbis istis. 1.Ce. 4.

Graduale. Requiem æternã dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Psal. 111. Tractus. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Psal. 41. ℣. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? ℣. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus?

¶ Quando hæc Missa dicitur pro Ternariis, omittitur supradictus Tractus Sicut ceruus: et loco eius dicitur sequens Tract. Absolue Domine animas omnium

nium

nium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui. Similiter sequens Prosa dicitur ad arbitrium celebrantis, quando pro Ternarijs dicitur.

Prosa.

Dies iræ, dies illa,
Soluet sæclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus!
Tuba mirum spargens sonum
Per sepulchra regionum.
Coget omnes ante thronum.
Mors stupebit, & natura,
Cum resurget creatura,
Iudicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit,
Quidquid latet, apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cum vix iustus sit securus.
Rex tremendæ maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Iesu pie,
Quòd sum causa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.
Quærens me sedisti lassus:
Redemisti crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Iuste Iudex vltionis
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.
Ingemisco tamquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce Deus.
Qui Mariam absoluisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
Preces meæ non sunt dignæ:
Sed tu bonus fac benigne
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum præsta,
Et ab hœdis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.
Oro supplex & acclinis,
Cor contritum quasi cinis,
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla,
Iudicandus homo reus:
Huic ergo parce Deus:
Pie Iesu Domine
Dona eis requiem. Amen.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Dixit Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed & nunc scio quia quęcũq; poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Iesus: Ego sũ resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & oĩs, qui Cap. 11.

qui viuit, & credit in me, nõ morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; Dñe, ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.

Offertorium. Domine Ieſu Chriſte Rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni & de profundo lacu. Libera eas de ore leonis; ne abſorbeat eas tartarus; ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam: Quã olim Abrahæ promiſiſti, & ſemini eius. ℣. Hoſtias & preces tibi Domine laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus. Fac eas Domine de morte tranſire ad vitam. Quam olim.

Secreta.

PRopitiare quæſumus Domine *animæ famuli tui* N. pro *quo* tibi hoſtiam laudis immolamus: maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes; vt per hæc piæ placationis officia, peruenire mereatur ad requiem ſempiternam. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

à Priore, seu à [se]niori cum Co[ngreg]ant°, uel saltem [c]elebrante cum [m]inistris dicatur.

Communio. Lux æterna luceat eis Domine, Cum ſanctis tuis in æternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis.

Poſtcommunio.

PRęſta quęſumus omnipotẽs Deus; vt anima *famuli tui* N. quæ *hodie* de hoc ſæculo migrauit, his ſacrificijs purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter, & vitam capiat ſempiternam. Per Dominum noſtrum.

Dicto Dominus vobiſcum, dicitur Requieſcant in pace. ℟. Amen.

[...] ambobus mi[n]istris comitatibus, [...]mbas pluuialis [fi]mbriis leuatibus

¶ Finita Miſſa, ſi ſollemniter celebratur, celebrans retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, vbi exuit caſula: & depoſito manipulo; accipit pluuiale nigrum: cruciferus medius inter accolythos deferentes candelabra accenſa, defert crucẽ, ſicut in proceſſionibus, præcedentibus duobus alijs accolythis, vno cum thuribulo & nauicula, alio cum aqua benedicta & aſperſorio: ſequitur Cõuentus bini, & bini, iunioribus præcedẽtibus: vltimo celebrans inter miniſtros. Cruciferus cum cruce ſiſtit ſe in loco parato ad pedes X verſus altare, medius inter dictos accolythos deferentes luminaria: celebrans vero ex alia parte contra altare, cum miniſtris: & alij duo accolythi deferentes aquam benedictã, & thuribulũ, vnus à dextris, & alter à ſiniſtris. Antequam moueatur proceſſio, cantores incipiant ℟. Libera me: & cõuẽtus proſequat: cãtores, vel alij ab eis deputati cantent verſus: & Requiẽ æternam X ℟. Libera me Dñe de morte æterna in die illa tremenda, Quando cęli mouẽdi ſunt & terra: Dum veneris iudicare ſæculũ per ignem. ℣. Tremens factus ſum ego & timeo: dum diſcuſſio venerit atque vẽtura ira. Quãndo cæli mouendi ſunt & terra: dũ veneris iudicare ſæculũ per ignẽ. ℣. Dies illa dies iræ, calamitatis, & miſeriæ: dies magna & amara valde. Dum veneris. ℣. Requiem æternã dona ei Domine: & lux perpetua luceat ei. ℟. Libera me Domine, vſq; ad ℣. 1. Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Sacerdos incipiat Pater noſter. Quo incepto accipiat aſperſoriũ de manu diaconi: & X ~~emittente [illegible] à dextris, & tenente fimbriam [illegible] pluuialis~~, aſpergit, circu X ens locũ paratum: & cum tranſit ante altare & crucẽ, faciat debitam reuerentiã: & rediens ad priſtinum locum, de manu eiuſdem diaconi accipit thuribulum:

bulum: & eodem modo quo aspers-rat, incensat. Deinde diacono, & subdiacono tenentibus librum, dicit ℣. Et ne nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam eius. ℣. Credo videre bona Dñi. ℟. In terra viuentium. ℣. Domine exaudi. ℣. Dñs vobiscũ. Oremus.

ABsolue quæsumus Dñe animam *famuli tui* ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos *resuscitatus* respiret. Per Christum Dominum nostrum.

Requiẽ æternã dona ei Domine. Et lux perpetua luceat ei. Requiescat in pace,

De profundis,

¶ famuli tui Fratris nostri sacerdotis: sacerdotis. famulæ tuæ Sororis nostræ, & resuscitata: famulæ tuæ: & resuscitata.

*absolutione.*

SVPRADICTA MISSA

hodie.

famuli tui, famulæ tuæ.

diem, diem tertium, vel septimum, vel trigesimum.

OVæsumus Domine; vt animæ *famuli tui*, cuius depositionis diem cõmemoramus, sanctorum atq; electorũ tuorum largiri digneris consortiũ: & rorem misericordiæ tuæ perennẽ infundas. Per Dñm.

MVnera quæsumus Domine, quę tibi pro anima *famuli tui*, offerimus, placatus intende: vt remedijs purgata cælestibus, in tua pietate requiescat. Per Dominum.

SVscipe Domine preces nostras pro anima *famuli tui*, cuius diem depositionis commemoramus: vt si quæ ei maculæ de terrenis contagijs adhæserunt, remissionis tuæ misericordia deleantur. Per Dominum nostrum Iesum.

¶ Inclina, vel Quæsumus,

IN ANNIVERSARIO

REquiẽ æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Requiem æternam. Psal. 64.

DEus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum, famularũq; tuarũ, quorum anniuersariũ depositionis diem cõmemoramus, refrigerij sedem,

ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum.

Lectio libri Machabæorum.

2. Cap. 12. In diebus illis: Vir fortiſſimus Iudas, facta collatione, duodecim millia drachmas argẽti miſit Ieroſolymã offerri pro peccatis mortuorũ ſacrificium, benè, & religioſè de reſurrectione cogitãs. (Niſi enim eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret ſuperfluum videretur, & vanum orare pro mortuis.) Et quia cõſiderabat, quòd hi, qui cũ pietate dormitionẽ acceperãt, optimã haberent repoſitã gratiam. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

Graduale. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

Pſal. 111. ℣. In memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Tractus.

Abſolue Domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui. Proſa, Dies iræ, Pro arbitrio ſacerdotis dicenda, require in prima Miſſa.

Si pro uno celebretur, omisso tract. Absolue, dr tract. Sicut ceruus, ut in p.a missa.

Sequentia S. Euangelij ſecundũ Ioannẽ.

Cap. 6. In illo tempore, Dixit Ieſus turbis: Omne, quòd dat mihi Pater, ad me veniet: & eũ, qui venit ad me, non eijciam foras: quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatẽ meã, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Hæc eſt autem voluntas eius, qui miſit me, Patris: vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſit me: vt omnis, qui videt Filium, & credit in eũ, habeat vitã æternã, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.

Offertoriũ. Domine Ieſu Chriſte Rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu. Libera eas de ore leonis; ne abſorbeat eas tartarus: ne cadãt in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repręſentet eas in lucẽ ſanctã: Quam olim Abrahæ promiſiſti, & ſemini eius. ℣. Hoſtias & preces tibi Dñe laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarũ hodie memoriam facimus. Fac eas Dñe de morte trãſire ad vitam. Quã. Secreta.

Propitiare Dñe ſupplicationib⁹ noſtris pro animabus famulorũ famularumque tuarum, quorũ hodie annua dies agitur; pro qbus tibi offerimus ſacrificiũ laudis: vt eas ſanctorũ tuorum conſortio ſociare digneris. Per Do. Comm.

Lux æterna luceat eis Dñe, Cũ ſanctis tuis in æternũ, quia pius es. ℣. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis. Poſtcom.

Præſta quæſumus Domine; vt animæ famulorum famularumque tuarum, quorum anniuerſariũ depoſitionis diem commemoramus, his purgatæ ſacrificijs, indulgentiam pariter, & requiem capiant ſempiternam. Per Dñm.

Dicto Dominus vobiſcum, dicitur Requieſcant in pace.

¶ Poſt Miſſam, ſi ſollemniter celebratur, fiat proceſſio, vt in ſuperiori Miſſa poſita eſt: ſed in numero plurali dicitur Requiẽ æternã dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis. & ℟. Erue Domine animas eorum: & ℣. Requieſcant in pace. Oratio.

Abſolue

ABsolue quæsumus Dñe animas famulorum famularumq; tuarũ ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum.

SI MISSA ANNIVERSARII pro [illegible] vna Defuncta celebranda [illegible] in singulari vt infra:

[illegible]

Sicut ceruus, [illegible]

DEus indulgentiarũ Domine da animæ *famuli tui*, cuius anniuersariũ depositionis diem cõmemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum nostrum. [illegible]

PRopitiare Domine supplicationibus nostris pro anima *famuli tui*, cuius hodie annua dies agitur, pro qua tibi offerimus sacrificium laudis: vt eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum. [illegible]

PRæsta quæsumus Dñe; vt anima *famuli tui*, cuius anniuersariũ depositionis diem commemoramus, his purgata sacrificijs, indulgentiam pariter, & requiem capiat sempiternã. Per Dñm.

[illegible] loco famuli tui, di[illegible] famulæ tuæ. [illegible] celebrat, [illegible] Missa.

---

IN MISSIS QVOTIDIANIS Defunctorum [illegible]

REquiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Psalm. Te decet hymnus De⁹ in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem. Exaudi orationem meã: ad te omnis caro veniet. Requiem.

Psal. 64.

[illegible] O[illegible]

DEus qui nos patrem & matrem honorare præcepisti; miserere clementer animabus parentum nostrorũ: eorumque omnia peccata dimitte: nosque illos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum.

Pro defunctis fratribus, familiaribus, & benefactoribus. Oratio.

DEus veniæ largitor, & humanæ salutis amator; quæsumus clementiam tuam; vt nostræ congregationis fratres, familiares, & benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.

Pro fidelibus Defunctis. Oratio.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor; animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

IN diebus illis: Audiui vocem de cælo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. Cap. 14.

Graduale. Requiem æternam dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Psal. 111.

Tractus.

Absolue Dñe animas omniũ fidelium defun-

defunctorũ ab omni vinculo delictorũ. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereãtur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui. Prosa, Dies iræ, pro arbitrio celebrantis dicenda: quære in prima Missa. 93.

X pro uno cum la tantum orne libretur, tract. ut carens Dr, ut ira; non, Absolue.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 6.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ: & panis, quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Nisi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Offertorium. Domine Iesu Christe Rex gloriæ libera animas omniũ fideliũ defunctorum de pœnis inferni & de profundo lacu. Libera eas de ore leonis; ne absorbeat eas tartarus; ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucẽ sanctam: Quam olim Abrahæ promisisti & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi Dñe laudis offerimus: tu suscipe pro aĩabus illis, quarũ hodie memoriã facim⁹. Fac eas Dñe de morte trãsire ad vitam. Quam. Secreta.

SVscipe Dñe hoc sacrificiũ, quod tibi pro animabus parẽtũ nostrorũ offerimus: eisq; gaudiũ sempiternũ in regione viuorũ cõcede: nosq; cũ illis felicitati sanctorũ cõiunge. Per Dñm. Aliæ Secr.

DEus, cuius misericordiæ non est numerus; suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animabus fratrũ, familiariũ, & benefactorũ nostrorũ, quibus tui nominis dedisti confessionẽ, per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionẽ tribue peccatorum.

HOstias quæsumus Domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarum offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones & præmium. Per Dominum.

Communio. Lux æterna luceat eis Domine, Cum sanctis tuis in æternum, quia pius es. ℣. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetũa luceat Cum sanctis. Postcommunio.

CÆlestis participatio sacramenti quęsumus Dñe, animabus parentũ nostrorũ defunctorum requiem & lucem obtineat perpetuam: nosq; cũ illis gratia tua coronet æterna. Per Dñm.

Aliæ Postcommuniones.

PRæsta quæsumus omnipotens & misericors Deus; vt animæ fratrum, familiarium, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus maiestati, per huius virtutem sacramenti à peccatis omnibus expiatę, lucis perpetuæ te miserante recipiant beatitudinem.

ANimabus q̃s Dñe famulorum famularũq; tuarũ oratio proficiat supplicãtium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redẽptionis facias esse participes. Qui viuis & regnas cũ Deo.

¶Quando

Quando supradicta Missa [illegible] Ferijs secundis, & [illegible] pro prima die mensis dicitur, post Missam fiat Processio, vt supra in commemoratione omnium fidelium Defunctorum. 420.

IN DIE DEPOSITIONIS

Summi Pontificis dicitur prima Missa cum Orationibus sequentibus. In Anniuersario vero eiusdem dr secūda Missa cū orationibus sequentibus. Oratio.

DEus, qui inter summos sacerdotes famulū tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti; pręsta quęsumus; vt qui Vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, sanctorum tuorum pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eumdem Dominum nostrum. Secreta.

SVscipe quęsumus Dñe pro anima famuli tui N. summi pontificis, quas offerimus hostias: vt cui in hoc sæculo pontificale donasti meritū, in cælesti regno sanctorum tuorū iubeas iungi consortio. Per Dominum. Postcommun.

PRosit quæsumus Domine animæ famuli tui N. summi pōtificis misericordiæ tuæ implorata clementia: vt eius in quo sperauit, & credidit, æternū capiat te miserante consortiū. Per Dñm.

IN DIE DEPOSITIONIS

Episcopi dicitur [illegible] Missa cum Orationibus sequentibus. In Anniuersario vero eiusdem dicitur secunda Missa cū Orationibus sequentibus. Oratio.

DEus qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum pontificali fecisti dignitate vigere, præsta quæsumus; vt [illegible] [illegible]

[illegible] Per Dominum nostrum. Secreta.

SVscipe Domine quæsumus pro anima famuli tui pontificis, quas offerimus hostias: vt cui in hoc sæculo pontificale donasti meritum, in cælesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi cō sortio. Per Dominum. Postcommun.

PRosit quæsumus Domine animæ famuli tui pontificis misericordiæ tuæ implorata clementia: vt eius, in quo sperauit, & credidit, æternum capiat te miserante consortium. Per Dominum.

IN DIE DEPOSITIONIS

Generalis, dicitur prima Missa cū Orationibus sequentibus. In Anniuersario vero dicitur secunda Missa cum Orationibus sequentibus. Oratio.

DA nobis Domine; vt animam famuli tui Patris nostri N. Generalis, quam de huius sæculi eduxisti laborioso certamine, sanctorum tuorum [illegible] tribuas esse consortem. Per Dominum. Secreta.

ANnue nobis Domine; vt animæ famuli tui Patris nostri N. Generalis hæc prosit oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum. Postcommunio.

HIs sacrificijs quæsumus omnipotens Deus purgata anima [illegible] famuli tui Patris nostri N. Generalis, ad indulgentiā, & refrigerium sempiternū peruenire mereatur. Per Dñm.

¶ Si fuerit Procurator Generalis, vel Prouincialis in die depositionis, ac in anniuersario dicitur Missa, & Orationes, vt dictum est pro Generali, sed loco



X eorum quoque perpetuo aggregetur consortio.

Generalis, dicitur, Procuratoris generalis, vel Prouincialis:

---

SI MISSA SOLEMNITER celebranda sit pro vno, vel vna defuncta, cum vna tantum oratione, quę non sit Missa pro præsenti, nec Anniuersarij, nec in primo anno depositionis: dicitur tertia Missa, cum Tractu, Sicut ceruus, vt supra in prima Missa. 92. Oratio vero sit vna ex sequentibus Orationibus. Processio autem fit de prima. Si vero pro pluribus dicenda sit, non dicitur Tractus, Sicut ceruus: & processio fit de secunda Missa.

Pro defuncto fratre nostro. Oratio.

INclina Domine aurem tuã ad preces nostras, quibus misericordiam tuã supplices deprecamur; vt animã famuli tui Fratris nostri sacerdotis, quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione cõstituas: & sanctorum tuorũ iubeas esse consortem. Per Dominum. Secreta.

ANnue nobis quæsumus Dñe; vt animæ famuli tui Fratris nostri sacerdotis hæc prosit oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum. Postcomm.

ABsolue quęsumus Dñe animã famuli tui Fratris nostri sacerdotis ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Dominũ. Si nõ fuerit sacerdos omittitur sacerdotis.

Pro Moniali nostra. Oratio.

QVæsumus Dñe, pro tua pietate miserere animę famulæ tuæ Sororis nostræ: & à contagijs mortalitatis exutam, in æternæ saluationis partem restitue. Per Dñm. Secreta.

HIs sacrificijs quæsumus Domine anima famulæ tuæ Sororis nostræ à peccatis omnibus exuatur; sine quibus à culpa nemo liber extitit: vt per hęc piæ placationis officia, perpetuam misericordiam consequatur. Per Dominum.

Postcommunio.

INueniat quæsumus Domine anima famulæ tuæ Sororis nostræ lucis ęternæ consortiũ: cuius perpetuæ misericordiæ consecuta est sacramẽtũ. Per Dñm.

Pro defuncto sacerdote. Oratio.

PRęsta q̃s Dñe; vt anima famuli tui sacerdotis, quẽ in hoc sæculo commorãtem sacris muneribus decorasti, in cælesti sede gloriosa semper exultet. Per Dominũ. Secreta.

SVscipe quæsumus Domine pro anima famuli tui sacerdotis, quas offerimus hostias; vt cui sacerdotale donasti meritum, dones & præmium. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

PRæsta q̃sumus omnipotẽs Deus; vt animam famuli tui sacerdotis in congregatione iustorum æternę beatitudinis iubeas esse consortem. Per Dñm.

Pro vno defuncto, Oratio.

INclina Domine aurem tuã ad preces nostras, quibus misericordiam tuã supplices deprecamur: vt animam famuli tui, quam de hoc sęculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione cõstituas: & sanctorum tuorum iubeas esse cõsortem. Per Dominũ.

Secreta.

ANnue nobis quęsumus Domine; vt animę famuli tui hęc prosit oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum.

Post-

Postcommunio.

ABsolue quæsumus Domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Dominum.

Pro vna defuncta. Oratio.

QVæsumus Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ: & à contagijs mortalitatis exutam in æternæ saluationis partẽ restitue. Per Dominum. Secreta.

HIs sacrificijs quæsumus Domine anima famulæ tuæ à peccatis omnibus exuatur: sine quibus à culpa nemo liber extitit: vt per hæc piæ placationis officia, perpetuã misericordiam consequatur. Per Dominum. Postcomm.

INueniat quæsumus Domine anima famulæ tuæ lucis ęternę consortium: cuius perpetuæ misericordię consecuta est sacramentum. Per Dominum.

Pro patre ~~meo~~ *sacerdot* Oratio.

DEus, qui nos patrem, & matrem honorare præcepisti; miserere clemẽter animæ *patris mei*: eiusque omnia peccata dimitte: meque *illum* in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum. Secreta.

SVscipe sacrificium Domine, quod tibi pro anima *patris mei* offero: eique gaudium sempiternum in regione viuorum concede: meque cum *illo* felicitati sanctorum coniuge. Per Dominũ.

Postcommunio.

CÆlestis participatio ~~Domine~~ sacramenti, animæ *patris mei* requiẽ & lucem obtineat perpetuam: meque cum *illo* gratia tua coronet æterna. Per Dominum nostrum.

*, quæsumus Domine,*

Pro matre mea dicitur eadẽ Oratio: sed vbi dicitur patris mei, dic illum, dic illo, pro quo dicitur matris meę, dic illã, dic illa.

Pro patre, & matre. *sacerd.* Oratio.

DEus, qui nos patrẽ, & matrem honorare præcepisti; miserere clementer animabus patris & matris meæ: eorumque omnia peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dñm. Secreta.

SVscipe sacrificiũ Domine, quod tibi pro animabus patris, & matris meæ offero: eisq; gaudium sempiternũ in regione viuorum concede: meque cũ illis felicitati sanctorum coniunge. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

CÆlestis participatio ~~Domine~~ sacramenti, animabus patris, & matris meę requiem, & lucẽ obtineat perpetuam: meque cum illis gratia tua coronet æterna. Per Dominum nostrum.

*, quæsumus Do.*

Pro parentibus nostris, dicitur Oratio. Deus, qui nos patrem, & matrem: vt supra in tertia Missa. 97.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.

DEus veniæ largitor, & humanę salutis amator; quæsumus clementiam tuam; vt nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortiũ peruenire concedas. Per Dominũ. Secreta.

DEus, cuius misericordiæ non est numerus; suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedi-

dedisti confessionem, per hęc sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominũ.

Postcommunio.

PRæsta quæsumus omnipotens & misericors Deus; vt animæ fratrũ, propinquorum, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificiũ laudis tuæ obtulimus maiestati, per huius virtutem sacramẽti à peccatis omnibus expiatæ, lucis perpetuæ te miserante recipiant beatitudinem. Per Dominum.

Pro benefactoribus nostris, Oratio.

MIserere quæsumus Domine animabus omnium benefactorũ nostrorum defunctorum: & de beneficijs, quæ nobis largiti sunt in terris, præmia æterna consequantur in cælis. Per Dominum. Secreta.

SVscipe Domine hæc munera, quæ pro animabus omnium benefactorum nostrorum requiescẽtium immolamus: & pro beneficijs eorum, quibus sustentamur in terris, da eis retributionem in regno cælorum. Per Dominum.

Postcommunio.

SVmpta sacramẽta quæsumus Domine nos absoluant à vinculis peccatorum: & animabus omnium benefactorũ nostrorũ defunctorum consortia obtineãt spirituũ beatorum. Per Dñm.

Pro his, qui in cœmeterijs nostris requiescunt. Oratio.

DEus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt; famulis & famulabus tuis omnibus hic, & vbiq; in Christo quiescentibus, da propitius veniã peccatorũ: vt à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Dominum. Secreta.

X eumdem

PRo animabus famulorum famularumque tuarum, & omnium catholicorum hic & vbiq; in Christo dormientium, hostiam Domine suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari, vinculis horrendæ mortis exutæ, vitam mereantur æternam. Per eumdem Dominum. Postcommunio.

DEus, fidelium lumen animarum; adesto supplicationibus nostris: & da famulis, & famulabus tuis, quorũ corpora hic, & vbiq; in Christo requiescunt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eumdem Dominum.

Pro fidelibus defunctis generalis, Oratio.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor; animabus famulorũ, famularumq; tuarũ remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis, & regnas. Secreta.

HOstias quęsumus Domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarũ offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones & præmium. Per Dominum. Postcommunio.

ANimabus quæsumus Domine famulorum, famularumq; tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes. Qui viuis & regnas.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere; propitiare animabus famulorũ, famularumque

rumque tuarum: & omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per Dominum nostrum. Secreta.

ANnue nobis Domine; vt animabus famulorum famularumque tuarum hæc prosit oblatio: quã immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum. Postcommunio.

DEus, cui soli competit medicinam præstare post mortem; præsta quæsumus; vt animæ famulorum famularumque tuarum terrenis exutæ contagijs, in tuæ redemptionis parte numerẽtur. Qui viuis & regnas.

Alia pluralis, vt supra. Oratio.

ANimabus quæsumus Domine famulorum famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam: vt eis proficiat in æternum, quod in te sperauerunt & crediderunt. Per Dominum. Secreta.

HIs Domine quæsumus placatus intende muneribus: & quod ad laudem tui nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiã proficiat defunctorum. Per Dominum. Postcõmunio.

SVpplices Domine pro animabus famulorum famularumque tuarum preces effundimus: obsecrantes; vt quidquid conuersatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum sede lætantium constituas redemptorum. Per Dominum nostrum.

Pro cũctis familiaribus Defunctis, Oro.

COncede quæsumus Domine Deus noster; vt animæ parentum nostrorum, fratrũ, sororum, familiarium, amicorũ, benefactorum, & omniũ consanguineorum nostrorum, & quorum quarumque cõmemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atque omnium fidelium defunctorum, in finibus Sanctorum tuorum requiescant: moxque ex mortuis resuscitati, placeant tibi in regione viuorum. Per Dominum nostrum. Secreta.

HÆc munera quæsumus Domine, quæ oculis tuæ maiestatis offerimus pro animabus parentum, fratrum, sororum, familiarium, amicorum, benefactorum, & omnium consanguineorũ nostrorum, & quorum quarumque commemorationẽ speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atque omnium fideliũ defunctorum, salutaria esse concede: vt tua pietate vinculis horrendę mortis exutæ, æternæ beatitudinis mereantur esse participes. Per Dominũ. Postcõmunio.

DEus, qui inæstimabili misericordia animas mortalium ab angustijs transfers ad requiẽ; propitiare supplicationibus nostris pro animabus parentum, fratrum, sororum, familiarium, amicorum, benefactorum, & omnium consanguineorum nostrorum, & quorũ quarumque commemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atque omnium fidelium defunctorũ: vt eas paradiso restituens, in tuorum censeas sorte iustorum. Per Dominum nostrum.

In missis sancti Gregorij pro Defunctis, Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nos beati Gregorij confessoris tui atque pontificis commemoratione lætificas; concede propitius;

pitius; vt qui eius precibus & meritis defunctorum animas à supplicijs misericorditer liberasti: libera quæsumus eiusdē pijs suffragijs animam *famuli tui* N. à tormentis æternis: ereptamq; cælestium bonorū facias esse consortē. Per Do. Sec.

HOstias tibi Domine beati Gregorij confessoris tui atque pontificis meritis dicatas benignus assume: & ad perpetuum animæ *famuli tui* N. tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster; vt per intercessionem sancti pontificis tui Gregorij, anima *famuli tui* N. pro qua tuam deprecamur clementiam, à pœnis omnibus segregata, suæ salutis sentiat effectum. Per Dominum.

## DE TERNARIIS.

¶ Notandum est, quòd ter in anno faciamus Ternarium pro Fratribus nostris, pro parentibus Fratrum, pro patronis, amicis, familiaribus, benefactoribus, litteras Fraternitatis habentibus, & sepultis in ecclesijs nostri Ordinis. Primo post octauam Epiphaniç & ante festum Purificationis. Secundo post oct. Paschæ & ante festum Ascensionis. Tertio post festum sancti Michaelis, & ante festum omnium Sanctorum. Et dicatur tribus diebus continuis, nisi festum dupl. vel Dominica occurrat.

PRIMA DIE CVIVSlibet Ternarij dicitur prima Missa. 92. Exceptis Orationibus, quæ dicuntur vt infra: & Tractus dicitur, Absolue: & Prosa dicitur ad arbitrium celebrantis. Oratio.

INclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiā tuam supplices deprecamur; vt animas famulorum tuorū Fratrū nostrorum, quas de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas: & Sanctorū tuorū iubeas esse consortes. Per Dñm. Aliæ Orationes.

DEus veniæ largitor, & humanæ salutis amator; quęsumus clementiam tuam; vt nostræ congregationis fratres, familiares, & benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.

COncede quęsumus Domine Deus noster; vt animæ parentū, fratrum, sororum, familiarium, amicorum, benefactorum, & omnium consanguineorum nostrorū, & quorum quarumque commemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atque omnium fideliū defunctorum, in finibus Sanctorū tuorum requiescant: moxq; ex mortuis resuscitati, placeant tibi in regione viuorum. Per Dominum. Secreta.

INtuere quęsumus omnipotēs Deus, & placatus suscipere digneris hoc sacrificium, quod tibi offerimus pro animabus famulorum tuorum Fratrum nostrorum: & concede illis pacem perpetuam & requiem sempiternam. Per Dominum. Aliæ Secretæ.

DEus, cuius misericordiæ non est numerus; suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animabus fratrū, familiariū, & benefactorum nostrorum,

rum, quibus tui nominis dedisti confessioné, per hæc sacramenta salutis nostræ cũctorum remissioné tribue peccatorũ.

HÆc munera quæsumus Domine, quæ oculis tuæ maiestatis offerimus pro animabus parẽtum, fratrũ, sororum, familiariũ, amicorum, benefactorum, & omnium consanguineorum nostrorũ, & quorum quarumque commemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atq; omnium fidelium defunctorum, salutaria esse concede: vt tua pietate vinculis horrendæ mortis exutæ, æternæ beatitudinis mereantur esse participes. Per Dominum. Postcõmunio.

ANnue nobis Domine per hoc sacrificiũ quod sumpsimus; vt animæ famulorum tuorum Fratrũ nostrorum, remissionem quam semper optauerunt, mereantur percipere delictorũ. Per Dñm. Aliæ Postcommuniones.

PRæsta quæsumus omnipotens & misericors Deus; vt animæ fratrũ, familiarium, & benefactorum nostrorũ, pro quibus hoc sacrificiũ laudis tuæ obtulimus maiestati, per huius virtutẽ sacramenti, à peccatis oĩbus expiatæ, lucis ꝑpetuæ te miserãte recipiãt beatitudinẽ.

DEus, qui inæstimabili misericordia animas mortalium ab angustijs transfers ad requiẽ; propitiare supplicationibus nostris pro animabus parentum, fratrum, sororum, familiarium, amicorum, benefactorum, & omnium consanguineorum nostrorum, & quorũ quarumque commemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atque omnium fidelium defunctorũ: vt eas paradiso restituens, in tuorum censeas sorte iustorum. Per Dominum nostrum.

Finita Missa fiat processio, vt in die Cõmemorationis omnium fidelium. 420.

---

SECVNDA DIE CVIVSlibet Ternarij, dicitur secũda Missa. 95. Exceptis Orationibus, quæ dicuntur vt infra. Oratio.

DEus, qui nos patrẽ & matrẽ honorare præcepisti; miserere clementer animabus parentũ nostrorũ: eorumq; omnia peccata dimitte: nosque illos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum.

Aliæ Orationes.

DEus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt; famulis & famulabus tuis omnibus hic & vbique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur.

COncede quæsumus Domine Deus noster; vt animæ parentum, fratrũ, sororum, familiarium, amicorum, benefactorum, & omnium consanguineorum nostrorũ, & quorum quarumque commemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atque omnium fidelium defunctorum, in finibus Sanctorum tuorum requiescant: moxque ex mortuis resuscitati, placeant tibi in regione viuorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

SVscipe Domine hoc sacrificiũ, quod tibi pro animabus parentum nostrorum offerimus; eisque gaudiũ sempiternum in regione viuorum concede: nosque cum illis felicitati Sanctorum con-

coniunge. Per Dominũ. Aliæ Secretæ.

PRo animabus famulorum famularumque tuarum, hic & vbique in Christo dormientium, hostiam Domine suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari, vinculis horrẽdæ mortis exutæ vitam mereantur æternam.

HÆc munera quæsumus Domine, quæ oculis tuæ maiestatis offerimus pro animabus parẽtum, fratrũ, sororum, familiariũ, amicorum, benefactorum, & omnium consanguineorum nostrorũ, & quorum quarumque commemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atq; omnium fidelium defunctorum, salutaria esse concede: vt tua pietate vinculis horrendæ mortis exutæ, æternæ beatitudinis mereantur esse participes. Per Dominum. Postcommunio.

CÆlestis participatio sacramenti quęsumus Domine, animabus parentũ nostrorũ defunctorum requiem & lucem obtineat perpetuã: nosque cũ illis gratia tua coronet æterna. Per Dominum. Aliæ Postcommuniones.

DEus fidelium lumen animarum adesto supplicationibus nostris: & da famulis & famulabus tuis, quorũ corpora hic & vbiq; in Christo requiescunt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem.

DEus, qui inæstimabili misericordia animas mortalium ab angustijs trãsfers ad requiem, propitiare supplicationibus nostris pro animabus parentum, fratrum, sororum, familiarium, amicorũ, benefactorũ, & omniũ consanguineorum nostrorum, & quorum quarumq; cõmemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atque omnium fidelium defunctorum; vt eas paradiso restituens, in tuorum censeas sorte iustorum. Per Dominum nostrum.

Finita Missa fiat processio, vt in die commem. omnium fidelium. 420.

## TERTIA DIE

cuiuslibet Ternarij. Introitus.

REquiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Psalm. Te decet hymnus Deus Psal. 64. in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Requiem æternam. Oratio.

DEus veniæ largitor, & humanæ salutis amator; quęsumus clementiam tuam; vt nostræ congregationis fratres, familiares, & benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Dominum. Aliæ Orationes.

MIserere quæsumus Domine animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum: & de beneficijs quę nobis largiti sunt in terris, præmia æterna consequantur in cælis.

COncede quęsumus Domine Deus noster; vt animæ parentũ, fratrum, sororum, familiarium, amicorum, benefactorum, & omnium consanguineorum nostrorũ, & quorum quarumque commemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi & debitores sumus, atque omnium fide-

fidelium defunctorum, in finibus Sanctorum tuorum requiescant: moxque ex mortuis resuscitati, placeant tibi in regione viuorum. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1. Cor. 15. FRatres: Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiũ, quoniã quidem per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorum. Et sicut in Adã omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabũtur. Vnusquisq; autem in suo ordine, primitiæ Christus: deinde ij, qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt.

Graduale. Requiem æternam dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Psal. 111. Tractus. Absolue Domine animas omniũ fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereãtur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui. Prosa, Dies iræ, pro arbitrio celebrantis dicenda, quære in prima Missa. 93.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 5. IN illo tempore, Dixit Iesus Iudæis: Sicut Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & Filius, quos vult, viuificat. Neque enim Pater iudicat quemquam: sed omne iudiciũ dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitã ęternã, & in iudicium non venit, sed transijt à morte in vitam. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quãdo mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuẽt. Sicut enim Pater habet vitã in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso: & potestatem dedit ei etiam iudicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumẽtis sunt, audient vocem Filij Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Offertorium. Domine Iesu Christe Rex glorię libera animas omnium fidelium defunctorũ de pęnis inferni, & de profundo lacu. Libera eas de ore leonis; ne absorbeat eas tartarus; ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repręsentat eas in lucẽ sanctam. Quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi Domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus. Fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim Abrahæ.

Secreta.

DEus, cuius misericordiæ non est numerus; suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animabus fratrum, familiarium, & benefactorum nostrorũ, quibus tui nominis dedisti confessionẽ, per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorũ remissionẽ tribue peccatorum. Per Dominum.

Aliæ Secretæ.

SVscipe Domine hæc munera, quæ pro animabus omnium benefactorum nostrorum requiescentium immolamus:

lamus: & pro beneficijs eorum, quibus sustentamur in terris, da eis retributionem in regno cælorum.

HÆc munera quęsumus Domine, quę oculis tuę maiestatis offerimus pro animabus parentum, fratrũ, sororum, familiarium, amicorũ, benefactorum, & omnium cõsanguineorum nostrorum, & quorum, quarumque commemorationẽ speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi, & debitores sumus, atque omnium fidelium defunctorum, salutaria esse concede: vt tua pietate vinculis horrendę mortis exutę, ęternę beatitudinis mereantur esse participes. Per Dominum.

Communio. Lux æterna luceat eis Domine, Cum sanctis tuis in æternũ, quia pius es. ℣. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Cũ sanctis tuis in æternum. Postcommun.

PRęsta q̃s omnipotẽs & misericors Deus; vt animę fratrũ, familiariũ, & benefactorum nostrorũ, pro quibus hoc sacrificiũ laudis tuę obtulimus maiestati, per huius virtutẽ sacramẽti à peccatis oĩbus expiatę, lucis perpetuę te miserante recipiant beatitudinẽ. Per Dñm.

Alię Postcommuniones.

SVmpta sacramẽta quęsumus Domine nos absoluant à vinculis peccatorum: & animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum, consortia obtineant spirituum beatorum.

DEus, qui inæstimabili misericordia animas mortalium ab angustijs transfers ad requiem, propitiare sup plicationibus nostris pro animabus parentum, fratrum, sororum, familiarium, amicorum, benefactorum, & omnium quorum, quarumque commemorationem speciali deuotione agimus, ac pro quibus exorare iussi, & debitores sumus, atque omnium fidelium defunctorum: vt eas paradiso restituens, in tuorum cœtus sorte iustorum. Per Dominum.

Dicto Dominus vobiscum, dicitur Requiescant in pace. ℟. Amen.

Finita Missa fiat processio, vt in die Cõmemorationis omnium fidelium Defunctorum. 418.

---

## BENEDICTIO FONTIS in Sabbato sancto.

SAbbato sancto, cantata vltima Prophetia, & immediate post eam dicta Oratione Concede quæsumus, vt in Sabbato sancto dicitur, fit processio ad benedicendũ fontẽ, (si sit fons) præcedẽte cruce, & cereo benedicto accenso: postea Conuentu: & vltimo sacerdotẽ cum pluuiali inter ministros amictos dalmatica, & tunicella albi coloris. Interea dum descenditur, cantatur sequens Tractus. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Psal. 41.
℣. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? Deinde sacerdos, antequam intret ad benedictionẽ fontis, dicat hanc orationem ibi iuxta fontem, ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, respice propitius ad deuotionem populi renascentis: qui sicut ceruus aquarum tuarum expetit fontem: &

con-

concede propitius; vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio animam corpusque lætificet. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. Postea procedit ad benedictionem fontis, dicens ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

O remus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus adesto magnæ pietatis tuæ mysterijs: adesto sacramentis: & ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, Spiritum adoptionis emitte: vt quod nostræ humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus. Eleuans vocem in modum Præfationis prosequitur.

PEr omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spi ri tu tu o. ℣ Sursum

cor da. ℟. Habemus ad Do mi nũ.

℣. Gra ti as agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum & iu stum est.

Verè di gnũ & iu stum est, æquũ, & sa lu ta re, nos ti bi sẽper & vbiq; gra ti as age re: Dñe sancte, Pa ter omnipotẽs, æterne Deus, qui inuisi bi li potẽti a, sacramẽtorũ tuorum mirabi li ter operaris effectũ: & licet nos tantis myste ri js exequendis simus indigni, tu tamen gratiæ tuæ dona

dona non deferens, etiam ad præ-

ces noftras, aures tuæ pie tatis in-

clina. Deus, cuius Spiritus fuper



aquas in ter ip fa mun di primor-



di a fe re batur; vt iam tunc virtu-

tem fanƈti fi ca ti o nis aqua rum

natura con ci peret. Deus qui



nocentis mũdi crimina per aquas

abluens, regenera ti o nis fpeciem



in ip fa di lu ui j e ffu fi o ne fi-



gna fti. Vt v ni us eiufdemque

e le men ti my fte ri o, & fi nis



effet vi ti js, & o ri go vir tu ti bus.

Re fpice Do mi ne in fa ci em Ec-



cle fiæ tu æ: & mul ti pli ca in e a

rege ne ra ti o nes tuas: qui gra ti æ

tu æ affluentis impetu læ ti fi cas

ci ui tatem tuam: fon tem que

baptifma tis a pe ris to to or be

terrarum gentibus in nouandis:

vt

vt tuæ ma ie sta tis im pe ri o, sumat

Vnigeni ti tu i gra ti am de Spi ri tu

sancto.

Sacerdos diuidit aquã manu in modum crucis, dicens,

Qui hanc a quã ✠ regenerandis

hominibus præpara tã, arcana su i

nu mi nis admixti o ne fecundet:

vt sancti fi ca ti o ne concepta, ab

imma cu la to diuini fontis vtero,

in nõ uam re na ta cre a tu-

ram pro ge ni es cæ le stis e mer-

gat. Et quos aut sexus in cor-

pore, aut æ tas discer nit in tem-

pore, omnes in vnam pa ri at gra-

ti a mater infan ti am. Procul er-

go hinc, iubente te Domine, om-

nis spi ri tus immundus abscedat:

procul tota nequi ti a diabolicæ frau-

dis absistat. Nihil hic loci habeat

contra riæ vir tu tis ad mi xti o:

non insi di an dõ circũuolet n on latendo


latendo surrepat: non inficiendo


Aquam manu tangit, dicens.

corrumpat.

Sit hæc sancta & innocẽs creatura

li be ra ab om ni im pu gnatoris in

cursu: & to ti us nequi ti æ purgata


discessu. Sit fons vi uus: aqua re ge-

nerans: vnda purificãs. Vt oẽs hoc

la ua cro sa lu ti fe ro diluen di, ope-

ran te in eis Spi ri tu san cto, per fe-

ctæ pur ga ti o nis in dul gen ti am

Facit cruces supra fontem, dicens,

consequatur.


Vn de be ne ✠ dico te creatura a-

quæ per Deũ ✠ viuũ: per Deũ ✠

verũ: per Deũ ✠ sanctũ. Per Deũ,

q te in prĩci pi o, verbo separa~~b~~uit ab

a ri da: cui⁹ Spiritus sup̃ te ferebatur.

Diuidit aquam, & effundit in quattuor mundi partes, dicens.



Qui te de paradisi fonte manare

fe cit: & in quat tuor flu minibus


di ui dens, to tam terram ri ga re

præ-

præcepit. Qui te in deserto ama-

ram, su a ui ta te in di ta, fecit

esse potabilem: & si ti en ti populo

de pe tra pro du xit.

*Facit crucem supra fontem, dicens,*

Bene ✠ dico te & per Iesum Chri

stū fi li um e ius, vni cum Dominū

nostrū: qui te in Ca na Ga li læ æ,

signo admirabi li, sua potentia cō-

uer tit in vi nū. Qui pe di bus su-

per te am bu la uit: & à Io an ne

in Ior da ne in te ba pti za tus est:

Qui te vna cum san gui ne de la-

tere su o ꝓduxit: & discipulis suis

iussit vt credentes baptiza rē tur in

te, dicens: I te do ce te omnes gē-

tes: baptizātes e os in nomine Pa-

tris, & Fi li j, & Spi ri tus sancti.

*Mutat vocem, & prosequitur in modum lectionis.*

HÆc nobis præcepta seruantibus, tu Deus omnipotens, clemens adesto: tu benignus aspira. *Halat ter in aquam faciendo tres cruces, ✠ ✠ ✠ dicendo semel.*

Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt præter naturalem emundationem, quam lauandis possunt adhibere corporibus, sint etiam & purificandis mentibus efficaces.

Hic ponit cereum parum intus in aquam: & reſumens tonum Præfationis, dicit.

De ſcen dat in hanc pleni tu dinẽ

fon tis, vir tus Spi ri tus ſan cti.

Deinde extractum cereum de aqua, iterum profundius mergit, aliquanto altius repetens, Deſcendat in hanc. Poſtea extractum rurſus cereum de aqua, tertio immergens vſque ad fundum, altiori adhuc voce repetit Deſcendat, vt ſupra. Deinde ſufflat ter in aquam, ſecundum hanc figuram, ✠ ducendo flatũ primo per lineam rectam, ſecundũ per ſiniſtram, tertio per dextram, incipiendo ſemper à nexu linearum: & proſequitur,

Totãq; huius aquę ſubſtantiam,

re ge neran di fecundet effectu.

Hic tollitur cereus de aqua: & proſequitur,

Hic omnium pec-

cato rũ maculę deleantur: hic natu-

ra ad ima ginẽ tu am cõ di ta, & ad

honorẽ ſu i reformata principi j,

cũctis ve tu ſta tis ſqualoribus emũ-

de tur: vt om nis ho mo ſacramen-

tũ hoc regenera ti o nis ingreſſus:

in ve ræ in no centiæ nouam infan-

ti am renaſcatur.

Sequentia dicit legendo. Per Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſęculũ per ignẽ. ℟. Amen. Deinde Sacerdos ſpargit de ipſa aqua ſuper Fratres: & aliquis alius ſacerdos ſuper populũ: miniſter autem eccleſiæ accipit in vaſe aliquo de eadẽ aqua, ad aſpergẽdum in domibus, & alijs locis. His peractis, ſacerdos infundit de oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis, intelligibili voce dicens, Sanctificetur ✠ & fœcun-

fæcundetur fons iste oleo salutis renascētibus ex eo, in vitam æternam. ℞. Amē. Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra, dicēs Infusio Chrismatis Domini nostri Iesu Christi, ✠ & Spiritus sancti paracliti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis. ℞. Amen. Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti, & Chrismatis, & de vtroq; simul in modū crucis infundendo, dicit, Commistio Chrismatis sanctificationis, & olei vnctionis, & aquæ baptismatis, pariter fiat, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. ℞. Amē. Tunc miscet ipsum oleum cum aqua, & spargit cum manu per omnem fontem. Postea lauat manus aqua, & pane, ac tergit linteo, antea à sacrista preparatis: & ablutio projiciatur in piscinam. Si aderunt baptizandi, eos more solito baptizet. Deinde ordine, quo venerant, redeunt ad chorum dicēdo Litanias, quas in choro, omnibus genuflexis, prosequantur vsque ad finem.

## ORDO AD FACIENDAM

Aquam benedictam, quæ per totum annum singulis diebus Dominicis renouari debet.

¶ Sacerdos ✗ cum stola circa collum, habens ante se sal, & aquam, dicit, ℣ Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℞ Qui fecit cælum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℞. Ex hoc nunc & vsque in sæculum. Deinde conuertendo se specialiter ad sal, absolute incipit Exorcismum, dicens:

EXorcizo te creatura salis per Deum ✠ viuum, per Deū ✠ verum, per Deum ✠ sanctū, per Deum, qui te per Eliseum prophetā in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus te sumentibus sanitas animæ, & corporis: & effugiat atq; discedat à loco in quo aspersum fueris, omnis phātasia & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. ℞ Amen. Oremus. Oratio.

IMmensam clementiam tuam omnipotens ęterne Deus humiliter imploramus; vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mētis, & corporis: & quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omniq; impugnatione spiritalis nequitiæ. Per Dominum.

Postea conuertendo se specialiter ad aquam, absolute dicit Exorcismum:

EXorcizo te creatura aquę in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, & in nomine ✠ Iesu Christi filij eius Domini nostri, & in virtute sancti ✠ Spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandā omnem potestatē inimici: & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas, cum angelis suis apostaticis. Per virtutē eiusdem Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. ℞. Amen.

Oremus. Oratio.

DEus, qui ad salutem humani generis maxima quęque sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius inuocationibus nostris: & elemento huic multimodis purificatio-



✗ alba, vel superpelliceo indutus

ficationibus præparato, virtutē tuæ bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos dæmones, morbosque pellendos diuinæ gratiæ sumat effectū: vt quidquid in domibus vel in locis fidelium hæc vnda resperserit, careat omni immunditia: liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitātium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum. Hic mittat sal in aquam in modum crucis ter, dicendo semel:

Commistio salis, & aquæ pariter fiat, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus inuictæ virtutis Auctor, & insuperabilis imperij Rex, ac semper magnificus triūphator; qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sæuitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas, te Domine trementes, & supplices deprecamur ac petimus; vt hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tuæ rore sanctifices: vt vbicumq; fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & præsentia sancti Spiritus, nobis misericordiam tuam poscentibus, vbiq; adesse dignetur. Per Dominum nostrum. In vnitate eiusdem Spiritus sancti.

## DE ANTIPH. Veni sancte Spiritus: & aspersione aquæ benedictæ.

Ante Missam maiorem cantatur Aña, Veni sancte Spiritus, cū ℣. & Oratione, vt infra: quæ dicitur omni tēpore genibus flexis vsq; ad Qui per diuersitatem. Sed intermittitur à Dominica Palmarū, vsq; ad Dominicam in Albis inclusiue: & à Vigilia Pētecostes, vsq; ad Trinitatem inclusiue: & in omnibus festis duplicibus maioribus: & quando Missa cantatur de Spiritu sancto: & quādo Missa est Defunctorum. Aña. Veni sācte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignē accēde. Qui per diuersitatē linguarū cunctarū, gētes in vnitatē fidei cōgregasti, allel. allel. ℣. Emitte Spiritū tuum, & creabūtur. ℟. Et renouabis faciē terræ. Temp. Pasch. additur alleluia. Oratio. Deus, qui corda fidelium, vt supra in Missa votiua de Spiritu sancto. 35. Prædicta Aña post Septuag. dr sine alle.

¶ In Dñicis diebus, dū prædicta Antiph. cantatur, sacerdos indutus Pluuiali, si commode potest, & ministri induti vestibus ad Missam conuenientibus, & accolythi cum aqua benedicta & aspersorio, procedunt ad altare: & ibi ad gradus stantes, accolythi dicant ℣. Emitte Spiritum tuum. Et sacerdos Orationem. Deus qui corda fidelium. Qua finita, accipiēs à diacono aspersorium, genuflectit cum omnibus ministris: & incipit Antiph. Asperges vel aliā tēpori conuenientē: quā chorus prosequitur: & aspergit ter altare, & semel se: postea eleuant se oēs, & aspergit diaconū, subdiaconum, & mi-

& ministros: deinde Fratres incipiendo à dextro choro: post Fratres, seculares existentes in choro: diaconus, & subdiaconus eleuent extremitates pluuialis, dum aspergit sacerdos. Postquam sacerdos asperserit in choro, accolythi aspergant omnes existentes per Ecclesiam.

Sequens Antiph. Asperges me, dicitur à Trinitate vsq; ad Septuag. Antiph. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Psal. 50. Psal. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper & in sæcula sæculorum. Amen. Iterum dicitur Antiphona, Asperges.

¶ Sequens Antiph. Sancte Deus, dicitur à Septuag. vsque ad Dominicam Palmarum inclusiue. Sed in Dominica Passionis, & Palmarum non dicitur Gloria Patri: sed post Psal. repetitur immediate Antiph. Sancte Deus, Sancte Fortis, Sancte & Immortalis. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Psalmus. Psal. 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. ℣. Gloria Patri. Repetitur Antiphona. Sancte Deus.

¶ Sequens Antiph. Vidi aquã, dicitur a Pascha vsque ad Pentec. inclusiue. Aña. Vidi aquam egredientẽ de templo à latere dextro, alleluia: & omnes, ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, & dicent, alleluia, alleluia. Psalmus. Confitemini Psal. 117. Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. ℣. Gloria Patri. Repetitur Antiph. Vidi aquam. Finita Antiphona pro tẽpore sacerdos qui aspersit aquã, reuersus ad altare, ante gradus altaris stans dicat ℣. Ostende nobis Dñe misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuũ da nobis. Oremus. Oratio.

EXaudi nos Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris sanctum angelũ tuum de cælis qui custodiat, foueat, protegat, visitet, & defendat omnes habitãtes in hoc habitaculo. Per Christum Dominũ nostrũ.

Si non sit facienda processio, redeant in sacristiam.

---

## BENEDICTIO

aquæ sancti Alberti.

¶ Sacerdos cũ stola circa collum, (quod in omnibus alijs benedictionibus seruare debet) primo dicat ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsq; in sæculũ. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

FIdelium Deus omnium fortitudo & salus, qui socrum beati Petri Apostoli tui febribus magnis detentam pio rogationis intuitu perfect sanasti; san ✠ ctifica, & bene ✠ dic creaturã hãc aquæ tuo sacratissimo nomine, & reliquijs sanctissimi confessoris tui Alberti; quem spreto sæculo ad almæ tuæ Genitricis Religionem vocare dignatus es: & concede eius gloriosis meritis, atq; intercessionibus; vt quicumque febriũ vexatione grauantur, per huius aquæ sumptionẽ humilem, à cunctis animæ, & corporis languoribus liberentur: atque Ecclesiæ tuæ representari mereãtur, gratiarũ tibi actiones in ea iugiter referẽdo. Qui viuis, & regnas cũ. Deinde ponat ter reliquias faciendo tres cru-

ces in aqua, dicendo absolute semel;

BEne ✠ dic Dñe meritis sancti Alberti creaturā ✠ hāc aquę, qui glorioso tuo corpore benedixisti ✠ aquas Iordanis: & præsta; vt oēs gustantes ex ea, tam corporis, quàm animæ recipiant sanitatem. Qui viuis, & regnas cū Deo Patre in vnitate. Deinde dicitur Antiph. O Alberte norma munditiæ, puritatis, & continentiæ, ora matrē misericordiæ vt in hac valle miseriæ nos defendat [illegible]: vt exuto mortali corpore, pfruamur æterna requie. ℣. Ora pro nobis beate Alberte. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Oremus. Orõ.

COncede quæsumus omnipotens & misericors Deus; vt per virtutē benedictionis huius aquæ, & per meritū passionis Domini nostri Iesu Christi, & per intercessionē beatæ Mariæ virginis, & beati Alberti, & omniū Sanctorum, & Sāctarum Dei omnes fideles qui piè, & deuotè aquā istam gustauerint, & animæ, & corporis sanitatē recipere valeāt; & in tuo sancto seruitio semper permanere. Per Dominum nostrum Iesum.

BENEDICTIO sacerdotaliū indumentorum in genere.

℣. Adiutoriū nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terrā ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū Spū tuo. Orem. Orõ.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulū tuum pōtificalia, & sacerdotalia, atq; leuitica vestimenta, ad explēdū ministeriū eorum in conspectu tuo ad honorē, & decorē nominis tui fieri decreuisti; adesto propitius inuocationibus nostris: & hæc indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostræ humilitatis seruitutem purifi ✠ care, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus, & sacris mysterijs, apta, & benedicta existant: his sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuitę tui induti, ab omnibus impulsionibus seu tētationibus malignorū spirituū muniti, & defensi esse mereantur: tuisq; mysterijs aptè, & cōdignè seruire, & inhærere: atq; in his tibi placitè, & deuoté perseuerare concede. Per Christum Dominum nostrum. Oremus. Alia Oratio.

DEus inuictæ virtutis [illegible], & omniū rerum creator ac sanctificator; intende propitius preces nostras: & hæc indumenta leuiticæ, & sacerdotalis gloriæ ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, [illegible] sanctifi ✠ care digneris: omnesque eis vtentes, tuis mysterijs aptos, & tibi in eis deuotè, & amabiliter seruientes, gratos effici [illegible]. Per Dominum nostrum. Oremus. Alia Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui vestimenta pontificibus, sacerdotibus, & leuitis, in vsum tabernaculi fœderis necessaria, [illegible] Moysen famulum tuū agere iussisti; eumq; Spiritu sapientiæ ad id peragendum repleuisti; hæc vestimenta in vsū, & cultū mysterij tui sancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & cōsecra ✠ re digneris: atq; ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus grã dignanter repleri: atque castitatis stola, beata facias cū bonorū fructu operum ministerij congruētis, immortalitate vestiri. Per Chrm̄ Do. nost. Deinde aspergat ipsa indumenta aqua benedicta.

ALIA

ALIA BENEDICTIO

sacerdotaliũ indumentorum in specie.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DEus omnipotens, bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor; supplices te rogamus; vt manibus nostris opem tuæ benedictionis infundas: vt *hunc amictum* diuino cultui *præparatum* virtute superna benedicere ✠ sancti ✠ ficare, & confe ✠ crare digneris: & omnibus eo vtentibus gratiam sanctificationis sacri ministerij tui benignus concede: vt in conspectu tuo sancti, & immaculati atque irreprehensibiles appareant: & donum tuæ misericordiæ acquirant. Per Christum Dominum nostrum.

Et aspergatur aqua benedicta.

Si manipulus benedicendus sit, mutari debet amictum, in manipulum. Si vero cinctorium, vel pluuiale benedicendum sit, dicat hunc amictum, in hoc cinctorium, vel hoc pluuiale. Si autem alba, stola, tunicella, dalmatica, vel planeta benedicenda sit, mutetur hunc amictũ, & præparatum, & eo, in hanc albã, vel stolam, vel tunicellam, vel dalmaticam, vel planetam, & præparatam, & ea. Si duo indumenta simul benedicenda sint, dicet hæc amictum, & stolam, vel illa quæ benedicentur, & præparata, & eis.

BENEDICTIO

Amictus.

℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Domini. ℟. Sit nomen Domini benedictũ.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DEus immense, cui quæq; grauia facilia sunt; hoc genus linteaminis super caput ponendũ sancti ✠ fica: & præsta; vt quicumq; eo vsi fuerint, nullo mẽtis, & corporis põdere prægrauentur. Per Christũ Dominum nostrũ.

Et aspergat eum aqua benedicta.

BENEDICTIO

Manipuli.

℣. Adiutorium nostrum. ℟. Sit nomen Domini benedictum. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEuotionis infusor quæsumus bene ✠ dicere dignare manipulũ istum: vt remissionem macularũ suarũ suscipiant, in huius muneris collatione præuenti: & fiducialiter quę postulanda sunt postulẽt, & facilius impetrẽt populis postulata. Per Christũ Dñm nostrũ.

Et aspergat eum aqua benedicta.

BENEDICTIO

Stolæ.

℣. Adiutorium nostrum. ℟. Sit nomen Domini benedictum. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus, qui solis prædicatoribus collũ, & pectus orario muniri concessisti; exaudi nos propitius: vt quicũq; tuorũ sacerdotum colla huic stolæ subiecerint, quidquid boni, ore ꝑtulerint, ope adimplere festinent. Per Chrm Dñm.

Et aspergat eam aqua benedicta.

BENEDICTIO

Planetæ.

℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Domini. ℟. Sit nomen Domini benedictũ.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DEus, fons bonitatis, & iustitiæ, qui operis ministros ad extremũ vestimento casulæ, cuius munimine interius

sterius omnia tegerentur, vestiri iussisti; concede petitionibus nostris; vt omnes hac planeta induti, enumeratis intus virtutum ornamentis, vinculū perfectę charitatis super omnia habeant: quo perficere valeant, quæ desiderant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergat eam aqua benedicta.

¶ Quando supradictæ benedictiones amictus, & sequentes, vna post aliam immediate dicuntur; ante primam tantum, dicuntur ℣. Adiutorium, & Sit nomen, ac Dominus vobiscum: ante alias vero solum dicitur Oremus: & post vltimam asperganturomnia indumenta aqua benedicta simul.

X bene ✠ dictione sanctificatur

BENEDICTIO

Mapparum, seu linteaminum altarij.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. ℣. Dominus vobiscū. Oremus. Oratio.

Exaudi Domine preces nostras: & hæc linteamina sacri altaris vsui præparata bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris. Per Christum Dominum. Oremus. Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui ornamenta, & linteamina facere [redacted] per quadraginta dies docuisti; quæ etiam Maria texuit, & fecit in vsum ministerij tabernaculi fœderis; sancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris hæc linteamina, ad tegendum, inuoluendumq; altare gloriosissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

X Moysen famulum tuum

Et aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO

Corporalium.

℣. Adiutoriū nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Clementissime Dñe, cuius inenarrabilis virtus, cuius mysteria arcanis mirabilibus celebrantur; tribue quæsumus; vt hoc linteamen, tuæ propitiationis [redacted], ad consecrandum super illud corpus, & sāguinem Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorū. Orem. Orō.

Omnipotens sempiterne Deus, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare, & conse ✠ crare digneris linteamen istud, ad tegendū & inuoluēdū corpus, & sanguinē Domini nostri Iesu Christi filij tui. Qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus, manibus nostris opē tuæ benedictionis infunde: vt per nostrā benedictionē hoc linteamen sancti ✠ ficetur: ac corporis, & sanguinis Redēptoris nr̄i nouū sudariū Sācti Spiritus gratia perficiatur. Per eumdem Dñm. In vnitate eiusdem.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO

Missalis, vel cuiuscumq; libri Ecclesiast.

℣. Adiutoriū nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum. ℣. Dominus vobiscū. Oremus. Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, ęterne Deus, qui famulo tuo Moysi

Moysi tabulas, in quibus præcepta legis ostendebantur, dedisti; vt omnes viuẽtes illa seruare deberent; bene ✠ dic, & sancti ✠ fica hunc librum: in quo lex est, & mãdatũ: & presta; vt ita eo vti possimus, quòd sit in remediũ animarũ nostrarum. Per Christum Dñm nostrum.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO agni Paschalis.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

IEsu Christe fili Dei viui, qui es verus & immaculatus agnus; quique immolatus in ara crucis peccata mundi delesti, & nos ad ouile proprijs humeris reportasti; has carnes agni, quas ad vsus hominũ creasti, bene ✠ dicere, & sãcti ✠ ficare tua pietate digneris: vt oẽs ex eis sumẽtes se sentiant tuis beneficijs repletos: & corporis, & aĩæ sanitatẽ te annuẽte se percepisse lætẽtur, Saluator mũdi. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO carnium.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DIgnare Domine Deus bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare has carnes: vt quicumq; de eis comederint, tuæ cælestis gratiæ repleantur bonis. Per Christum Dominum nostrum.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO PANIS.

℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DOmine sancte, Pater omnipotẽs, æterne Deus; bene ✠ dicere digneris hunc panẽ tua sancta spũali benedictione; sicut benedixisti quinq; panes in deserto: vt sit omnib' sumẽtibus salus mẽtis, & corporis: atque contra oẽs morbos, & vniuersas inimicorũ insidias tutamen. Per Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum, panem angelorum, panẽ viuũ, panẽ æternæ vitæ, q de cælo descendit, & dat vitã & salutẽ mundo, & tecũ viuit, & regnat in sæcula sæculorum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO VINI.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, qui ad nuptias in Cana Galilææ aquã, virtutẽ benedictionis infundẽdo, in vinũ purũ conuertisti, bene ✠ dic, & sancti ✠ fica vinũ istud: & concede; vt oẽs gustantes, & sumentes ex eo, aĩæ, & corporis sanitatem consequantur. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO ouorum.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.



latendo ſurrepat: non inficiendo

corrumpat. Aquam manu tangit, dicens.

Sit hæc ſancta & innocẽs creatura



li be ra ab om ni im pu gnatoris in

curſu: & to ti us nequi ti æ purgata



diſceſſu. Sit fons vi uus: aqua re ge-

nerans: vnda purificãs. Vt oẽs hoc

la ua cro ſa lu ti fe ro di luen di, ope-



ran te in eis Spi ri tu ſan cto, per fe-

ctæ pur ga ti o nis in dul gen ti am

conſequatur. Facit cruces ſupra fontem, dicens,

Vn de be ne ✠ dico te creatura a-

quæ per Deũ ✠ viuũ: per Deũ ✠

verũ: per Deũ ✠ ſanctũ. Per Deũ,



q te in prĩci pi o, verbo ſepara(x)it ab



a ri da: cui' Spiritus ſup te ferebatur.

Diuidit aquam, & effundit in quattuor mundi partes, dicens.

Qui te de paradiſi fonte manare

fe cit: & in quat tuor flu minibus

di ui dens, to tam terram ri ga re

præ-

præcepit. Qui te in deserto amaram, su a ui ta te in di ta, fecit esse potabilem: & si ti en ti populo de pe tra pro du xit.

*Facit crucem supra fontem, dicens,*

Bene ✠ dico te & per Iesum Christũ fi li um e ius, vni cum Dominũ nostrũ: qui te in Ca na Ga li lææ, signo admirabi li, sua potentia cõuer tit in vi nũ. Qui pe di bus super te am bu la uit: & à Io an ne in Ior da ne in te ba pti za tus est: Qui te vna cum san gui ne de latere su o ꝑduxit: & discipulis suis iussit vt credentes baptiza rẽ tur in te, dicens: I te do ce te omnes gẽtes: baptizãtes e os in nomine Patris, & Fi li j, & Spi ri tus sancti.

*Mutat vocem, & prosequitur in modum lectionis.*

HÆc nobis præcepta seruantibus, tu Deus omnipotens, clemens adesto: tu benignus aspira. *Halat ter in aquam faciendo tres cruces, ✠ ✠ ✠ dicendo semel.*

Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt præter naturalem emundationem, quam lauandis possunt adhibere corporibus, sint etiam & purificandis mentibus efficaces.



Hic

Hic ponit cereum parum intus in aquam: & resumens tonum Præfationis, dicit.

Deinde extractum cereum de aqua, iterum profundius mergit, aliquanto altius repetens, Descendat in hanc. Postea extractum rursus cereum de aqua, tertio immergens vsque ad fundum, altiori adhuc voce repetit Descendat, vt supra. Deinde sufflat ter in aquam, secundum hanc figuram, ✠ ducendo flatũ primo per lineam rectam, secundũ per sinistram, tertio per dextram, incipiendo semper à nexu linearum: & prosequitur,

Hic tollitur cereus de aqua: & prosequitur,






Sequentia dicit legendo. Per Dñm nostrũ Iesum Christũ filiũ tuũ. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sęculũ per ignẽ. ℟. Amen. Deinde Sacerdos spargit de ipsa aqua super Fratres: & aliquis alius sacerdos super populũ: minister autem ecclesiæ accipit in vase aliquo de eadẽ aqua, ad aspergẽdum in domibus, & alijs locis. His peractis, sacerdos infundit de oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis, intelligibili voce dicens, Sanctificetur ✠ & fœcun-

fæcundetur fons iſte oleo ſalutis renaſcẽtibus ex eo, in vitam æternam. ℞. Amẽ. Deinde infundit de Chriſmate, modo quo ſupra, dicẽs Infuſio Chriſmatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ✠ & Spiritus ſancti paracliti, fiat in nomine ſanctæ Trinitatis. ℞. Amen. Poſtea accipit ambas ampullas dicti olei ſancti, & Chriſmatis, & de vtroq; ſimul in modũ crucis infundendo, dicit, Commiſtio Chriſmatis ſanctificationis, & olei vnctionis, & aquæ baptiſmatis, pariter fiat, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. ℞. Amẽ. Tunc miſcet ipſum oleum cum aqua, & ſpargit cum manu per omnem fontem. Poſtea lauat manus aqua, & pane, ac tergit linteo, antea à sacriſta præparatis: & ablutio projciatur in piſcinam. Si aderunt baptizandi, eos more ſolito baptizet. Deinde ordine, quo venerant, redeunt ad chorum dicẽdo Litanias, quas in choro, omnibus genuflexis, proſequantur vſque ad finem.

---

## ORDO AD FACIENDAM

Aquam benedictam, quæ per totum annum ſingulis diebus Dominicis renouari debet.

¶ Sacerdos cum ſtola circa collum, habens ante ſe ſal, & aquam, dicit, ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℞. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℞. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum. Deinde conuertendo ſe ſpecialiter ad ſal, abſolute incipit Exorciſmum, dicens:

EXorcizo te creatura ſalis per Deum ✠ viuum, per Deũ ✠ verum, per Deum ✠ ſanctũ, per Deum, qui te per Eliſeum prophetã in aquam mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilitas aquæ: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium, & ſis omnibus te ſumentibus ſanitas animæ, & corporis: & effugiat atq; diſcedat à loco in quo aſperſum fueris, omnis phãtaſia & nequitia, vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque ſpiritus immundus adiuratus. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℞. Amen. Oremus. Oratio.

IMmenſam clementiam tuam omnipotens ęterne Deus humiliter imploramus; vt hanc creaturam ſalis, quam in vſum generis humani tribuiſti, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mẽtis, & corporis: & quidquid ex eo tactum, vel reſperſum fuerit, careat omni immunditia, omniq; impugnatione ſpiritalis nequitiæ. Per Dominum.

Poſtea conuertendo ſe ſpecialiter ad aquam, abſolute dicit Exorciſmum:

EXorcizo te creatura aquę in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, & in nomine ✠ Ieſu Chriſti filij eius Domini noſtri, & in virtute ſancti ✠ Spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandã omnem poteſtatẽ inimici: & ipſum inimicum eradicare, & explantare valeas, cum angelis ſuis apoſtaticis. Per virtutẽ eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℞. Amen.

Oremus. Oratio.

DEus, qui ad ſalutem humani generis maxima quęque ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti, adeſto propitius inuocationibus noſtris: & elemento huic multimodis purificatio-



x alba, uel superpelliceo indutus

ficationibus præparato, virtutẽ tuæ bene✠dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos dæmones, morbosque pellendos diuinæ gratiæ sumat effectũ: vt quidquid in domibus vel in locis fidelium hæc vnda resperserit, careat omni immunditia: liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitã tium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum. Hic mittat sal in aquam in modum crucis ter, dicendo semel:

Commistio salis, & aquæ pariter fiat, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus inuictæ virtutis Auctor, & insuperabilis imperij Rex, ac semper magnificus triũphator; qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sæuitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas, te Domine trementes, & supplices deprecamur ac petimus; vt hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tuæ rore sanctifices: vt vbicumq; fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & præsentia sancti Spiritus, nobis misericordiam tuam poscentibus, vbiq; adesse dignetur. Per Dominum nostrum. In vnitate eiusdem Spiritus sancti.

## DE ANTIPH.

Veni sancte Spiritus: & aspersione aquæ benedictæ.

Ante Missam maiorem cantatur Aña, Veni sancte Spiritus, cũ ℣. & Oratione, vt infra: quæ dicitur omni tẽpore genibus flexis vsq; ad Qui per diuersitatem. Sed intermittitur à Dominica Palmarũ, vsq; ad Dominicam in Albis inclusiue: & à Vigilia Pẽtecostes, vsq; ad Trinitatem inclusiue: & in omnibus festis duplicibus maioribus: & quando Missa cantatur de Spiritu sancto: & quãdo Missa est Defunctorum. Aña. Veni sãcte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignẽ accẽde. Qui per diuersitatẽ linguarũ cunctarũ, gẽtes in vnitatẽ fidei cõgregasti, allel. allel. ℣. Emitte Spiritũ tuum, & creabũtur. ℟. Et renouabis faciẽ terræ. Temp. Pasch. additur alleluia. Oratio. Deus, qui corda fidelium, vt supra in Missa votiua de Spiritu sancto. 35.

Prædicta Aña post Septuag. d. fine alle.

¶ In Dñicis diebus, dũ prædicta Antiph. cantatur, sacerdos indutus Pluuiali, si commode potest, & ministri induti vestibus ad Missam conuenientibus, & accolythi cum aqua benedicta & aspersorio, procedunt ad altare: & ibi ad gradus stantes, accolythi dicant ℣. Emitte Spiritum tuum. Et sacerdos Orationem. Deus qui corda fidelium. Qua finita, accipiẽs à diacono aspersorium, genuflectit cum omnibus ministris: & incipit Antiph. Asperges vel aliã tẽpori conuenientẽ: quã chorus prosequitur: & aspergit ter altare, & semel se: postea eleuant se oẽs, & aspergit diaconũ, subdiaconum, & mi-

& ministros: deinde Fratres incipiendo à dextro choro: post Fratres sæculares existentes in choro: diaconos, et subdiaconos eleuantes extremitates pluuialis, dum aspergit sacerdos. Postquam sacerdos aspersit in choro, accolythi asper- [illegible] omnes existentes per Ecclesiam.

Sequens Antiph. **Asperges me,** dicitur à Trinitate vsq; ad Septuag. Antiph.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Psal. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Psal. 50.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper & in sæcula sæculorum. Amen. Repetitur Antiphona, Asperges.

¶ Sequens Antiph. Sancte Deus, dicitur à Septuag. vsq; ad Dominicam Palmarum inclusiue. Sed in Dominica Passionis, & Palmarum non dicitur Gloria Patri: sed post Psal. repetitur immediate Antiph. Sancte Deus, Sancte Fortis, Sancte & Immortalis. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Psalmus. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. ℣. Gloria Patri. Repetitur Antiphona. Sancte Deus.

Psal. 66.

¶ Sequens Antiph. Vidi aquã, dicitur a Pascha vsq; ad Pentec. inclusiue. Ant. Vidi aquam egredientẽ de templo à latere dextro, alleluia: & omnes, ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, & dicent, alleluia, alleluia. Psalmus. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. ℣. Gloria Patri. Repetitur Antiph. Vidi aquam. Finita Antiphona pro tempore, sacerdos qui aspersit aquã, reuersus ad altare, an-

Psal. 117.

[illegible] gradibus altaris stans, dicat ℣. Ostende nobis Dñe misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuũ da nobis. Oremus. Oratio.

EXaudi nos Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris sanctum angelũ tuum de cælis qui custodiat, foueat, protegat, visitet, & defendat omnes habitãtes in hoc habitaculo. Per Christum Dominũ nostrũ. Si non sit [illegible] processio, redeant ad [illegible].

---

## BENEDICTIO

aquæ sancti Alberti.

¶ Sacerdos cũ stola circa collum, (quod in omnibus alijs benedictionibus seruare debet) primo dicit. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsq; in sæculũ. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

FIdelium Deus omnium fortitudo & salus, qui socrum beati Petri Apostoli tui febribus magnis detentam pio rogationis intuitu perfecte sanasti; san ✠ ctifica, & bene ✠ dic creaturã hãc aquæ in tuo sacratissimo nomine, & reliquijs sanctissimi confessoris tui Alberti; quem spreto sæculo ad almæ tuæ Genitricis Religionem vocare dignatus es: & concede eius gloriosis meritis, atq; intercessionibus; vt quicumque febriũ vexatione grauantur, per huius aquæ sumptionẽ humilem, à cunctis animæ, & corporis languoribus liberentur: atque Ecclesiæ tuæ repræsentari mereãtur, gratiarũ tibi actiones in ea iugiter referẽdo. Qui viuis, & regnas cũ. Deinde ponat ter reliquias faciendo tres cru-

ces in aqua, dicendo absolute semel;

BEne ✠ dic Dñe meritis sancti Alberti creaturã ✠ hãc aquę, qui glorioso tuo corpore benedixisti ✠ aquas Iordanis: & præsta; vt oẽs gustantes ex ea, tam corporis, quàm animæ recipiant sanitatem. Qui viuis, & regnas cũ Deo Patre in vnitate. Deinde dicitur Antiph. O Alberte norma munditiæ, puritatis, & continentiæ, ora matrẽ misericordiæ vt in hac valle miseriæ nos defendat, ab hoste uetere praecedere: vt exuto mortali corpore, pfruamur æterna requie. ℣. Ora pro nobis beate Alberte. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Oremus. Orõ.

COncede quæsumus omnipotens & misericors Deus; vt per virtutẽ benedictionis huius aquæ, & per meritũ passionis Domini nostri Iesu Christi, & per intercessionẽ beatæ Mariæ virginis, & beati Alberti,, & omniũ Sanctorum, & Sãctarum Dei omnes fideles, qui piè, & deuotè aquã istam gustauerint, & animæ, & corporis sanitatẽ recipere valeãt; & in tuo sancto seruitio semper permanere. Per Dominum nostrum Iesum.

BENEDICTIO sacerdotaliũ indumentorum in genere.

℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terrã ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ Spũ tuo. Orem. Orõ.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulũ tuum põtificalia, & sacerdotalia, atq; leuitica vestimenta, ad explẽdũ ministeriũ eorum in conspectu tuo ad honorẽ, & decorẽ nominis tui fieri decreuisti; adesto propitius inuocationibus nostris: & hæc indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostræ humilitatis seruitutem purifi ✠ care, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus, & sacris mysterijs, apta, & benedicta existant: hisque sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuitę tui induti, ab omnibus impulsionibus seu tẽtationibus malignorũ spirituũ muniti, & defensi esse mereantur: tuisq; mysterijs aptè, & cõdignè seruire, & inhærere: atq; in his tibi placitè, & deuotè perseuerare concede. Per Christum Dominum nostrum. Oremus. Alia Oratio.

DEus inuictæ virtutis triumphator, & omniũ rerum creator ac sanctificator; intende propitius preces nostras: & hæc indumenta leuiticæ, & sacerdotalis gloriæ ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, ✠ sanctifi ✠ care digneris: omnesque eis vtentes, tuis mysterijs aptos, & tibi in eis deuotè, & amabiliter seruientes, gratos efficere digneris. Per Dominum nostrum. Oremus. Alia Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui vestimenta pontificibus, sacerdotibus, & leuitis, in vsum tabernaculi fœderis necessaria, Moysen famulum tuũ agere iussisti; eumq; Spiritu sapientiæ ad id peragendum repleuisti; hæc vestimenta in vsũ, & cultũ mysterij tui sancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & cõsecra ✠ re digneris: atq; ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus grã dignanter repleri: atque castitatis stola, beata facias cũ bonorũ fructu operum ministerij congruẽtis, immortalitate vestiri. Per Chrm Do. nost. Deinde aspergat ipsa indumenta aqua benedicta.

ALIA

ALIA BENEDICTIO sacerdotaliũ indumentorum in specie.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DEus omnipotens, bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor; supplices te rogamus; vt manibus nostris opem tuæ benedictionis infundas: vt *hunc amictum* diuino cultui *præparatum* virtute superna benedicere ✠ sancti ✠ ficare, & conse ✠ crare digneris: & omnibus eo vtentibus gratiam sanctificationis sacri ministerij tui benignus concede: vt in conspectu tuo sancti, & immaculati atque irreprehensibiles appareant: & donum tuæ misericordiæ acquirant. Per Christum Dominum nostrum.

Et aspergatur aqua benedicta.

Si manipulus benedicendus sit, mutari debet **amictum**, in **manipulum.** Si vero cingulum, vel pluuiale benedicendum sit, mutetur **hunc amictum**, in **hoc cinctorium**, vel **hoc pluuiale.** Si autem alba, stola, tunicella, dalmatica, vel planeta benedicenda sit, mutetur **hunc amictũ**, & **præparatum**, & **eo**, in **hanc albã**, vel **stolam**, vel **tunicellam**, vel **dalmaticam**, vel **planetam**, & **præparatam**, & **ea.** Si duo indumenta simul benedicenda sint, dicet **hæc amictum**, & **stolam**, vel illa quæ benedicentur. & **præparata**, & **eis.**

BENEDICTIO Amictus.

℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Domini. ℣. Sit nomen Domini benedictũ.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DEus immense, cui quæq; grauia facilia sunt; hoc genus linteaminis super caput ponendũ sancti ✠ fica: & præsta; vt quicumq; eo vsi fuerint, nullo mẽtis, & corporis põdere prægrauentur. Per Christũ Dominum nostrũ.

Et aspergat eum aqua benedicta.

BENEDICTIO Manipuli.

℣. Adiutorium nostrum. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEuotionis infusor quæsumus bene ✠ dicere dignare manipulũ istum: vt remissionem macularũ suarũ suscipiant, in huius muneris collatione præuenti: & fiducialiter quę postulanda sunt postulẽt, & facilius impetrẽt populis postulata. Per Christũ Dñm nostrũ.

Et aspergat eum aqua benedicta.

BENEDICTIO Stolæ.

℣. Adiutorium nostrum. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus, qui solis prædicatoribus collũ, & pectus orario muniri concessisti; exaudi nos propitius: vt quicũq; tuorũ sacerdotum colla huic stolæ subiecerint, quidquid boni, ore ꝓtulerint, ope adimplere festinent. Per Chrm Dñm.

Et aspergat eam aqua benedicta.

BENEDICTIO Planetæ.

℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Domini. ℣. Sit nomen Domini benedictũ.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DEus, fons bonitatis, & iustitiæ, qui operis ministros ad extremũ vestimento casulæ, cuius munimine interius

* supradictae Benedictiones fiant ab habentibus facultatem.



Moysi tabulas, in quibus præcepta legis ostendebantur, dedisti; vt omnes viuẽtes illa seruare deberent; bene ✠ dic, & sancti ✠ fica hunc librum: in quo lex est, & mãdatũ: & presta; vt ita eo vti possimus, quòd sit in remediũ animarũ nostrarum. Per Christum Dñm nostrum.

Et aspergatur [illegible].

*BENEDICTIO agni [illegible].

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

IEsu Christe fili Dei viui, qui es verus & immaculatus agnus; quique immolatus in ara crucis peccata mundi delesti, & nos ad ouile proprijs humeris reportasti; has carnes agni, quas ad vsus hominũ creasti, bene ✠ dicere, & sãcti ✠ ficare tua pietate digneris: vt oẽs ex eis sumẽtes se sentiant tuis beneficijs repletos: & corporis, & aĩæ sanitatẽ te annuẽte se percepisse lætẽtur, Saluator mũdi. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO carnium.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DIgnare Domine Deus bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare has carnes: vt quicumq; de eis comederint, tuæ cælestis gratiæ repleantur bonis. Per Christum Dominum nostrum.

Et aspergatur aqua bene[illegible].

BENEDICTIO PANIS.

℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DOmine sancte, Pater omnipotẽs, æterne Deus; bene ✠ dicere digneris hunc panẽ tua sancta spũali benedictione; sicut benedixisti quinq; panes in deserto: vt sit omnib' sumẽtibus salus mẽtis, & corporis: atque contra oẽs morbos, & vniuersas inimicorũ insidias tutamen. Per Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum, panem angelorum, panẽ viuũ, panẽ æternæ vitæ, q̃ de cælo descendit, & dat vitã & salutẽ mundo, & tecũ viuit, & regnat in sæcula sæculorum.

Aspergatur aqua [illegible].

BENEDICTIO VINI.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, qui ad nuptias in Cana Galilææ aquã, virtutẽ benedictionis infundẽdo, in vinũ purũ conuertisti, bene ✠ dic, & sancti ✠ fica vinũ istud: & concede; vt oẽs gustantes, & sumentes ex eo, aĩæ, & corporis sanitatẽ consequantur. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO ouorum.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

SVbueniat quæsumus Domine tuæ bene ✠ dictionis gratia huic ouorũ creaturæ: vt cibus salubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione sumentibus, ~~Per Dominum nostrum~~

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO

casei.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, creator & conseruator generis humani, dator gratiæ spiritualis, & largitor æternæ salutis; emitte Spiritum sanctum tuum: & digneris bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare hanc creaturam casei: vt quicumque de ea comederint, tua spirituali benedictione repleantur. Per Christum Dominum nostrum.

Aspergatur aqua benedicta.

5. BENEDICTIO

nouorum fructuum.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælũ, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic Dñe ~~hunc nouum fructum~~ N. & præsta; vt qui ex eo in tuo sancto nomine vescẽtur, corporis, & animę salute potiãtur. Per Christũ Dñm.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO

herbarum.

℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Dñi. ℟. Qui fecit cælũ, & terram. ℣. Sit nomẽ Domini benedictum. ℟. Ex hoc ñunc, & vsque in sæculum. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic Dñe Deus hãc herbã: & pręsta; vt qui in tuo nomine vtẽtur ex ea, sint & ipsi sanctificati, & benedicti. Per Christum Dominum nostrũ.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO 6

ad quodcumque comestibile.

℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic Dñe creaturã istam N. vt sit remediũ salutare generi humano: & præsta per inuocationem sancti nominis tui; vt quicumq; ex ea sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelã accipiant. Per Christũ Dñm nostrũ.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO 7.

candelarum.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, bene ✠ dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis Domine per virtutem sanctæ ✠ crucis benedictionem cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemq; bene ✠ dictionẽ signaculo sanctæ ✠ crucis accipiant; vt quibuscũque locis accensæ, siue positæ fuerint, discedant principes tenebrarũ: & cõtremiscant: & fugiãt pauidi, cũ oĩbus ministris suis

suis ab habitationibus illis: nec præsumant amplius inquietare, aut molestare seruientes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum.

Et aspergantur aqua benedicta.

8. BENEDICTIO incensi.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

TVa quæsumus omnipotens sẽpiterne Deus immensæ maiestatis dextera hãc creaturã incẽsi bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris: vt in virtute sancti nominis tui, vbicumq; fumus eius afflauerit, mirabiliter possit oẽs immũdorũ spirituũ fantasticos incursus effugere, omnesque morbos reddita sanitate expellere: atq; tibi oĩpotenti Deo odore fragãtissimo perpetua suauitate redolere. Per Christum Dominum nostrum.

Et aspergatur aqua benedicta.

9. BENEDICTIO ignis.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DOmine Iesu Christe, Deus omnipotẽs, lumen indeficiens; exaudi nos famulos tuos: & bene ✠ dic hunc ignem: qui tua sanctificatione atq; bene ✠ dictione conse ✠ cretur. Tu qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina tenebras cordis nostri, & cõscientias nostras igne tuæ charitatis: vt tuo lumine igniti, & illuminati, expulsis à cordibus nostris peccatorum tenebris, ad vitam te illustrante peruenire mereamur æternam. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO LOCI.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic Dñe Deus omnipotens locum istum: vt sit [in eo] sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, [et] mansuetudo, [illegible] plenitudo legis, [illegible] & gratiarũ actio tibi Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto. [illegible] & regnas in sæcula sæculorum. [et hæc benedictio maneat super hunc locũ, et super habitantes in eo, nunc et in omnia sæcula sæculorum.] Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO domus nouæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

TE Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus, ac rebus in ea existentibus: vt eam bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris. Tribue eis Dñe de rore cæli, & de pinguedine terræ abũdãtiã: & desideria voti eorũ ad effectũ tuæ miserationis perducas. Ad introitũ ergo nostrũ bene ✠ dicere, & sãcti ✠ ficare dignare hanc domũ, sicut bñdicere dignatus es domũ Abrahã, Isaac, & Iacob: & intra parietes domus istius angeli tuę lucis inhabitent: eãque & eius habitatores custo-

custodiant. Per Christum Dñm nostrũ.

Aspergatur aqua benedicta.

12 BENEDICTIO
thalami.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic Domine thalamum hunc [redacted] omnes habitãtes in eo in tua pace consistant; & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur [redacted] in longitudinem dierum. Per Christum Dominum nostrum.

Aspergatur thalamus aqua benedicta.

13 BENEDICTIO
nauis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris: & bene ✠ dic nauim istã, & omnes qui in ea vehentur, dextera tua sancta; sicut dignatus es benedicere arcã Noe ambulãtem in diluuio. Porrige eis Dñe dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sãctum angelum tuum de cælis, qui liberet, & custodiat eam semper à periculis vniuersis, cum omnibus quæ in ea erunt: & famulos tuos repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuq; trãquillo tueris: & transactis, riteq; perfectis negotijs omnibus, iterato tpe, ad propria cum omni gaudio reuocare digneris [redacted]

Aspergat nauim aqua benedicta.

BENEDICTIO
... sepulturæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. 14
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

SAncti ✠ ficetur habitaculum istud Domine Deus per nostram supplicationem: vt ab eo contra conatus immundorum spirituum mẽtes fidelium excitentur, ad veniam impetrãdam peccatorum, siue pœnarum pro Defunctis in eo quiescentibus: vt & cito à pœnis omnibus animæ liberentur, & in die iudicij cum corpore gloriosa felicitate fruantur. Per Dominum nostrum.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO 15
capsellarum, & fustium.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DOmine Iesu Christe, mundi redemptor, qui ad sanctam peregrinationem, nostræ mortalitatis vitæ imaginem commendandam, in peregrini habitu discipulis de te loquentibus apparuisti; te supplici deuotione deposcimus; vt digneris *has capsellas, & hos fustes*, tua bene ✠ dictione munire: quatenus qui *illis* in signum peregrinationis *vsi fuerint, & suorum corporum* sustentationem *recipiant* & certum animæ ducatum, ad cælestem patriam *consequantur*. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti.

Aspergatur aqua benedicta.

Hic

Hic faciat confessionem: & postea dans eis capsellas, & fustes dicat singulis.

ACcipe hanc capsellam, & hunc fustem: perge ad peregrinationem tuam, Angelo Domini te comitante cõtra omnium visibilium & inuisibilium hostiũ insidias: in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. ℞. Amen. Deinde dicat super omnes ℣. Saluos fac seruos tuos. ℞. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto. ℞. Et de Sion tuere eos. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. ℣. Beati immaculati in via. ℞. Qui ambulant in lege Domini. ℣. Domine exaudi.

Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

DEus, qui diligentibus te misericordiam tuam semper impendis; & à seruientibus tibi in nulla existis regione longinquus; dirige viam famulorum tuorum in voluntate tua: vt te protectore, & te duce, per semitas iustitiæ sine offensione gradiantur. Per Dominum.

Et asp[er]gantur aqua benedicta.

---

## MODVS RECIPIENDI Sorores ad Religionem beatæ Dei genitricis Mariæ de monte Carmeli.

IN primis portet ipsa soror induenda chlamydem, corrigiam, Pater noster, velum, & vnam candelam ad benedicẽdum: & genuflectat se coram sacerdote auctoritatẽ habente conferendi habitum, ante altare gloriosæ virginis Mariæ: & dicat ipse: Quid *petis filia*? Et ipsa respondeat. Misericordiam Dei, & habitum gloriosæ virginis Mariæ de monte Carmeli. Tunc dicat Sacerdos, *Poteris* obseruare regulam, & modum viuendi ipsius? Quæ respondebit, Credo, cum Dei adiutorio quod sic. Et tunc ipse benedicat chlamydem, velum, corrigiam, & Pater noster, sic dicendo:

Benedictio chlamydis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℞. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℞. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum Spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine Iesu Christe, qui tegmine nostræ mortalitatis induere dignatus es; obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam; vt hoc genus vestimentorum, quod sancti patres ad humilitatem cordis, contemptum mundi, & candorem mentis significandum ferre sanxerunt, ita bene ✠ dicere digneris: vt *hæc famula tua*, quę eo *vsa fuerit* te Christum induere *mereatur*. ℞. Amen.

Benedictio corrigiæ. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, pius, & misericors, qui peccatoribus pietatis tuæ misericordiam quærentibus, veniam, & misericordiam tribuisti; oramus immensam clementiam tuam; vt *hanc corrigiam* bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris: vt quæcumque pro peccatis suis *cincta fuerit*, & misericordiam tuam *implorauerit*; veniam & indulgentiam tuæ sanctæ misericordiæ *consequatur*. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Benedictio velaminum. Oratio.

BEne ✠ dic quæsumus omnipotẽs Deus *velamen istud famulæ tuæ capiti imponendum*: vt in ipsum bene ✠ dictio tuæ pietatis descendat: vt sit in *ea* sanitas,

tas, sanctitas, castitas, virtus, victoria, sanctimonia, humilitas, bonitas, mansuetudo, legis plenitudo, & obedientia; ac Dei Patris, & Filij, ✠ & Spiritus sancti perpetuo auxilio protegatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Pater noster.

Oremus. Oratio.

DOmine Iesu Christe, qui discipulos tuos orare docuisti; suscipe quæsumus bene ✠ dicẽdo orationes *famulæ tuæ*, & *eam* aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta *eius* oratio à te semper incipiat: & per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Qui uiuis et [reg]nas in sæcula [sæ]culorum.

Completis benedictionibus, aspergantur [illegible] quam ipsa induenda: & ab ea aliquid vel, seu vestis detra- [illegible] vel dorso, dicente sacer- [illegible]

Exuat te Dominus veterem hominẽ cum actibus suis, qui secundum carnem natus est: & renouare spiritu mẽtis tuæ: & induere nouum hominem, qui secũdum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis: in Christo Iesu Domino nostro. ℟. Amen. Postea dicat ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris: vt *famulam hanc* [illegible] *cui* in tuo nomine habitum sanctæ Religionis virginis Mariæ imponimus, [illegible] mundi impedimento, vel sæculari desiderio defendere, [illegible] in hoc sancto proposito deuote persistere: & remissionẽ peccatorũ percipere, ad electarum tuarum *valeat* peruenire consortium. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

bene ✠ dicere [di]gneris, atque ab omni ... ut ... ns ... piens

Deinde accipiat sacerdos corrigiam in manu, & dicat: Accinge Domine Iesu Christe lumbos mentis eius: vt seruiat tibi in tabernaculo tuo. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen. Deinde sacerdos porrigẽs corrigiam ad cingendum eam, dicat: Accipe corrigiã super lumbos tuos: vt sint lumbi tui præcincti in signum temperantiæ, & castitatis. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. ℟. Amẽ. Deinde accipiat chlamydẽ, & vertat se ad altare, dicens: Mortifica Domine Iesu Christe *famulam tuam*: vt vestimento humilitatis & salutis *circumdetur*. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amẽ. Deinde ponat chlamydem super eam, dicens: Accipe chlamydẽ albã in signum puritatis & continentiæ: vt Deo seruias in simplicitate & charitate. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. Deinde accipiat Pater noster, & vertat se ad altare, dicens: Septies in die laudes *dicat* tibi Domine Iesu Christe; *vt mens eius* ad super cælestia *erecta*, tibi qui es omnium in te credentium salus sempiterna, *inhæreat*. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorũ. ℟. Amen. Deinde tradat ei Pater noster, dicens: Accipe signum orationum in manibus tuis: vt more contemplantium, contempta felicitate terrena, præsentem vitam habeas, in patientia: & in desiderio futurarum, cupiens dissolui, & esse cum Christo. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. Postmodum accipiat candelam, & vertat se ad altare, dicendo: Dñe Iesu Christe, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mun-

mũdũ:illuſtra faciẽ tuã ſuper *ancillã tuã*: vt te verũ lumen *agnoſcat*, & ardẽti charitate te *diligat*. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟ Amen. Deinde tradat candelam in manibus ſuis, dicendo: Accipe candelam in manibus tuis, in ſignũ ſupernæ illuſtrationis & inflãmatæ charitatis. In nomine Pa ✠ tris, & Filij, & Spiritus ✠ ſancti. ℟ Amen. Deinde acc[illegible]piat velũ & vert[illegible] ſe ad alia re[illegible]cens: Auerte Dñe Ieſu Chriſte, [illegible] oculos *ancillæ tuæ*, ne *videant* vanitatẽ: vt in corde [illegible] verã vitã *conſpiciat*: & in oĩbus actibus [illegible] ardenti dilectione *perquirat*. Qui viuis & regnas in ſęcula ſæculorum. ℟ Amen. Poſtmodũ faciat ea venire propinquius: & ei ponendo velũ dicat: Veni ſponſa Chriſti, accipe coronã quam tibi Dñs pręparauit in æternũ. Et ponat ei velũ, dicendo: Accipe velũ cãdidũ ſuper caput tuũ in ſignũ munditię puritatis, & obedientiæ. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. ℟ Amen. Poſtmodum incipiat ſacerdos Hymnum Veni creator Spiritus. Et Fratres ſequantur reſiduũ. Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſon. Pater nr̃. ℣. Et ne nos inducas in tentationẽ. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Emitte Spiritũ tuũ, & creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terrę. ℣. Nihil proficiat inimicus in *ea*. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere *ei*. ℣. Ora pro *ea* ſancta Dei Genitrix. ℟. Vt *digna efficiatur* promiſſionibus Chriſti. ℣. Domine exaudi. ℣. Dñs vobiſcũ. Oremus. Oratio.

DEus, qui corda fideliũ ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da *ei* in eodem Spiritu recta ſapere: & de eius ſemper conſolatione gaudere. Oratio.

COncede *famulã tuam*, quęſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione, à pręſenti liberari triſtitia, & ęterna perfrui lętitia. Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris: & *hanc filiã tuã, quã* [illegible] Religionis [illegible], perpetua tribue firmitate corroborari: vt perſeueranti propoſito in omni ſanctitate tibi *valeat* famulari. Qui viuis, & regnas in ſęcula ſęculorum. ℟ Amen.

+ ad habitum [illegible] tuę Genitricis tuę admittimus

Oratio ſuper omnes Sorores.

REſpice Dñe gregem iſtũ: qui contempto mundo & concupiſcentia carnis, ſub ala tuę protectionis effugiens, humiliter commoratur: atq; deuotas animas & tibi ſponte ſeruire volẽtes, tuę beatitudinis regno, velut apis argumentoſa, vmquam accumulare recuſant: & tam ſigno tuę inuictiſſimę crucis protegas, quam interiori ſancto habitu noſtrę ſanctę Religionis informes: ita vt fide ornatę, ſpe ſecurę, & charitate accenſę ſunt: fac eas Domine mundum, & ea quę ſunt in mundo, deſpicere: & quia ſatanę militię reſignarunt, te ſolum ſponſum ſuum, & patrem veraciſſimũ quęrentes, ſuper eas rorem tuę bene ✠ dictionis infunde: eaſque ab omnibus peccatis abſolue: cor ſuum in tentationibus robora: pariterque mentem à prauis deſiderijs aliena: vt ab illicitis concupiſcentijs nudatæ, nudam crucem ſequantur: & velut altera Magdalena mũdum fugientes, & hic cæleſtis vitæ participatione fruantur, & in fine, quã nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, vna cum Sanctis tuis acci-

Reſpice Dñe istas omnes deuotas animas sub ala protectionis Beatissimę Genitricis tuę humiliter commorantes, atq; super eas rorem tuę bene ✠ dictionis infunde: et quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuę dilectionis instituis, intere pectoribus earũ tui amoris affectum, ut te in omnibus, et super omnia diligentes, promissiones tuas, quę omne desiderium superant, consequi mereantur. Qui viuis et regnas et c.

accipiant vitam sempiternam. Amen. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. Benedictio. Benedicat vos diuina Maiestas, Pa✠ter, & Fi✠lius, & Spiritus ✠ sanctus. ℟. Amen. Hic ponat soror induta manum super librum: & promittat simplex votum obedientiæ, & castitatis secundum suum statum, quod decreuit. Et doceri poterit, quanti meriti est in istam Religionem intrare: & qualiter sunt participes omnium bonorum, scilicet, orationum, disciplinarum, &c. quæ fiunt in ordine: & postea dicet. Et ego auctoritate qua fungor, & mihi concessa, vos recipio ad nostram sanctam Religionem: & inuestio, ac participes vos facio omnium orationum, Missarum, prędicationum, ieiuniorum, disciplinarum, & omnium bonorum spiritualium nostri sacri Ordinis. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen.

¶ Et postea osculentur altare, & simul vna cum alia, & vadant in pace, & charitate.

¶ Si plures simul induendæ sint, mutetur numerus singularis in pluralem, vbi diuerso litteræ charactere signatum est.

---

MODVS INDVENDI pueros habitũ pro deuotione, vel voto.

SAcerdos cũ stola accedẽs ad altare, dicat super puerum ante altare genuflexum Psal. Deus misereatur nostri, totũ cũ Gloria Patri. & Sicut erat. Deinde dicat Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℣. Saluum fac seruũ tuũ. ℟. Deus meus sperantẽ in te. ℣. Esto ei Dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Mitte ei Dñe auxilium de sancto. ℟. Et de Siõ tuere eum. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Orõ.

DEus plasmator corporũ, afflator animarũ, qui nullã spernis ætatẽ, non sexũ reprobas, nullã cõditionẽ ducis indignã, sed omniũ æqualis creator es & redemptor; infunde quæsumus in hunc famulũ tuũ, quẽ ex omni numero gregis ad tui deuotionẽ dono vocare dignatus es, tuã sanctã bene✠dictionẽ: vt cũ primũ induerit hunc habitũ Religionis beatissimę Dei genitricis Marię de monte Carmeli, ipsa Virgine Matre intercedente, descendat in ipsum gratia tua, quę protegat eum ab omni malo mentis & corporis. Per Christum Dominum. ℟. Amen. Postea benedicat vestes, dicens ℣. Adiutoriũ nostrũ in nomine Dñi. ℟. Qui fecit cælũ & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictũ. ℟. Ex hoc nũc, & vsq; in sæculũ. ℣. Dñs vobiscũ. Oremus. Orõ.

DOmine Iesu Christe, qui pro salute nostra humanam naturam suscipiens, te vestimento carnis induere dignatus es; benedictione tua sancta bene✠dic indumenta ista, quæ pro gratijs tibi exoluendis cum deuotione, sanctoque voto, ac veneratione beatissimæ ~~Mariæ~~ genitricis ~~puerum~~, infans iste super se suscepturus est ~~infantem in corpore famulum tuum bene✠dictionem, vt cum primum induerit hunc habitum Religionis beatæ Mariæ de Monte Carmeli, descendat super eum gratia tua, quæ illum protegat ab omni malo mentis & corporis~~. Qui viuis & regnas in sæcula. Deinde aspergat vestimenta aqua benedicta. Postea exuens puerum

vestu-

tuæ

et presta, ut hoc habitu Religionis eius ... tuæ sanctiss. matris ... diuina gratia munimine in ... tegatur, et in ... beata immortalitatis vestiri mereatur.

vestimentis sæcularibus, dicat: Eripiat Dominus de corde tuo seculi pompas, quibus abrenunciasti, dum baptismum susciperes.

Induens *eum* tunica, dicit: Immittat in te Dominus sanctum religionis amorem, vt sancto feruore succendaris, & ardeas cælestium bonorum desiderio. Cingens *eum*, dicet: Præcingat te Dominus zona iustitiæ: vt immaculata conserues omnia mandata sua.

Imponendo *ei* scapulare cum caputio, dicat: Induat te Dominus Iesus Christus vestimentis salutis, & indumentis iustitiæ circumdet te: vt iugum legis suæ suaue, & onus eius leue pfecte custodias.

Vestiens *eum* cappa, dicit: Induat te Dominus vestimento salutis: vt ex hijs dignus existas, qui secum ambulabunt in albis in regno cælorum.

Postea dat ei candelam accensam in manibus: & dicat Psalm. Laudate pueri Dominum, totum cum Gloria Patri, & Sicut erat. Deinde ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Domine Iesu Christe lux vera de vero lumine; quæsumus clementiã tuam; vt per intercessionẽ beatissimæ genitricis Dei Mariæ, nostri Ordinis singularis protectricis, sanctorumque Eliæ, Elisei, Angeli, Cyrilli, Alberti, & omniũ sanctorum, mentẽ huius illumines: vt cum ad annos discretionis aduenerit, sancto tibi animo, corporeq; deseruiat. Qui viuis, & regnas in secula seculorum.

Deinde aspergat *puerum* aqua benedicta, & postea ducat *eum* ad altare, dicens: Confirma hoc Deus in *puero* isto, quod in *eo* operari cœpisti, à templo sancto tuo. Deducat *eum* Spiritus sanctus in viã rectam. Postea dicat ℣. Ora pro *eo* sancta Dei Genitrix. ℟. Vt *dignus* efficiatẽ promissionibus Christi. Oremus. Oratio.

Protege Dñe *famulum tuum* subsidijs pacis: & beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs confidentem, à cunctis hostibus redde *securum*. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Addit benedicendo *eum*. Benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus sancti descendat super te, & maneat semper. ℟. Amen.

## MODVS EXVENDI HAbitum ipsũ, voto, vel deuotione cõpleta.

Accedens cum stola veniens ad Altare, dicit ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in seculum. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

Suscipe sancte Pater omnipotens, æterne Deus, vota, precesque supplicum: & per intercessionem beatissimæ virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, prẽsta nobis ita beneficia cognoscere, vt in gratiarũ actione semper maneamus. Per Christum Dñm nostrum.

Deinde veniens se ad parentes pueri, dicet: Reddite vota vestra Deo cum gratiarũ actionibus. Vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera. Accipiens *puerum* à parentibus, *eum* exuendo dicat Psalmum Laudate Dominum omnes Gentes, totum cum Gloria Patri. Deponat habitum super Altare, & postea dicat ℣. Benedictus Dñs die quotidie. ℟. Prosperum

sperū iter faciat nobis Deus salutariū nostrorum. ℣. Benedicam Dominum in omni tempore. ℟. Semper laus eius in ore meo. ℣. Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

DOmine sancte, Pater omnipotēs, æterne Deus, à quo descendit omne bonum, & omne donum perfectū; tibi gratias post expleta vota exoluimus: quas tu pro tua pietate digneris suscipere: & intercedente beata virgine Dei genitricē Maria nostra singulari aduocata, beatissimisque Patribus nostris, Elia, Eliseo, Angelo, Cyrillo, & Alberto, & omnibus Sanctis, huic *famulo tuo* de cætero præsta salutem mentis, & corporis: vt te creatorem recta fide colat: in te ~~redem-~~ ~~ptorem~~ spem suam ~~confirmet~~: teque summum bonum super omnia diligat: atque sanctis mandatis tuis indesinenter obediat. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde benedicat *eum*, dicens: Benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus sancti descendat super te, & maneat semper. ℟. Amen.

Postea aspergat *eum* aqua benedicta. Si fuerit puella induenda, mutetur genus.

## MODVS INTRODVCENDI mulierem in ecclesiam post partum.

SAcerdos cum superpellicio, vel alba, & stola dicat mulieri genuflexæ ante ianuam ecclesiæ: In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen. Et aspergat eam aqua benedicta, dicens: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Deinde faciat confessionē: & postea dicat Antiph. Suscepimus Deus. Psal. 47.

MAgnus Dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.

Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion: latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.

Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: conuenerunt in vnum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.

Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Circumdate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius.

Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius vt enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in seculum seculi: ipse reget nos in secula. Gloria Patri. Sicut erat. Antiphona. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℣. Saluā fac ancillā tuam Domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.

℟. Et

℟. Et de Sion tuere eam. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus, qui per Moysen famulum tuum Israeliticæ plebi mandasti, vt mulier, quæ filium peperisset, quadraginta diebus ab ingressu templi sequestraretur; quæsumus; vt hanc famulam tuam ab omni inquinamento peccati emundare digneris: quatenus mente, & corpore emundata, in sinum matris Ecclesiæ valeat penetrare: & tibi pro suis delictis acceptabile munus offerre. Per Christum Dominum.

Postea sacerdos det caput stolæ mulieri habenti candelam accensam in manibus, quæ ingrediatur ecclesiam, dicente sacerdote: Ingredere in domum Dei, & adora filium sanctæ Mariæ virginis: qui tibi tribuit fœcunditatis prolem.

Et educens eam ad Altare, sacerdos, dicat Añam. Exaudi nos Dñe. Deinde dicat sequentes Psalmos omnes, vel aliquos ex his, quos ipse voluerit: & in fine cuiuslibet dicitur Gloria Patri. Psalmus. Deus misereatur nostri. Psal. Credidi, propter quod locutus sum. Psal. Laudate Dominum omnes Gentes. Psal. Ad te leuaui oculos meos.

Cum peruenerit ad altare, Psalmis terminatis, dicet sacerdos Antiph. Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua: & secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine. ℣. Ego dixi, Domine miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

ABsolue quæsumus Domine delicta famulæ tuæ: & à peccatorum suorum nexibus, quæ pro sua fragilitate contraxit, tua benignitate liberetur. Per Christum Dominum nostrum.

Deinde dicat Euangelium. In principio. 18. vel Missus est angelus. 6. vel Cum natus esset. 35. vel Postquam impleti sunt. 322. Postea dicat Orationem, Deus, qui salutis, vel aliam Orationem beatæ Mariæ. Vltimo benedicat eam, dicens: Benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Filij, ✠ & Spiritus sancti descendat super te, & maneat semper. ℟. Amen. Aspergatur mulier aqua benedicta: postea offerat super altare quod Dominus ei inspirauerit.

F I N I S.

Laus Deo, eiusque Matri Mariæ nostræ Religionis Patronæ.

# INDEX
# ORDINEM EORVM OMNIVM QVO MISSALE FRATRVM
## BEATISSIMÆ DEI GENITRICIS MARIÆ
## De Monte Carmeli dispositum est, comprehendens.



*Commune Sanctorum.*



In

*Missæ Votiuæ.*



*Aliæ Missæ Votiuæ.*



*Orationes diuersæ.*

*Missæ Defunctorum.*



*Orationes pro Defunctis.*



*Ternaria.*



*Benedictiones.*



FINIS INDICIS.

# REGESTVM

✠ ✱✱ ✠✠✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd. a b c d e f g h i.

Omnes sunt Quaterniones, præter ✠✠✠, Quinternio, & D d, qui est Ternio, & i, qui est Duernio.

VENETIIS, APVD IVNTAS.

M. DC. XXI.